B. 1. 2. 5

Nauta agromen Propertii em. exstat in Ms. Traguriano. Wheler. Itinerar. lib. 1. p. 33.
de Marulli corruptelis in Catullo Angel. Politian. Miscell. c. 2. et 69. Wo Villoison. adv. Titium 9. 19.
Ad Culicem prius scripsit Scaliger, quod Catullum v. p. 107 et ad Culic. v. 107.


BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
574
NAPOLI

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. Vol. B. ...



TRAJECTI AD RHENUM.

Ex Officina **RVDOLPHI a ZYLL.** *Anno 1680.*

Biblioteca Nazionale NAPOLI

CATVLLVS, TIBVLLVS Et PROPERTIVS;

EX RECENSIONE

JOANNIS GEORGII GRÆVII;

CUM NOTIS INTEGRIS

JOS. SCALIGERI, M. ANT. MVRETI, ACHILL. STATII, ROBERTI TITII, HIERONYMI AVANTII, JANI DOVSÆ Patris & Filii, THEODORI MARCILII;

Nec non ſelectis aliorum.



TRAJECTI ad RHENUM,

Sumptibus RVDOLPHI a ZYLL, G. F.

Anno CIↃ IↃC LXXX.

Biblioteca Nazionale NAPOLI

VIRO

ILLUSTRISSIMO
ET
EXCELLENTISSIMO

JOANNI ANTONIO DES MESMES,
COMITI AVALLIS, CHRISTIANISSIMO REGI A CONSILIIS STATUS, ET AD FOEDERATOS BELGAS EXTRAORDINARIO LEGATO, NEC NON AD PACIFICATIONEM EUROPAE NEOMAGENSEM ORATORI CUM SUMMA POTESTATE.

S. P. D.

JOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.

AMorum Triumviri, dum hic locorum novo cultu exornantur, diu iniquis temporibus & hominibus ſunt conflictati. Ipſa fata videbantur hanc eis lucem invidere, tanta fuit tarditas & procraſtinatio. Verum quo gravius ante dolebant cum tam lentis ſibi hominibus rem eſſe, tanto nunc gaudent effuſius, ſuam, ut ita dicam, παλιγγενεσίαν in hoc potiſſimum tempus productam eſſe, quo ſibi ad Te in his terris non ſit occluſus aditus. Sic enim habent, nunquam ſe lætioribus auſpiciis apud nos potuiſſe renaſci, quam cum red-

 inte-

integrata, Tuo præcipue ſtudio, cura & contentione, priſtina gentium olim conjunctiſſimarum, quas neſcio quæ fortunæ malignitas diſſociaverat, amicitia, in Tuam tanquam veteris patroni fidem & clientelam impune ſe rurſus potuerunt conferre. Memores enim quam molliter & benigne ſint habiti in Tua domo, cum aleret illa, qui præ ceteris mirum in modum eos expoliit, multaque luce, diſcuſſis, quibus obducebantur, tenebris, perfudit, virum præſtanti ingenio & doctrina Joannem Paſſeratium, in nullius maluerunt ſinum confugere quam Tuum, qui non ſolum inſignibus his poëtis patet, quorum caſtitatem, nativam elegantiam, ac lepores omnis memoriæ politi homines ſemper plurimum ſunt admirati, ſed cunctis, quos virtutis aut eruditionis laus ac opinio Vobis commendavit. Nam quamvis procuratio reipublicæ nunquam non Vos obſtrictos & implicitos tenuit, cum aut domi maximos geſſiſtis magiſtratus, aut foris ſplendidiſſimas apud pleroſque Reges & Reſpublicas Europæ obiiſtis legationes, in tantis tamen honoribus, & in tanta patriæ debitum pietatis officium perſolvendi occupa-

cupatione, non ſolum Ipſi in præſtantiſſimarum artium ſtudiis eſtis aſſidue verſati, ſed & earum cultores prolixe foviſtis, ut ædes veſtræ Lutetiæ Muſeum quoddam Alexandrinum, ac illuſtrium animarum prytaneum haberentur, quæ non tantum celebrabantur ab hominibus eruditis, ſed & habitabantur. Simul ac litterarum dignitas in Galliis enituit, Memmia Gens, tanquam ſalutare ſydus omnibus affulſit, qui in illa amplificanda elaborarunt. Nec Galliæ finibus hæc Veſtra Gloria terminabatur. Sicut enim Tua Tuorumque majorum ſapientia, conſilium, animi magnitudo, & admirabilis dicendi facultas Regum ac Principum exterorum, ad quos eratis miſſi, animos capiebat, tenebatque in ſe defixos, ſic in tanta dignitate tanta doctrinæ vis & copia, qua longe poſt Vos relinquebatis, qui omnem ætatem in litterarum ſtudiis ac otio contriverant, & tam ſingularis benevolentia, & mirificum quoddam ſtudium omni ope & gratia juvandi eos, qui præclaram & profuturam omnibus ſeculis operam optimarum artium diſciplinis navabant, tantam moverunt admirationem & amorem in omnibus elegantio-

iis ingenii hominibus, ut Memmii tanquam tutelaria quędam liberalioris doctrinæ Numina ab omnium gentium litteratis viris adorarentur. Ii demum magnum ſudorum ac vigiliarum ſuarum fructum ſe percepiſſe putabant, ſi Memmiis probarentur. Suis curis & operibus immortalitatem ſpondebant, ſi Memmiorum illuſtria, & tam Regibus verenda, quam Muſis grata nomina in iis reſplenderent. Prærogativa enim Veſtri judicii certum habebatur æternitatis pignus. Hoc gentilitium decus cum non modo tuearis, ſed & propages ac augeas, cauſſam jam oratam duco, cur Tibi hos tres illuſtres vates inſcripſerim. Nec alia fronte Te illos excepturum eſſe perſuaſum habeo, quam qua Vos magni litterarum patroni Muſarum alumnos accipere conſueſtis. Quod ſi Tibi etiam perſuaſerint, me, qui illos ad Te allego, Memmianæ gentis cultorem & admiratorem ſummum, ſe vero prædes eſſe meæ in Te obſervantiæ, omnia me conſecutum exiſtimabo. Vale Vir Excellentiſſime. Trajecti Batavorum Kal. Sextilibus Julianis CIↃ IↃ C LXXIX.

Benigno Lectori Salutem.

Ante hos XX. *annos* Gisbertus Zylius *publicavit Catullum, cum duobus ejus comitibus Tibullo & Propertio, ſubjectis notis, quas ex variis Commentariis & libris corraſerant, qui curam ſuſceperant illius editionis. Cum de nova cogitaret adornanda, qui patris defuncti perſonam gerit filius, jam diu enim nulla prioris exempla in tabernis reperiri poterant, mecum egit de ratione, qua melior & ornatior hæc poſſit reddi, utque non nihil opis ad illam excolendam conferre velim. Sed cum in Tullio perpoliendo tum totus eſſem, ut etiam nunc ſum, benigne nihil poteram promittere. Ne tamen chartas & ſumtus perderet, recepi me in recenſendis poëtis his horas non nullas ſubſicivas poſiturum, & ne doctiſſimorum virorum eruditi commentarii inſtar Penthei cujuſdam diſcerperentur, neve pro doctiſſimis illorum obſervationibus ſubſtituerentur centones conſuti ex trivialibus vocabulorum indicibus & antiquorum rituum collectionibus, ut plerumque fit ab iis, qui notas, ut appellant, Variorum conſarcinant, proviſurum. Quicquid pollicitus ſum bona fide præſtiti. Nam poëtas invenies emendatiores, vitioſos enim ſecuti erant in editione priore procuranda libros, & habes illibatas Joſephi Scaligeri caſtigationes, niſi quod in illis elegiis Tibulli, quas Scaliger immutaverat, plurimis loco, quem tenuerant, motis, & in alium tranſlatis verſibus, non nunquam me abſente librarios deprehenderim dormitaſſe. Iſtas maximi Viri animadverſiones juſſi ſupponi verbis poëtarum, quibus accedunt ſelectæ quædam ex Paſſeratio, qui propter molem integer non poterat attexi, ut ex aliis, præcipue ex τοῦ πάνυ Joannis Frederici Gronovii Obſervationum li-*

bellis, & Nicolai Henſii, Viri Illuſtris, notis ad Ovidium, ubi multus eſt in Variis poëtarum iſtorum locis emendandis, & ſuo nitori reſtituendis. In his colligendis non poſſum non ſtudium prædicare, quod illo tempore nobis impendit juvenis elegantiſſimus & pereruditus Antonius Bynæus, qui tum politioribus, nunc ſacris litteris attendit. Dein præcepi ſeparatim calci poëtarum ſubjici M. Antonii Mureti in omnes, et Achillis Statii in Catullum & Tibullum annotationes, ut & quicquid Nobiliſſimi Douſæ Pater & Filius ad ſingulos illuſtrandos memoriæ prodiderunt. Accedunt, qui in paucorum manibus verſantur, Roberti Titii in Catullum prælectiones, Hieronymi Avantii in eundem emendationes, nec non Theodori Marcilii Aſteriſmi. Habebam & ipſe quæ tecum communicare conſtitueram, præcipue in Propertium, cujus non pauca loca tenebris & mendis ſqualentia Vir et amicus ſummus Nicolaus Heinſius in epiſtolis, quarum mutuum et pæne quotidianum intercedit inter nos commercium, ante complures annos mecum examinavit. Sed de his nunc elimandis cogitare me non ſiverunt plurimæ, quibus cum maxime circumſeſſus diſtineor, occupationes. Servabuntur in tempus oportunius, aut rejicientur in miſcellaneorum libros, quos in manibus habeo. Utinam expugnari poſſet Iſaacus Voſſius, Vir maximi ingenii et doctrinæ, ut, quas olim apud eum vidi et legi in Catullum animadverſiones, doctas Iupiter! et ingenioſas, aut ipſe publici juris, aut, ſi ſeverioribus, quibus nunc deditus eſt, doctrinis tantum temporis ſubducere non poteſt, aliis earum edendarũ poteſtatẽ facere velit. Quantum ei debebunt Catulli manes, et omnes cultioris eruditionis ſtudioſi. Nihil nunc reſtat, niſi ut valeas Lector, et mecum optes, ut brevi candidiſſima iſta lux oriatur.

C. VAL.
CATVLLI VITA.
Ex Petro Crinito.

CAjus Valerius Catullus Veronæ natus eſt, quo tempore Terentius Varro in urbe claruit. Quidam Criſpum Saluſtium Catullo ſupparem faciunt. A Catulli autem natalibus ad Pub. Vergilium paulo minus quam duodeviginti anni connumerantur, ſi quorundam annales ſequimur. Quando & illud pro comperto habetur, carmen de paſſere Lesbiæ ad Vergilium fuiſſe miſſum:

Si forſan tener auſus eſt Catullus
Magno mittere paſſerem Maroni.

Cæterum non humili loco aut obſcuro natus eſt: ſiquidem ejus parens, autore Suetonio, Julii Cæſaris hoſpitio familiariter uſus eſt. Valerius autem Catullus primo traditur a Mallio Romam deductus, cum adhuc in tenera ætate ageret. Paulo mox ingenii facilitate & doctrina adeo Romæ acceptus, atque civibus gratus fuit, ut M. Tullii patrocinium meruerit: quod ipſum eleganti epigrammate ingenue teſtatus eſt; quo gratias Ciceroni patrono egit:

Diſertiſſime Romuli nepotum,
Quot ſunt, quotque fuere Marce Tulli,
Quotque poſt aliis erunt in annis,
Gratias tibi maximas Catullus
Agit peſſimus omnium Poëta,
Tanto peſſimus omnium Poëta,
Quanto tu optimus omnium patronus

Mallium vero, & ejus nuptias magno ſtudio celebravit, cum quo ſe excuſat parum ſibi licere veteres amores, ut antea, decantare, quoniam fratrem amiſerit, ex cujus interitu ſtudium, inquit ſuum ſcribendi carminis ſe abjeciſſe: ſic enim ad Mallium:

Sed tibi ne mea ſint ignota incommoda Malli,
Neu me odiſſe putes hoſpitis officium,
Accipe quam merſer fortunæ fluctibus ipſe,
Ne amplius a miſero dona beata petas.
Tempore quo primum veſtis mihi tradita pura eſt
Jucundum cum ætas florida ver ageret.

Multa

V I T A.

Multa ſatis luſi, non eſt dea neſcia noſtri,
Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.
Sed totum hoc ſtudium luctu fraterna mihi mors
Abſtulit, heu miſero frater adempte mihi,
Tu mea, tu moriens fregiſti commoda frater,
Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus.

Inter cæteros amicos Furium & Aurelium magnopere dilexit. Cinnam quoque, Cornificium, Fabullum & Verannium, quem alicubi & Veranniolum blanditer appellat. Puellam præterea Ipſitillam concivem ſuam, & Clodiam amavit, quam ficto nomine Lesbiam dicit, ſicuti Madaurenſis Apulejus teſtatur in oratione ad Claudium Maximum. Eruditorum conſenſu docti cognomen accepit: ita enim peculiari epitheto Catullus cenſetur: atque hunc quidem Ovidius Vergilianæ majeſtati opponit, tantum nominis apud eruditos ac laudis eſt conſecutus. Sed & verſus ipſius quanquam ut duriuſculi notantur, quod uterque Plinius affirmat, tamen perelegantes habiti ſunt, ac ſectatores complures in his invenit, ſicuti Pompejum, Saturninum, & Sentium Augurem, qui Catulli epigrammata ac Licinii mira deligentia ac ſtudio ſunt æmulati: ut alias diximus. Val. Martialis Catullum ſibi ipſi audacter præponit: ſic enim ad Macrum:

Nec multos mihi præferas poëtas,
Uno ſed tibi ſim minor Catullo.

Opus ſuum ad Cor. Nepotem miſit, virum doctrina & rerum cognitione egregium. Dividitur autem in libros tres, ut primus lyricos, ſecundus elegiacos, tertius epigrammata contineat. Ad hunc enim modum ordinem fere meliorem cuſtodiemus. Elegiam de comaBerenices ex poëta Callimacho inLatinos numeros convertit, eamque ad Ortalum amicum miſit, qui in elegiarum adhuc libro legitur. Idem Val. Catullus a Fabio Quintil. & Diomede inter Jambicos reponitur, ab aliis inter Lyricos. In Atticis vero noctibus, ut poëta elegantiſſimus ac vetuſtiſſimus a Gellio laudatur. Neque illud omittendum eſt, fuiſſe ab ipſo Catullo alia complura compoſita, quæ vitio longæ vetuſtatis deſiderantur. C. autem Plinius Hiſt. nat. 38. ad Cæſ. Veſpaſianum, cum de magia differit, amatorium de incantamentis carmen a Catullo editum refert. Hinc Theocriti, inquit, apud Græcos, Catulli apud nos proximeque Vergilii incantamentorum amatoria imitatio.

Sed

Sed carmen Ithyphallicum ſcripſit, ut eſt optimus teſtis Maur. Terentian. ad Novarenum, qui hos Catulli verſiculos citat.

Et ferme modus hic datur a pleriſque Priapo,
Inter quos cecinit carmen quoque Thalle Catullus
Hunc tibi lucum dedico, conſecroque Priapes
Nam te præcipue in ſuis urbibus colit ora
Helleſpontiaca cæteris oſtreoſior oris.

Cæſarem maxime, Julium Mamurram & Nonium Strumam jambicis nominatim proſcidit ex veterum conſuetudine, ut C. Lucul. jambicorum auctor,Luciliusque & Nevius. Qua in re dignum illud memoria eſt, quod ipſe Cæſar cum perpetua ſibi ſtigmata (ut ait Suetonius) impoſita videret, ex Catulliano carmine de Mamurra,eadem tamen die poëtam ipſum cœnæ adhibuit, ſimulque hoſpitio ſuo non ſecus atque antea uti eum permiſit. Mortuus Romæ eſt juvenili admodum ætate, cum annum circiter trigeſimum ageret, ut quidam putarunt: Quo tempore Publius Virgilius in urbe Cremona ſtudiis operam daret. Vulgatum quoque de Val. Catullo illud

Tantum parva ſuo debet Verona Catullo,
Quantum magna ſua Mantua Vergilio.

GERHARDVS JOANNES VOSSIVS
DE
LATINIS POETIS.

Quæ Martialis de Catullo ſcripſit, quod auſus ſit *magno mittere paſſerem Maroni.* per paſſerem συνεκδοχικῶς intelligens totum poëma, nempe ab initio, quia primum epigramma foret de paſſere, poëtice magis quam vere ſcripſit; iccirco addit *forſan.* Nam ut Hieronymus in Chronicis prodit *Olymp.* CLXXIII, *ann.* 2. *Valerius Catullus ſcriptor Lyricus, Veronæ naſcitur.* Ubi pro *Lyrico* mallem Epigrammaticum ſcriptorem dixiſſet. Olympiadis vero CLXXVII,anno tertio teſte eodemHieronymo,naſciturVirgilius,& Olymp. CLXXX anno IV Catullus trigeſimo ætatis anno moritur. Olympiade autem CLXXXI ſumſiſſe Virgilium togam, indeque Mediolanum, & poſt breve tempus Romam tranſgreſſum eſſe Hieronymus quoque in eodem Chronico eſt auctor. Erat is annus

nus Maronis ſeptimus decimus, ut in Virgiliana Donati vita legimus. Hæc arguunt, non ejus tum ætatis fuiſſe Maronem, ut ei Catullus ſua mitteret Carmina.

TIBVLLI VITA
ex Libro III.
DE POETIS LATINIS.
PET. CRINITI.

Albius Tibullus Romæ, ut creditur natus. Hircio & Panſa Coſs. qui annus etiam Naſonis Poëtæ natalibus inſignis fuit, nam uterque Conſul cum ad liberandum Brutum apud Mutinam mitteretur, fugato Antonio occiſus eſt: parentes habuit ex equeſtri ordine, bello & pace ſatis illuſtres. Is autem Tibullus quod ingenio facili, & egregia forma foret, nobiliores etiam civitatis ſibi conciliavit: in quorum numero fuit Meſſalla Corvinus, qui mira diligentia, & aſſiduis officiis Poëtam Tibullum fovit. Itaque ſui ſtudioſum vocat eum Tibullus, & inſigni carmine laudes ejuſdem ac virtutem celebravit. Neque illud ignoratur, cum in ejuſdem Meſſallæ comitatu in provinciam Phæacum pergeret, in adverſam eum valetudinem incidiſſe: ex quo tali carmine fidem ſuam atque fortunam voluit poſteri scommendare,

Hic jacet immiti conſumptus morte Tibullus;
Meſſallam terra dum ſequiturque mari.

Horatium quoque Flaccum & Macrum Poëtam, qui de herbis libros conſcripſit familiariter dilexit. Eumque hortatur ut relictis caſtris, & militia, ad amores & Veneres redeat. Albius enim Tibullus in amoribus & delitiis (ut apparet) paulo proclivior fuit, ut qui Marathum, & Cherinthum pueros maximo affectu dilexerit, ſicuti Deliam, Sulpitiam, Neæram, & Nemeſim, de cujus forma & moribus frequens in veterum libris mentio eſt, unde illud notum:

Uſſit amatorem Nemeſis laſciva Tibullum,
In tota juvit quem nihil eſſe domo.

Sed & L. Apulejus quo loco de amoribus differit apud Claudium Maximum Proconſulem, fictum Deliæ nomen a Poëta Tibullo refert,

refert, cum Plancia vocaretur. Quinetiam Flaccus libere illum hortatur amicitiæ nomine, ut forti animo & conſtanti, immitis Glyceræ faſtum, & inſolentiam perferat, tum aliorum exemplo diſcat, quanta ſit in amore varietas. In ſcribendo autem carmine Caſſio Parmenſi eundem proponit, quo loco ſuorum ſermonum judicem facit, & bona animi & corporis illi aſcribit.

Albi noſtrorum ſermonum candide judex,
Non tu corpus eras ſine pectore: dii tibi formam,
Dii tibi divitias dederant, artemque fruendi.
Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
Quam ſapere, & fari poſſit quæ ſentiat, & cui
Gratia, fama, valetudo, contingat abunde,
Et mundus victus non deficiente crumena.

Is vero Tibullus in carmine ad Meſſallam, copioſe oſtendit, parum ſibi licere in ocio verſari, quod ipſa fortunæ iniquitas nimium illi obfuiſſet, & cum ſatis illi opes florerent, conditione temporum factum, ut ad paupertatem redigeretur.

Cui fuerant flavi ditantes ordine ſulci,
Horrea fœcundis indeficientia menſis:
Cuique pecus denſo paſcebant agmine colles,
Et domino ſatis, & nimium furique lupoque,
Nunc deſiderium ſupereſt.

Libros quatuor Elegiarum ſive Amorum compoſuit, in quibus facile probatur quam elegans, & candidum ſit ejus carmen, ut in ejuſmodi caloribus deſcribendis Latinos omnes videatur ſuperaſſe, tum affectibus exprimendis, tum ſuavitate ingenii, quod ipſum & Fab. Quintilianus ad Marcellum Victorium refert, cum Poëtam Tibullum & elegantem inprimis, ac terſum exiſtimarit. Obiit autem cum adhuc junior eſſet, neque ſine maximo mœrore Ovidii Poëtæ, quod ille teſtatus eſt longo carmine, in quo probatur quanta literarum jactura Tibullus occiderit, eoque moleſtior fuit ejus interitus, quo immaturior viſus eſt. In ejus vero funere & parens & ſoror pietatis officium præſtiterunt, quod & Nemeſis & Delia pari animo fecerunt, ſicuti ab Ovidio refertur vulgatumque illud eſt de elegantia, & carmine Tibulli:

Donec erunt ignes, arcusque Cupidinis arma,
Diſcentur numeri culte Tibulle tui.

VITA

VITA PROPERTII
ex Libro III.
Petri Criniti
DE POETIS LATINIS.

SEx. Aurelius Propertius ex Mevania oppido oriundus, quod in Umbria eſt: hoc enim & ipſe auctor alicubi teſtatur, ſicuti cum ipſam Umbriam Romani Callimachi patriam vocat:

Ut noſtris tumefacta ſuperbiat Umbria libris,
Umbria Romani patria Callimachi.

Sunt qui ſcribant ejus patrem equeſtri dignitate ornatum, ac Triumvirali poteſtate fuiſſe, tum inter eos connumeratum, qui L. Antonium ſecuti (Peruſia capta) ex Octavii Cæſaris auctoritate ad aram divi Julii perducti, ibidem occiſi fuerunt. Illud omnino conſtat, Aurelium hunc Propertium, magna ex parte amiſſis bonis, Romam ſe recipiſſe, cum patrem ſuum in tenera adhuc ætate amiſiſſet, quod illis verſibus apparet;

Aſpice me cui parva domus fortuna relicta eſt,
Nullus & antiquo Marte triumphus avi.

Et alibi clarius:

Oſſaque legiſti, non illa ætate legenda
Patris, & in tenues cogeris ipſe Lares.
Nam tua cum multi verſarent rura juvenci,
Abſtulit exultas pertica triſtis opes.
Mox ubi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo
Matris & ante Deos libera ſumpta toga,
Tum mihi pauca ſuo de carmine dictat Apollo,
Et vetat inſano verba tonare foro.

In urbe autem brevi nominis celebritatem adeptus eſt, cum ingenii comitate, tum elegantia carminum. Mecœnati & Cor. Gallo maxime acceptus fuit, quod uterque Poëtæ ſtudiis, & doctrinæ pro ſimilitudine profeſſionis faverent. Ovidium quoque, Tibullum & Baſſum inter principes amicos coluit, ad quos de ſuis caloribus & puellæ ingenio ſæpius ſcripſit C. vero Plinius in epiſtola ad Romanum Paulum refert Paſſienum in ſcribendis elegiis eruditum habuiſſe inter ſuos majores Propertium: itaque id

id, inquit, Paſſieno gentile eſt: nam & ex eodem municipio eſt quo Propertius: Unde maximum ſtudium Paſſieno fuit, calores Propertii, atque ingenium ſuo carmine exprimere, cum in elegis (ut inquit Plinius) foret egregius, atque præcipuus Propertius. Libros quatuor elegiarum compoſuit, in quibus fere ſuos calores & Hoſtiæ laudem, ac formam celebrat. Nam puellam Hoſtiam miro quodam affectu exarſit, quam nomine (ut eſt auctor L. Apulejus) Cynthiam appellare maluit: ex quo Sidonius Apollinaris ſic ad Heſperium ſcribit: *Memineris*, inquit, *quod ſæpe verſum Corinna cum ſuo Naſone complevit, Lesbia cum Catullo, Cæſennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo.* Callimachum præcipue Cyreneum, Mimnermum & Philetam Græcos Poëtas in carmine ſecutus eſt, quorum manibus comitem ſe profitetur. Nam ut illi apud Græos in Elegia conſenſu omnium præſtiterunt, ita Propertius quidem apud Latinos, eorum imitatione primas videtur quorundam judicio conſecutus. Fab. autem Quintilianus cenſor in literis acerrimus, cum Tibullum maxime commendaverit, non deeſſe tamen, inquit, qui Propertium malint, cum ſit Ovidius laſcivior, Gallus in Elegia durior. Ovidius certe cum ſæpe de ipſo Propertio agat, blandum, tenerum ac dulcem appellat, multumque illius carmini ſemper conceſſit, & recitanti ſua carmina auditor adfuit:

Sæpe ſuos ſolitus recitare Propertius ignes,
Jure ſodalitii qui mihi junctus erat.

Sed & Val. Martial. Propertii ingenio, & amoribus plurimum tribuit, tum eo maxime loco quo Galli Lycoridem, Tibulli Nemeſin, & Lesbiam Catulli celebrat: nam & in Apophoretis ſic de eodem:

Cynthia facundi carmen juvenile Properti
Accepit famam, nec minus ipſa dedit.

De obitu ejus parum compertum. Quidam ſcripſerunt illum annos alterum & XL natum periiſſe. Alium vero Propertium fuiſſe Fulgentius oſtendit, qui in lib. ad Chalcidium de priſco ſermone verba hæc ex Propertio refert: *Catillata geris vadimonia publicum proſtibulum.*

** GERARDUS

GERHARDVS VOSSIVS
DE
LATINIS POETIS.

Propertius patria Umber ut ipſe ſcribit, æmulus Philetæ Coi, & Callimachi Cyrenæi, unde & ſe Romanum vocat Callimachum. Conqueritur ſe excidiſſe agris paternis in diviſione ea, quæ ſub triumviris facta eſt militibus. Puella, quam Cynthiam vocat, vero nomine Hoſtia eſt dicta, ut ex Appuleio conſtat. Videtur autem fuiſſe filia Hoſtii, qui de bello Iſtrico ſcripſit. Ab hoc, cujus quatuor libros elegiarum habemus, diverſus eſt is Propertius ex quo Fulgentius Planciades libello ad Chalcidium Grammaticum citat: *Catillata geris vadimomonia, publicum proſtibulum.*

EXCERPTA
EX
CASPARIS SCIOPPII
EPISTOLA,
DE
PROPERTII PATRIA,
quæ in ejus Paradoxis habetur.

De Propertii patria non poſſum aſſentiri Joſepho Scaligero, quam ipſe ſic deſcribit lib. v. eleg. 1.

Ut noſtris tumefacta ſuperbiat Umbria libris,
Umbria Romani patria Callimachi.
Scandentes ſi quis cernet de vallibus arces,
Ingenio muros æſtimet ille meo.


Hic ſatis ſignificat patriam ſuam in planicie eſſe poſitam, cujus arces ſive turres de valle conſurgentes longe ſint conſpicuæ, neque

que tamen æque turres ejus, lateritio quamvis muro inſignes, ac ſuum ingenium in ea eminere. De muro illo Plinius quoque ſic meminit lib. 35. cap. 14. in Italia quoque lateritius murus Aretii & Mevaniæ eſt. In eadem elegia hæc Genethliaci ad ipſum Propertium verba ſunt, ut quidem in melioris notæ codicibus Joh. Metellus Sequanus perſcripta invenit.

Umbria te notis antiqua penatibus edit,
Mentior, an patriæ tangitur ara tuæ?
Qua nebuloſa cavo rorat Mevania campo,
Et ſacer æſtivis intepet Imber aquis,
Scandentique altus conſurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.

Quis jam relictus eſt dubitandi locus, quin Mevania ſit Propertii patria, illa, inquam, cujus celſa turris lateritio muro impoſita etiam ex longinquo in magna campi planicie cerni poſſit? Imber ſacer fuit fons aquæ calidæ, muro incluſus, cujus etiamnum præclaræ viſuntur reliquiæ, quas ſibi viſas affirmat politiſſimi ingenii Theologus Joſephus Paulus Meronus, ac thermarum illarum nomen non nihil, ut fit, depravatum hodie quoque uſurpari. Inverſato enim vel Imberſato appellant. Fieri poteſt, ut aquæ illæ fiſtula imbris modo deſuper expreſſa, nomen ei imbris ſacri pepererint. In vulgatis libris eſt: *& lacus æſtivis intepet Umber aquis*. Sed certiſſimum eſt nullum in univerſo illo campo latiſſime patente lacum inveniri, & aquas Clitumni fontis in eodem campo lato gremio (ut Plinius minor ait) pateſcentis eſſe gelidiſſimas, ita ut eodem Plinio teſte rigor earum nivibus certet. Cujus quidem ipſo priori anno magna cum voluptate experimentum cepi. Cum enim a meridie in maximis caloribus æſtivis, ac ſimul quartanæ ignibus inflammatus ad fontis ejus gurgitem perveniſſem, equos & rhedam, in qua æger cubabam, bene diu conſiſtere in eo juſſi, hauſtamque ex ipſis ejus venis aquam puram & vitream avidiſſime obduxi. Scaliger tamen ſumma vi contendit, vitreum hunc & pellucidiſſimum Clitumni fontis gurgitem eſſe tetrum & ſulphureum illum Vadimonis lacum, nihil niſi fœdos ſerpentes ac teſtudines continentem, & carbones ſubinde ex inferorum, credo, fornacibus ſubvectos ejectantem. Hoc amplius vero poſtulat, ut aquæ Clitumni non ex terra pluribus venis exprimantur

quod Plinius idem ſcribit, & omnes quotquot Spoletio Fulgineum verſus iter faciunt, oculorum manuumque teſtimonio verum eſſe compererunt, ſed ex Vadimone emittantur? Præterea Vadimonem a Propertio Vmbrum lacum vocari contendit, agrum Stellatinum cum lacu illo Vadimonis ex Hetruria trans Tiberim in Umbriam tranſportans, & in loco quadraginta quaſi paſſuum millibus remoto collocat. Ad hæc Ameriam a campis Mevanatibus contingi, ex eaque Clitumnum deſpectari pronunciat, cum eam a Clitumni fonte, non minus viginti paſſuum millia diſſidere, multosque altiſſimos montes interjectos eſſe conſtet. Nec enim hæc de campis Gurguſtidoniis eſt controverſia, aut de Thomæ Mori Utopia, ſed de iis, quæ pæne in conſpectu urbis Romæ cujuſvis oculis ſubjecta ſunt, qui Geographorum Principis Cluverii Italiam antiquam conſulere volent, de re tota exploratiſſime judicium facient, & ad confutandos hos errores verbum amplius addendum non putabunt. Sed quibus ejus libri copia non eſt, ex ſubjecta figura nihilo deterius judicare poterunt.



A A *Tiberis fluvius*
B *Peruſia in Hetruria*
C *Mevania urbs in Umbria*
D *Fons Clitumni*
EEE *Montes inter Meviania campos & Ameriam*
F *Ameria in Umbria*
G *Caſtellum Amerinum in Hetruria*
H *Lacus Vadimonis in Hetruria*

Peruſiæ mentionem non alia de re mihi facere hic viſum eſt, niſi ut minore negotio intelligantur verſus extremo libro primo, quibus Patriam ſuam Propertius Peruſiæ finitimam eſſe hoc modo ſignificat:

Proxima ſuppoſito contingens Umbria campo
Me genuit, terris fertilis uberibus.

Senſus

Senſus eſt: ego in ea Umbriæ parte natus ſum, quæ contingit loca proxima campo illi, qui Peruſiæ eſt ſuppoſitus, quoniam inter campum illum & loca patriæ meæ contingua non niſi Tiberis intereſt. Paſſeratius nullum inter Peruſiam & Ameriam facit diſcrimen: ſecutus Ioſephum Scaligerum male. Sed ipſa Scaligeri verba accipe, quibus de Propertii Patria a ſe uno demum inventa gloriatur. *Procul dubio* (inquit) *hactenus ignorata fuit patria Propertii. Nam quod Mevaniam, quæ hodie Bevagna dicitur, putarunt, falluntur*, & infra: *quare & cujas eſſet Propertius, & quis ſit lacus Umber, quæque hic accipienda ſit Mevania primi indicavimus. Denique meo periculo Amerinum fuiſſe Propertium, omnes mihi concedant neceſſe eſt.* Nunc Argumentum, quod eam in rem dicit unicum, eſt, Propertii Patriam in monte ſitam eſſe, Mevaniam vero non eſſe in monte ſitam. Igitur non poſſe Propertii Patriam eſſe. Sed hoc negamus. Dixerat quippe, Propertius: arces patriæ ſuæ non in clivo eſſe ſed de *vallibus ſcandere*, ſive in editum extolli. At Scaliger contendit, eam in colle aut edito clivo ſitam a poëta prædicari. *Cum poëta* (inquit) *manifeſte dicat, patriam ſuam in colle ſitam. quomodo Mevania, quod oppidum in planicie ſitum eſt, erit ejus patria?* & iterum: *Patria Propertii in clivo fuit.* Et tertium: *in montanis patriam ſuam ipſemet conſtituit.* Et quartum: *ſuam patriam in colle ponit.* Iam ſi quæras, ubinam hoc Propertius dixerit, cum ejus rei in verſibus ſupra recitatis ne minimum quidem veſtigium, ſed contrarium potius appareat: duo tibi poëtæ loca afferet, quibus ſibi quod ipſe conſomniavit, pleniſſime expreſſum perſuaſit. Primum enim ſcribit poëta:

Scandentes ſi quis cernat de collibus arces.

Quis ergo jam dubitet quin ipſe patriam ſuam in colle ponat? Sed in ipſa Scaligeri editione aliiſque habetur, *de vallibus*, quomodo in omnibus manu formaque deſcriptis libris legitur, non *de collibus*? Alter poëtæ locus eſt.

Scandentiſque axis conſurgit vertice murus.

Sic enim ipſe Scaliger edidit, & *axis* voce editum collem ſignificari Juvenalis, Statii & Silii locis docere conatur. Sed omnem in iſtis quoque ludit operam, velut ipſe ejus ſubſcriptor & adſtipulator Paſſeratius fatetur. Primum enim non ea vocabuli *axis* eſt

ſignificatio apud tres illos poëtas. Deinde ſi omnino id ſignificaret, aliter catuli longe olent, aliter ſues, id eſt, longe ab aurea Propertii ætate trium illorum latinitas degeneravit, quod non uno loco aperte fert æqualis eorum Quintilianus. Tertio, non eſt in veteribus Propertii libris *axis*. Nam in ſuo Paſſeratius legi ait *arcis*, idque probat. Sed in aliis Metellus invenerat ut nos ſupra poſuimus. Sed ſive *arcis*, ſive *altus* legas, non aliud dicere poëta voluit, niſi quod ipſum prius dixerat, turrim ſcilicet ſive arcem lateritio muro impoſitam valde editam & eminus conſpicuam fuiſſe. De vallibus, inquam, non de collibus arces illæ conſurgebant. Nunc porro audiendum quo pacto idem Ameriam Propertii patriam fuiſſe vincat: Propertii patriam (ait) eſſe in clivo poſitam, eſſe antiquam, eſſe continuam Mevaniæ campo, & deſpectare lacum Vadimonis. Hæc omnia convenire Ameriæ, igitur Ameriam eſſe Propertii patriam. Sed primum membrum hujus propoſitionis jam falſimoniæ rejecimus, patriamque Propertii in planicie poſitam demonſtravimus. Secundum ex poëtæ verbis cogi non poteſt, non enim ille oppidum, in quo natus erat, ſed Umbriam antiquam vocat. Tertium ita eſſe aſſentio, cum oppidum Mevania non ſit in medio illius campi, ſed propius ad oram ſive extremitatem ſita. Quartum eſſe falſiſſimum ex ſupra dictis patuit. Vadimon enim eſt in Hetruria plus quam triginta paſſuum millia a Mevaniæ campo remotus, interjectis altiſſimis montibus. Nihiloque verius, quod addit Scaliger, Amerinos eſſe quidem *Mevanates*, etſi non *Mevanienſes*. Nihil enim Ameriæ eſt cum Mevaniæ ſive oppido, ſive campo.

Interjecta etenim terrarum millia multa,
Quæ varii retinent montes & ſæcla ferarum.

Falſum etiam diſcrimen eſt inter *Mevanates* & *Mevanienſes*, ut *Mevanienſis* ſcilicet ſit natus in oppido, *Mevanas* vero natus in planicie. Nam tria omnino campus ille habet oppida, Mevaniam, Hiſpellum & Fulgineum, quorum cives ab auctoribus Mevanates, Hiſpellates, & Fulginates appellantur: cui conſequens, ut quoniam qui Hiſpellum & Fulgineum ſortiti ſunt patriam, & in medio Mevaniæ campo nati ſunt, Mevanates tamen dici non poſſunt, abſurdiſſimum ſit Amerinos Mevanatibus contribuere,

quorum

quorum patriam in alto monte circiter viginti paſſuum millia diſtante poſitam eſſe conſtat. Neque tamen Mevanates negaverim eoſdem recte Mevanienſes dici. Nam locus Plinii, quo Mevanates a Mevanienſibus diſtinguuntur, mendoſe legitur. In omnibus enim antiquioribus Plinii exemplaribus, non *Mevanienſes*, ſed *Mevanionenſes*, idque perperam legi doctiſſimus Cluverius monuit, qui & *Mevaniolenſes* legendum docet, cæterum Propertium recte Mevenatem dici; tanquam in oppido Mevaniæ natum, ultro confitetur. Adjicit Scaliger: *Præterea & illud mire convenit, quod ait patriam ſuam deſpectare lacum Umbrum, qui lacus non alius eſt, quam ille Vadimonis lacus veteribus celebratus.* Hoc plane cognoſcitur epiſtola Plinii ad Gallum lib. 8. *Exegerat* (inquit) *proſocer meus, ut Amerina prædia ſua inſpicerem. Hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubjacens lacus Vadimonis, & cætera.* Junius Philargyrius: *Clitumnus & Deus & lacus in finibus Spoletinorum, ex quo bibentia pecora alba fiunt. Lacum Vadimonis Clitumnum vocat, quod ab eo lacu Clitumnus emittitur.* Vides Ameriæ *lacum eſſe Vadimonem?* Hic enim vero nihil denuo demonſtrare attinet, quam male Vadimonem in Umbria ponit, vel Clitumnum dicit. Satis enim jam hæc rejecta ſunt. Hoc tantum addere libet Philargyrium minus proprie Clitumni fontem appellaſſe lacum, cum eum non niſi late patentem fontis gurgitem eſſe, præter Plinii auctoritatem, ipſa αὐτοψία omnibus probet. Fieri tamen poteſt, ut Philargyrius Virgiliane loqui voluerit nam Æn. 8. Hæc Æneæ ad Tiberim verba ſunt;

Quo te cumque lacus, miſerantem in commoda noſtra
Fonte tenet. ----

Ubi vide Servium.

INTER-

INTERPRETES QVI HIC INTEGRI HABENTVR.

JVSTI JOSEPHI SCALIGERI NOTÆ.

M. ANTONII MVRETI NOTÆ.

ACHILLIS STATII COMMENTARIVS IN CATVLLVM ET TIBVLLVM.

JANI DOVSÆ NORDOVICIS PRÆCIDANEA.

EJVSDEM IN PROPERTIVM PARALIPOMENA.

EJVSDEM SCHEDIASMA SVCCIDANEVM NVPERIS AD TIBVLLVM PRÆCIDANEIS ADDENDVM.

JANI DOVSÆ FILII IN TRESVIROS HOS CONJECTANEA ET NOTÆ.

ROBERTI TITII BVRGENSIS IN CATVLLVM PRÆLECTIONES QVATVOR.

THEODORI MARCILII IN C. VALERIVM CATVLLVM ASTERISMI.

Q. VALERI

Q. VALERI CATULLI VERONENSIS

AD CORN. NEPOTEM.

LIBER.

J. SCALIGERI.

Q. VALERI.) In manuſcripto juriſconſultiſſimi viri Jac. Cujacii non Cajus, ſed Quintus prænomen exaratum eſt. Idque videtur confirmati carmine in januam, illo verſiculo.

Verum iſti populi nænia, Quinte, facit.

Quare, qui illi Cajo prænomen faciunt, poſſunt hac auctoritate permoti, ſententiam ſuam mutare. Porro liber ille, quo uſi ſumus, cujuſque jam mentionem fecimus, longe alios hujus poëtæ manuſcriptos bonitate ſuperat, quum tamen omnes ex uno exemplari deſcripti fuerint. Id exemplar ab homine Veronenſi, quiſquis ille fuit, in Galliis repertum, omnes illos codices ejus poëtæ, qui in Italia extant, propagavit. Et quum multi extiterint, quorum pars vitam poëtæ collegerint, pars in eum Commentaria ediderint: miror a nemine illorum memoriæ proditum, quando, & a quo, & ubi hic liber repertus in manus noſtras pervenerit. Solus Volaterranus, quod ſciam, memoria avorum ſuorum e ſitu erutum ſcribit. Sed in Galliis ſe eum reperiſſe ille ipſe, qui publicavit, Epigrammate teſtatus eſt. Quod quamvis dignum eſt elegantia ſeculi illius, quo literas ſcire barbaries erat; tamen ne quid ſine teſte dicerem, id æquo animo hic adpoſui.

Ad patriam redeo longis a finibus exul,
Cauſſa mei reditus compatriota fuit.
Scilicet a Calamis tribuit cui Francia nomen:
Quique notat curſum prætereuntis iter.
Quo licet ingenio veſtrum revocate Catullum,
Cujus ſub modio clauſa papyrus erat.

Etſi, candide lector, hoc Epigrammate patienter carere poteras, habet tamen quod te ſcire melius fuit, quam ignorare. Non repetam de Catullo, quæ vulgatiſſima alii atque alii tanquam nova nobis obtrudunt. Id tantum dicam, Urbicarium & Mimographum poëtam huic noſtro cognominem fuiſſe: cujus meminit Juvenalis. Et fortaſſe is fuit auctor carminis de Vere, ex quo hoc citat Eraſmus:

Sic Amyclas, dum tacebant, perdidit ſilentium.

Suſpicor autem illud Gallicanum exemplar Langobardicis literis ſcriptum fuiſſe: quia errores, qui in poſtremis codicibus ab imperitis liberariis diſſeminati ſunt, non aliter videntur, quam a moroſis illis characteribus nati. id quod ſuo loco diligenter admonebimus. Præterea non character ſolum menda propagavit, ſed & antiquaria lectio. Nam liberarius ſemper ſcripſerat QVOR.

QUOI dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?

Cor-

QVOM. LVDEI. LVCEI. ADEPTA'S. M'ALIVS. OCEANO'S. POPVL' ARBITRIO. DEVOLVIT ILL'ACVTO. ILI' ET. Item multa alia præterea, quorum ignoratione quantum in hoc auctore edendo peccatum ſit, poſtea docebo. Miraberis enim, ſtudioſe lector, tantam mendorum ſegetem hunc politiſſimum auctorem occupaſſe. quam ſi non omnem extirpavero, tamen non magnum poſt me ſpicilegium relinquam. Dubitandum vero minime eſt opus Catulli ad nos lacerum perveniſſe. Longe enim plura ſcripſiſſe teſtes ſunt veteres Grammatici, qui de ejus poëmatiis ea producunt, quæ hodie non extant. Itaque apud Virgilium lib. v.

--- *per mille coloribus arcum*:

ibi Servius, *De iride arcum in genere maſculino dixit Virgilius Catullus & alii in fœminino, referentes ad originem.* Atqui tale nihil hodie in Catullianis. Præterea ejus opus videtur in genera carminum diſtinctum fuiſſe, Hendecaſyllabos, Heroica, Lyrica, Elegiaca. Itaque Chariſius citat Catullum in Hendecaſillabis, quod ſane non feciſſet, niſi ita tributum fuiſſet volumen. Rurſus apud Virgilium legimus

--- *Et quo te carmine dicam*
Rætica? ---

Ibi Servius refert, Virgilium, quum ſciret Ræticum vinum ſummopere laudari a Catone, contra autem vituperari a Catullo, ne ſe in eam diſſenſionem interponeret, hoc modo locutum. Atqui in hodiernis Catullianis nulla nota ejus rei extat. Denique Nonius ex Priapejo Catulli adducit:

--- *de meo ligurrire libido eſt.*

Quare admodum mutilum opus Catullianum ad nos perveniſſe minime dubium. Quid præterea dicam, quæ citat ex Catullo, Maurus Terentianus, quæ nuſquam comparent?

Ad Corn. Nepotem.) Ineptum eſt dubitare de Corn. Nepote, quem Plinius & accolam Padi, & Tranſpadanum vocat. Sed Auſonius omnem prorſus dubitationem tollit, qui eum Gallum vocat, & nepotis cognomen attribuit.

Cui dono lepidum novum libellum,
Veronenſis ait poeta quondam:
Inventoque dedit ſtatim Nepoti.
At nos inlepidum, rudem libellum
Credemus gremio cui fovendum?
Inveni, (trepida ſilete nugæ)
Nec doctum minus & magis benignum,
Quam quem Gallia præbuit Catullo.

Arida modo.) Cur dubites de hac lectione cauſſa non eſt, ſi Servium locupletiſſimum auctorem habes. quare enim illi minus quam libris abhinc centum annis ſcriptis tribuendum ſit non video.

VARIORVM.

Arida modo pumice expolitum?) Pellibus opinor libri & olim obtegebantur, eæque pumice poliri ac levigari ſolebant. Ovid:

Nec fragili gemina poliantur pumice frontes:
Hirſutus paſſis ut videare comis.

Servius ad Æn. 12. Plin 36 22. Poliebant ergo pumice libros eos jam editori. Propert. III. Eleg. I. Martial. I. Ep. 67.

Mutare dominum non poteſt liber notus,
Sed pumicata fronte ſi quis eſt nondum,
Nec umbilicis cultus atque membranis.

Infra ad Suffenum:

Novi umbilici, lora rubra, membrana
Directa, plumbo & pumice omnia æquata.
Livinejus.

J. SCALIGER. *Cornelio.*)

Corneli, tibi, namque tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas,
Jam tum, cum auſus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis, Juppiter, & laborioſis.
Quare habe tibi quidquid hoc libelli eſt,

Qua-

J. SCALIGER.

Corneli.) Male hoc diſtinguitur vulgo. Ita enim ſcripſit Catullus:

Quoi dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi. ---

Sic in Epigrammatis:

Quoi potius faveam? Cali, tibi.

Omne ævum tribus.) Dupliciter peccant docti viri in hujus loci enarratione, primum, quum Annales Nepotis intelligunt: quorum quum Grammatici decimum quintum citent, non efficient, id quod volunt, nempe illud, *Tribus chartis*, eſſe breviter & compendioſe, ut ipſi exponunt. Nam quomodo compendioſe ſcribere potuit, qui ad decimum quintum aut ulterius fortaſſe ſcripſerit: Alter error, quum *Tribus chartis*, ut jam monui pro breviter accipiunt. Quid ergo intelligit Chronicon Nepotis, quod antiquiſſima etiam mythologica complectebatur inſtar Apollodori Bibliothecæ. Auſonius: *Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quaſi alios apologos, nam & ipſa inſtar fabularum ſunt, ad nobilitatem tuam miſi.* Deinde aperte hoc Catullus ipſe docet. Nam τὸ *Omne ævum* plane ad Chronica refertur. Chronicorum ſcriptio omne omnium gentium ævum complectitur, Annales tantum unius nationis geſta. At *tribus chartis* quod dixit, pene pueri ipſi explicaverint, tribus libris. Ita Q. Serenus.

Tertia namque Titi ſimul & centeſima Livi
Charta. ---

An cenſes aliud quam centeſimum tertium librum indicari? Quare doctis viris, qui id proverbialiter dictum interpretantur, per me quidem tacere licet. Quid enim brevius ſcribere potuit, quam omne ævum ab ultima antiquitate tribus libris complecti?

Doctis Juppiter.) ἐκφώνησις ſatis nota. Et ſimilis ea apud Florum. *In loco, quem Aquas Sextias vocant, quo, fides numinum, prælio oppreſſit.* Sic apud Catonem: *Vita Deum immortalium.* ubi Statilius Maximus vetuſtiſſimus Criticus ἐκφώνησις, inquit, ἀρχαϊκὴ, ὡς, ὦ πόποι. Antipater Sidonius in Alcæum:

--- Οὐ γὰρ ἐν ἄλλῳ
Ἱερὸν, ἀλλ' ἐν ἐμοὶ πνεῦμα θανὼν ἔλιπεν,
Ὦ πνεῦμα κεχρίδαιο τὸ παγκρατές.

Nam ultima verba eodem modo ἐκφωνητικῶς pronuncianda. Terentius Andria: *Pietatem nati, nonne te miſeret mei!* ut ἐκφώνησις per ea, quæ nobis auguſtiſſima, Deos, templa Deorum: ſic & per ea, quæ nobis chariſſima, parentes, liberos. Itaque *vitam Deorum immortalium*, & *Pietatem nati*, eodem modo enunciatum, nimirum ἐκφωνητικῶς.

Quare habe.) Ita lege ex veteri ſcriptura:

Quare habe tibi, quicquid hoc libelli eſt,
Qualecunque ---

Quod eſt elegantiæ priſcæ ac Latinæ.

Qualecunque, quod o patrona Virgo
Plus uno maneat perenne ſæclo.

Ad

J. SCALIGER.

Qualecunque quidem.) Jam devenimus eum locum, qui adeo vulgus Grammaticorum torſit. Notum commentum Pontani, ipſo Pontano indignum, quod multi ita amplexi ſunt, ut quum ſe belle Catullum imitari profiterentur, id totum tanquam γνήσιον Catulli in ſuos Hendecaſyllabos inculcarint. Librorum ſcriptorum lectio, ut jam multi monuerunt, ita concepta.

--- *quod o patrona virgo.*

In noſtro erat *patruna.* Parva quidem menda, ſi leviuſculam mutationem, quæ hic commiſſa eſt, ſpectes: ſed non parvi momenti, ſi nos quidem recte divinavimus, id quod tamen nos feciſſe fortaſſe non inepte affirmare poſſumus. Legimus ergo:

Quare habe tibi quicquid hoc libelli eſt,
Qualecunque, quod, o patrima Virgo,
Plus uno maneat perenne ſæclo,

Quibus uterque parens ſuperſtes erat, ii Græcis ἀμφιθαλεῖς, Latinis *patrimi matrimi* dicebantur. Contra quibus alter tantum parens erat, ἑτεροθαλεῖς. & Latine, quibus pater deceſſerat, ii *matrimi*, quibus mater; ii *patrimi* erant. Eleganter vero Catullus Minervam, quæ tantum patrem habebat, patrimam vocat. Eo nomine ἀπατόρεια a Græcis poëtis vocatur, ut,

Κλῦθί μευ αἰγιόχου Τριτωνιὰς ἀπατόρεια.

Nam, ut inquit Callimachus

-- Μάτηρ δ' οὐκ ἔτικτε θεὰν,
Ἀλλὰ Διὸς κορυφά ---

Quare propterea ἀμάτωρ dicta. Euripides Phœniſſis: δίας ἀμάτορος παλλάδος φραδαῖσιν. Hoc eſt, Divæ patrimæ Minervæ conſiliis. Sic quum Vulcanus a Græcis dicitur ἀπάτωρ, jure vertere potes, *matrimus.* Patre enim careret, ut Minerva matre. Perperam vero alteram ab ultima corripuit Politianus, quum analogia aliter docet. Ita enim producimus, Primus, Bimus, Trimus, Quadrimus. Ad quod exemplum formatur, Patrimus, Matrimus. Quod ſi *patrona* retines, non deterius erit altero, propterea quod in Bibliothecis Minerva dicata erat. Juvenalis Satyra III.

Hic libros dabit & forulos, mediamque Minervam.

Mediam Minervam vocat, ἀφιδρυμένην Minervæ, quæ in omnibus bibliothecis dedicabatur: quo nomine patronam librorum vocaverit. Itaque non immerito librum plus uno ſæclo vivere optat, quem Minerva in Bibliothecas receperit. Magiſter quidam, cui editio horum trium poëtarum impotentem zelotypiam expreſſit, clamabat ex ſuggeſtu, flagitium eſſe Minervam invocari in poëmate laſcivo. Sed æmulatio eum ad eam nugatoriam objectionem impulit, non ulla ratio. Nam quis poëta non de amore locutus? & tamen quis non eorum invocavit Minervam? propter pædagogulorum faſtidium unus Catullus ab invocatione Minervæ faceſſat?

VARIORVM.

Patrona Virgo.) Magnus Scaliger pro *patrona Virgo*, reponendum cenſebat; *quod o patrima Virgo.* De qua emendatione merito dubitamus. Primo enim vocem *patrima* alii controverſi juris faciunt, & ſecundam non longam, ſed brevem volunt. Præterea quomodo Minerva, quam poëta hic poſcit, *patrima* poſſit appellari? Equidem ſcio ſine matre ex Jovis cerebro natam eſſe Minervam.

Ad paſſerem Lesbiæ. II.

Paſſer deliciæ meæ puellæ,
Qui cum ludere, quem in ſinu tenere,
Quoi primum digitum dare adpetenti,
Et acris ſolet incitare morſus
Cum deſiderio meo nitenti,
Carum neſcio quid lubet jocari,
(Ut ſolaciolum ſui doloris:

Credo

vam. Sed interea, *patrima*, non ſignificat illam, quæ matrem nunquam habuit, verum quæ matrem quidem habuit, ſed amiſit, patre ſolo adhuc ſuperſtite. Quomodo igitur *Patrima Virgo* recte dicitur, quæ matrem nunquam habuit? Iſacius Pontanus legendum exiſtimat, *Quod o paterna Virgo.* præſertim tum vox hæc *paterna* propius accedat ad lectionem M s s. *patrona.* & epithetum iſtud, *paterna*, optime conveniat Minervæ, quæ ἀμήτωρ patrem tantum habuit. Et expreſſiſſe hæc Catullum ex Martialis illo, quod exſtat lib. VIII. ep. LXXII. Ubi *Narbo* ei *paterna* dicitur, ob Julium Cæſarem, ejus conditorem, qui Cæſar pater appellatus fuit. Unde & in veteri Inſcriptione diſertim legitur. COL. JULIA PATERNA. NARBO. Si quis interea me ſequi volet, vulgatam lectionem, quæ *patrona* habet, mutare non tentabit. *Boxhornius.* Lego: *Qualecunque. quod o Peranna Virgo Plus &c.* Appellare enim videtur Deam temporis præſidem, quæ a veteribus *Peranna* dicta fuit: atque adeo poëtam ludere voluiſſe arbitror in cognatione vocum *Peranna*, & illo quod ſequitur *Perenne. Meleager.*

J. SCALIGER.

Cum deſiderio meo nitenti.) Scribendum eſt *Quum*. Quum libet, hoc eſt, quandoquidem libet. In plerisque veterum libris *quoniam* pro *quum* ſubſtitutum eſt. & ut alios taceam, Inſtitutiones Juſtiniani Imp. manuſcriptæ ſemper habent *quum*, ubi vulgo *quando*, aut *quoniam* interpolatum eſt. Hoc majoris eſt momenti, quam pædagoguli prima fronte judicare poſſent. Quid enim ſequitur vide. Male vero deſiderium, puellam ipſam, & amores poëtæ interpretantur vulgo.

VARIORUM.

Ut ſolatiolum.) Pauca mecum, ſi lubet, muta.

Ut ſolatiolum ſui doloris:
Credo, & tum gravis acquieſcit ardor.
Hac mente: Quoties meæ puellæ lubet aliquid jocari, tanquam ſolatiolum ſui doloris, velut ſi græce dicas, παίζειν τι ὡς παραμυθητικόν. Tantum ſedes τοῦ *ut* atque & mutanda fuit, & nonnihil etiam aliter diſtinguendum. Qua quidem ſententia nihil poteſt eſſe clarius. *Meleager.*

Credo, ut tum gravis acquieſcat ardor.)
Tecum ludere, ſicut ipſa, poſſem,
Et triſtes animi levare curas,
Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ,
Pernici aureolum fuiſſe malum,

Quod

J. SCALIGER.

Credo ut tum.)Corruptiſſima hæc ſunt, ſi quæ alia in Catullo. & ſi qui putant ſe totum Catullum tenere, verum fateri volunt, profecto ſe in hoc nihil penitus videre fateantur neceſſe eſt. Vetus ſcriptorum librorum lectio:

Credo ut quem gravis acquieſcit error.

Magnum mendum, ſed parva labe contractum. Nam vetus codex Gallicanus ſine dubio habuit *credont* pro *credunt*. Ita enim non raro ſcribebant, ut in lapide Narbonenſi:

VIVONT
A. SEMPRONIO
GALLÆCI. L. LÆTO
PVRPVRARIO
ET. SEMPRONIÆ. MODESTÆ
VXORI.

Et in aliis ejuſdem urbis inſcriptionibus legitur *vivont* pro *vivunt*. *Acquieſcit*, ſcriptum fuiſſe non mirum videri debet. Ita enim ſæpiſſime in hoc libro. ut *ipſe*, *que*, *tace*. & ſimilia, pro *Ipſi*, *qui*, *luci*. Mens Catulli hæc eſt. O paſſer, quandoquidem libet mihi dare ludum deſiderio meo. hoc eſt: Quando libet mihi animi gratia jocari (ut homines tunc credunt ſe defunctos dolore, quando eo intermittente levantur. puta interjecto aliquo ludicro)utinam tecum ludere, ſicut ipſa poſſem, ac tam levi opera, æſtu ac dolore meo defungi. Errori etiam anſam dare potuit nomen ſupplendum,ad quod refertur τὸ *credunt*. Ita enim ſæpe loquuntur veteres. Propertius:

Non ita complebant Ephyrea Laidos ædes.

Complebant, qui? homines, amatores. Theocritus.

*Ὅσσον ἐρῶντι παῖδες μύθων καὶ μα-
τέρας αἰνεῖν.*

Subaudimus enim παῖδες. & hæc quoque ſunt inuſitatæ elegantiæ. quæ tamen hactenus nemu intelligebat.

Tecum ludere.) Non expreſſum eſt τὸ ἐυκτικὸν Utinam. Virgilius:

*--- Troum ſocia arma ſecutum
Obruerent Rutuli. ---*

utinam obruerent. Legendum vero, ut in manuſcriptis,

Tecum ludere, ſicut ipſa, poſſem,

non autem,

Secum ludere, ſicut ipſe poſſem.

Ovid.

Me quoque qua fratrem mactaſſes, improbe, dextra.

Subaudiendum & hic utinam. Tibullus:

Tam mihi vita foret. ---

Utinam foret.

VARIORVM.

Ardor.) Vetus liber Cujacii *error*, quod ſilentio præteriit Scaliger. Non tamen improbari debet. Nam & amor inſanis, & error mentis inſania dicitur. Unde amor etiam error vocatur Vergil. Ecl. 8.

Ut vidi, ut perii, ut me meus abſtulit error.

ita igitur dictus eſt error gravis Catullo, ut Virgilio error malus. *Paſſeratius.* Hanc vocem etiam Ovidio & multis aliorum Autorum locis reſtituit Nobiliſſimus N.Heinſius.

Quod

Quod zonam ſoluit diu ligatam.

Luctus in morte Paſſeris III.

Lugete, o Veneres, Cupidineſque,
Et quantum eſt hominum venuſtiorum.
Paſſer mortuus eſt meæ puellæ,
Quem plus illa oculis ſuis amabat.
Nam mellitus erat, ſuamque norat
Ipſam tam bene, quam puella matrem:
Nec ſeſe a gremio illius movebat;
Sed circumſiliens modo huc modo illuc,
Ad ſolam dominam uſque pipilabat.
Qui nunc it per iter tenebricoſum,

Qui

J. SCALIGER.

Quod zonam ſoluit.) Zonam ſolvere aliter Romanis, aliter Græcis accipitur. Nam latinis zonam ſolvere dicitur quæ traditur viro; Græcis autem quæ primum parit. Apollonius Rhodius libro primo:

-- ᾧ ἔπι μούνῳ
Μίτρην πρῶτον ἔλυσε καὶ ὕςατον --

Scholiaſtes λύουσι γὰρ τὰς ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι. ὅθεν καὶ Λυσιζώνης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν Ἀθήναις. tamen ſcimus & de illis quibus virginitas minuitur apud Græcos uſurpari. Theocritus: Λῦσε δὲ οἱ μίτρην καὶ οἱ λέχος ἔντυνεν ὥρας. Neque audiendus ille Scholiaſtes. Debebat enim dicere, αἱ διαπαρθενευθεῖσαι: non autem αἱ πρώτως τίκτουσαι. Sic Apollonius lib. IIII.

-- Ἔτι μοι μίτρη μένει, ὡς ἐνὶ πατρὸς
Δώμασιν, ἄχραντος καὶ ἀκήρατος --

Paſſer mortuus eſt.) Poſt hunc verſiculum in manuſcripto noſtro, itemque in primitus excuſis reperitur verſiculus ille:

Paſſer deliciæ meæ puellæ.

Nimis ſane moroſi, qui illa repetitione offenſi ſunt.

Pipilabat) Recte a ventulo, ventilare. a pipulo, pipilare. Quid ſit pipulus, explicat Varro apud Plautum Aulularia. Mattius Mimiambis:

Dein coceuti vaſa cuncta dejectat,
Nequamque ſcitamenta pipulo poſcit.

Quare hoc verbo docti offendantur cauſam adhuc comminiſci non potui.

VARIORUM.

Ad ſolam.) *Ad* pro *apud* Plaut, Capt. *Philocrates modo in libertate eſt ad patrem.* Livius lib. II. *Dum hæc ad Veiei geruntur.* Terent, Hecir. *Ea quæ nunc eſt ad uxorem tuam.* Publ. Mimus *Bonum ad virum cito moritur.* Virg.

Prima quod ad Trojam pro caris geſſerat Argis.

Idem:

--- genuit Simoëntis ad undam:

 J. SCAL. *Illuc*

Qui nunc it per iter tenebricoſum,
Illuc, unde negant redire quemquam,
At vobis male ſit malæ tenebræ
Orci, quæ omnia bella devoratis;
Tam bellum mihi paſſerem abſtuliſtis,
O factum male, o miſelle paſſer,
Tua nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli.

Faſelli laus, & dedicatio. IV.

Phaſellus ille, quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe navium celerrimus,

Neque

J. SCALIGER:

Illuc unde negant.) Theocritus.
--- Ἀνέξοδον εἰς ἀχέροντα.

Nicander, δυσνόστοιο. Lucanus, *irreducem*, id eſt. ἀνέξοδον lib. IX.

Irreducemque viam deſerto limite carpit.

Sed non loquitur de via inferorum.

Tua nunc opera.) Recte *Tua*, ad paſſerem. Juvenal.

--- *cujus*
Turbavit nitidos extinctus paſſer ocellos.

VARIORUM.

Illuc unde negant redire.) Philetas de Orco eodem modo quo Catullus:

Τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἤλυθεν ὁ δίτης.

hinc & σὺν ἀνέξοδος ἅδης dicitur Æſchylo, ἀνόστοιος, Epigrammatis Græcis. Sed & Anacreon huc reſpexit, cujus verba ita vertebamus:

Quia Acherontis aſpera eſt
Specus, pedemque nemini
Datur referre ab horrida
Styge, ut quis intulit pedem.

Antipater Antholog. III.
--- Ἐς γὰρ ἀναγκαίην
Ἐς τὴν ἀνόστητον χῶρον ἔβης ἐνέρων.

Seneca autem hunc Catulli verſum mutuatus eſt in ἀποκολοκυντώσει. *Douſa F.*

O factum male.) In antiquis libris omnibus legitur:

Bonum factum male bellus ille paſſer.

Quod de nihilo non eſt. Non omnino male docti viri ſubvenerunt legentes
O factum male, o miſelle paſſer.

Ego vero preſſius inhærens veſtigiis legendum putaverim,

O factum male, va puſille paſſer.

Solenne enim eſt ut in vetuſtis codicibus B. & V. invicem commutentur. Credibile eſt itaque ſic ſcriptum fuiſſe *be buſille*, unde naſutioribus *bellus ille paſſer*. pro *va puſille paſſer*. quod γνήσιον eſſe puto Catulli. *Meleager.*

Opera.) pro *culpa.* Sic apud Nonium in *frangeſcere. Nunquam erit tam immanis; cum mea opera extinctum ſciat, quin frangeſcat.* Corn. Nepos. *ut ejus opera in maximum odium Græciæ Lacedemonii pervenerint.* Scottus obſerv. l. 2. c. 16.

Celerrimus.) Pro quo ſubſtituerant imperiti

Neque ullius natantis impetum trabis
Nequiſſe præterire, ſive palmulis
Opus foret volare, ſive linteo.
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare littus, inſulaſve Cycladas,
Rhodumque nobilem, horridamve Thraciam,
Propontida, trucemve Ponticum ſinum;
Ubi iſte poſt Phaſellus antea fuit
Comata ſylva. nam Cythorio in jugo
Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.
Amaſtri Pontica, & Cythore buxifer
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait Phaſellus: ultima ex origine
Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine,
Tuo imbuiſſe palmulas in æquore,
Et inde tot per impotentia freta
Herum tuliſſe, læva, ſive dextera
Vocaret aura, ſive utrumque Juppiter

imperiti *celerrimum.* Sic Stat. Thebaid. lib. 1.

--- & ſediſſe ſuperbus
Dejecto tunc fratre putat. ---

purus putus Helleniſmus. *ſuperbus*, pro *ſuperbum*, genus loquendi venuſtum, uſitatum optimis ſeriptoribus, ſed quod remotum ab uſu vulgi, imperitos offenderat. Virgil.

--- Senſit medios delapſus in hoſtes.

Propert.

Viſura & quamvis nunquam ſperarat Ulyſſem.

Horat.

Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratus.

J. SCALIGER.

Minacis Adriatici) ὕστερον πρότερον. Nam ex Adria in Cycladas, hinc Rhodum, Rhodo in Thraciam, a Thracia in Pontum venit: Sed contra in ora Pontica fabricato Phaſelo hinc profectus, per illa loca in Adriam pervenit. Deinde ingreſſus Paduſam alveo Padi exceptus, adverſo Mincio ad Benacum lacum, Sirmionem appulit.

VARIORUM.

Natantis.) *Natare* hic pro *navigare* poſuit, ut & alibi:

-- cumque juventus
Per medium claſſi barbara navit Athon.

Douſa F.

Simul ſecundus incidiſſet in pedem;
Nec ulla vota litoralibus Diis

Sibi

J. SCALIGER.

Incidiſſet in pedem.) Pes eſt funiculus cui angulus veli religatur. Inde facere pedem eſt contrarium ei, quod hic volebat Catullus. Nam ventus medios ſinus veli inflans, dicitur nautica locutione *incidere in utrumque pedem.* Contra, quum leva ſive dextera vocat aura, dicitur *τραυλικῶς facere pedem.* Idem *facere pedem* eſt, quod nautæ noſtri dicunt, dimidio vento navigare. Quare inſigniter errat vir diſertiſſimus, qui *facere pedem* accipit pro vela facere. Atqui vela facere eſt velificari. At non omnis velificans facit pedem. Non enim eſt πληρέστατος ἄνεμος quum facit pedem, ſed quum medios ſinus implet. Cæcilius, *Venerro curſu veni prolato pede uſque ad Saphonem.* Ubi pes eſt angulus veli, ut alibi recte exponit Iſidorus. Propedem vocat Turpilius:

Quaſi quum ventus fert navim in mare ſecundus,

Si quis prepedem miſit veli ſiniſtrum. --

Virgilius recte demonſtrat quid ſit facere pedem, quum dicit *nunc ſiniſtros, nunc dextros ſolvere ſinus.*

Neque ulla vota) ἐξίληςμένας εὐχάς.

VARIORUM.

Incidiſſet in pedem.) Pedes æqui ſunt & pares, cum utrumque ſimul ſecundus flatus incidit: nunc dextri, nunc ſiniſtri ſolvebantur velorum ſinus pro venti mutabilitate, pro ut dextera aut ſiniſtra adflaret: pedes proprie ſunt funes ad angulos velorum, quibus ea vertebantur. Hinc & pro velis. Iſidorus *propedem* vocat τὸν πρόποδα, & funem interpretatur, quo pes veli alligatur. Turpilius: *Si quis propedem miſit veli ſiniſtrum.* Ergo modo dextri, modo ſiniſtri proferebantur hujusmodi velorum pedes & propedes pro ut erat ventus

--- *laeva ſive dextera*
Vocaret aura.

nam vela ventis obvertebantur, ad excipiendos flatus. Plautus: *utcumque in alto ventus eſt, exin velum vortitur*: ergo modo ad lævam, modo ad dextram, modo dextri pedes modo ſiniſtri laxabantur, & proferebantur. Plin. lib. II. c. XLVII. *iiſdem autem ventis in contrarium navigatur prolatis pedibus ut noctu plerumque adverſa vela concurrant.* In diverſum prolatis pedibus, in contrarium navigatur, ita ut adverſa vela concurrant, etiam iiſdem ventis. at pariata & æquata dicebantur vela, cum in dextrum & ſiniſtrum ſimul ventus ingrueret:

--- *laeva ſive dextera*
Vocaret aura, ſive utrumque Juppiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem.

ergo modo ad dexteram, modo ad lævam vocat ventus, modo in utrumque pariter velum æquatus incidit. qui maxime eſt ſecundus. *Pes veli*, funis eſt quo velum tenditur, τὸ πόδιον. unde & pro velo poëtæ plerumque ſumunt, quibus in navi vertendorum velorum munus incumbebat, *pedem tenere* dicebantur. Servius: *per ſortem diviſi ad officia remigandi quis proreta eſſet, quis pedem teneret.* unde *æqui pedes*, æqualiter tenſi, quod fiebat, cum æquatæ auræ velorum ſinus implebant. *Salmaſius.*

Neque ulla vota, &c.) In maris periculis vota homines ſuſcipere ſolent, quæ ſervati defunctique diſcrimine in littore reddere Diis littoralibus conſueverunt. Se autem prædicat tanta navigandi felicitate ſemper curſum confeciſſe, nulla ut vota nuncupanda Diis fuerint. Cur Littoralibus Diis? quia in naufragii periculo vovemus, ſi littus attingamus, nos littoris præſidibus Diis vota perſoluturos: quales a Marone lib. I. Georg.

-- *Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.*

& in Epigrammatis Græcis referuntur, *Turnebus.* Vide Loënſ. lib. III. Epiphyll c. XV. & Gevartium in not. ad Papinii Sylvar. lib. III.

Amare

Sibi eſſe facta, cum veniret a mare
Noviſſimo hunc ad uſque limpidum lacum,
Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Senet quiete, ſeque dedicat tibi
Gemelle Caſtor, & gemelle Caſtoris.

Ad

J. SCALIGER.

A mare Noviſſime.) Ita liber noſter. Sed profecto recte faciebant qui legebant *Noviſſimo.* Quis neſcit navigationem ad ea loca, ἔσχατον πλεῖν dictam? verſus proverbialis: Εἰς Φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος. Alluſit propertius;

-- *longe Phaſidos eſſe viam.*

Gemelle Caſtor.) Prior Caſtor habetur. Atque adeo ambo uno nnmine dicuntur Caſtores. Unde eorum ædes, Ædes Caſtorum Suetonio in Cæſare Dictatore. Sic Græcis quoque τὼ Κάστορε dicebantur: Euripides Electra ἀναίνομαι δὲ Κάστορ', ὦ, πρὶν εἰς θεοὺς ἐλθεῖν, ἔμ' ἐμνήστευον αὐτοῖ ἐγγενῆ. Ubi plane τὼ Κάστορε ambo dicuntur. quod, quia raro occurrit, eo minime animadverſum eſt, norent ſtudioſi. Ut autem ſtudioſi adoleſcentes Latina Græcis reddere aſſueſcant, Phaſelum Catulli totidem Græcis Jambis puris olim a nobis adoleſcentibus expreſſum, nunc vero alicubi meliorem factum infra ſubjecimus. Quanto autem difficilius eſt tam abſolutam Latini carminis elegantiam Græcis numeris exprimere, tanto nos juſtiorem veniam merebimur, ſi minus aſſecuti ſumus. Hoc unum certo ſpondemus, Græca eſſe, quæ proponemus, & ex Græcorum Jamborum lege, quam pauci etiam qui nomen in poëticis habent intelligunt.

Phaſelus Catulli Jambis puris Græcis.

Κέλης ἐκεῖνος, ὃν θεᾶσθ' ὁδοιπόροι,
Τρέχειν νεῶν μὲν ἄχεται θοώτερος,
Σκάφους ὅπισθεν ὑστερεῖν δὲ μηδενὸς
Δρομηλατοῦντος, εἴτε μιν χερῶν ἐλᾶν
Πλάταισιν, εἴτε λαῖφεσ' ἐπτερωμένοις.
Τόδ' οὔτε φησὶν ἀντερεῖν ἂν Ἀδρίου
Νησιδας οὔτε Κυκλάδας ἀμφιρρύτους.
Ῥόδον κλυτήν, ὅτι σίμερόν τε Θρηκίαν,
Προποντίδ' ἀγρίαν τε ποντίαν ἅλα,
Ἵν' οὗτος ὕστερον κέλης πάροιθεν ἦν
Πίτυς τινακξίφυλλος, ἡ Κυτωρίοις
Πάγοις ἔσυρισ' αὐλαλᾷ φόβῃ θάμα.
Κύτωρε πυξόδενδρε, Ἀμάστρι ποντική,
Τάδ' εἰδέναι σ' ἅπαντα νῦν τε καὶ πάλαι
Λέγει κέλης ἄν. ἀρχῆς ἐκ γενεθλίου
Τεαῖσι φησὶν ἐν νάπαις πεφυκέναι,
Τεοῖσι κλῦτ' ἐν οἴδμασι νέας πλάτην.
Κλύδωσι δ' ἔνθεν ἐν πολυρρόθοις ἑὸν
Πορθμεῖς' ἄνακτα, λαιὸς, εἴτε δεξιὸς
Ὤραρεν οὖρος, εἴτ' ἄημα πάμπτιμον
Ἐτεὸν πλησιλαιφὲς ἀρμένω πέδι.
Ἐπηκόοισι δ' οὔ ποτ' ἐξιλήρια
Θεοῖσιν ηὔξατ' ὡς ἀπ' ἐσχάτης ἁλὸς
Ἀφίκετο τήνδε λιμνίαν ἐς ἤονα.
Τὰ μὲν πάροιθε· νῦν δὲ νωίμω γέρων
Σχολῆς τέτευχε σοὶ δὲ κεῖτ' ἀνειμένος
Διὸς τε κοῦρε, καὶ Διοσκόρου κάσι.

VARIORUM.

A mari.) a mare legit Priſcianus. Varro lib. 3. de gente P. R. apud Cariſium l. 1. *a mare operta oppida.* ita ſolitos loqui veteres indicat Plauti locus in Milit. A. 4. ſc. 7.

Nam ſi a mare abſtinuiſſem, tanquam hoc uterer.

Paſſeratius.

Vivamus.)

ad Lesbiam. V.

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,
Rumoreſque ſenum ſeveriorum
Omnes unius æſtimemus aſſis.
Soles occidere, & redire poſſunt:
Nobis, cum ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.
Da mi baſia mille, deinde centum,
Dein mille altera, dein ſecunda centum:
Dein uſque altera mille, deinde centum,
Dein cum millia multa fecerimus,
Conturbabimus illa, ne ſciamus,
Aut ne quis malus invidere poſſit,
Cum tantum ſciat eſſe baſiorum.

Ad Flavium. VI.

Flavi delicias tuas Catullo,
Ni ſint illepidæ, atque inelegantes,

Velles

J. SCALIGER.

Vivamus.) Satis notum quid ſit hic *vivamus*. Hoc idem oſtendit vetus inſcriptio Narbone.

ÆLIÆ. RESTITVTÆ. ANIMÆ
DVLCISSIMÆ. BELLATOR.
AVG. LIB.
CONJVGI. RARISSIMÆ. BENE MERENTI.
AMICI
DVM VIVIMVS
VIVAMVS

Ni ſint inlepidæ.) Proverbium Græcorum: Κάλλιον τὸ φανερῶς ἐρᾷν τοῦ λάθρα. Plato Sympoſio, ἐνθυμηθέντι γὰρ ὅτι λέγεται, κάλλιον τὸ φανερῶς ἐρᾷν τοῦ λάθρα, καὶ μάλιστα τῶν γενναιοτάτων καὶ ἀρίστων, κἂν αἰσχίους ἄλλων ὦσι, &c. Horatius:

Ditas Opuntia
Frater Migillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat ſagitta.

Hæc hujus poëmatii mentem non parum aperiunt.

VARIORUM.

Omnes unius æſtimemus aſſis.) Aſſiario vel aſſe æſtimare vel vendi nihil aliud eſt, quam vili pretio diſtrahi. Catullus in Vibennios.

Fili, non potes aſſe venditare.

Et in quendam.

Non aſſis facis? o lutum, lupanar?

Cicero pro Quintio: *Aſſem ſeſe negat daturum.* Et pro Roſcio Comœdo: *Qui aſſem nullum dedit.* Juvenalis Satyra 10.

Quiſquis adhuc uno partam colit aſſe Minervam.

Bochartus.

Conturbabimus.) Putabatur faſcinatio iis rebus nocere non poſſe, quarum vel nomen vel numerus ignoraretur. *Livin.*

Nam

Velles dicere, nec tacere poſſes.
Verum neſcio quid frebriculoſi
Scorti diligis: hoc pudet fateri.
Nam, te non viduas jacere noctes,
Nequidquam tacitum cubile clamat,
Sertiſque ac Syrio flagrans olivo,
Pulvinuſque peræque & hic, & illic
Attritus, tremulique quaſſa lecti
Argutatio inambulatioque.
Nam nil prævalet iſta, nil tacere,

Cur

J. SCALIGER.

Nam ni pravales.) Hæc omnia commentitia & adulterina. Priſca lectio:

Nam ni iſta pravalet nihil tacere,
Cur non tam latera e. pandam,
Nec tu quid facias ineptiarum.

Multum opis ea ſcriptura adtulerit ad verum eliciendum;

Nam, ni ſtupra, valet nihil tacere,
(Cur? non tam latera e. pandant?)
Nec tu quid facias ineptiarum.

Nam niſi, inquit, ſtuprum eſt, quod fateri non audes, nihil eſt cur taceas quid noctu facias, nec, niſi quid ineptiarum facis, puta quod febricoloſum quid amas. Ordo erat: Nam ni ſtuprum eſt aut aliud quid ineptiarum quod facis, nihil refert tacere. Alioqui num minus latera exhauſta ſunt, tametſi taces, id eſt, an minus tua latera quæ exhauſta ſunt, id aperiunt? quum exhauſtæ vires, & pandum latus id prodant. In primo verſu quod *Stupra* eruimus, hoc factum, quia ſæpe in hoc libro *u* pro *a* ſcriptum fuit. Et Langobardus character non diſtinguit has duas literas. In multis aliis bonis ſcriptoribus non raro idem commiſſum reperias. Apud Ciceronem ad Qu. Fratrem Epiſtola prima libri tertii: *In Balneariis aſſa in alterum apodyterii angulum promovi. propterea quod ita erant poſita, ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſub tectum cubiculi ſubgrande.* legendum. *Eſſet ſubjectum cubiculi ſubgranda, a,* in *u,* in quibus verbis Ciceronis non ſolum hoc emendavimus, ſed gloſſema illud delemus, *Ex quo ignis erumpit.* Lego igitur: *ut eorum vaporarium eſſet ſubjectum cubiculi ſubgranda.* Quid ſit *ſubgranda* & mediocriter docti ſciunt. Aſſa vocat hypocauſtum, cujus ignis potuit ſubgrundam cubiculi incendere, quia illi ſubjectum erat hypocauſti præfurnium, quod ipſe vocat vaporarium. Gloſſa: *Aſſa cella, ἀφιδρωτήριον.* Porro, *valet,* eſt quod Græci dicunt, *ἀνύει. οὐδὲν ἀνύει σιγῶν.* Idem Verbum eodem ſenſu poſitum reperi in vetuſtiſſimo Epitaphio pueri Narbonæ, quod dignum viſum ut non illic tantum legeretur. Eſt autem tale:

* * *

* *nec duro jam doleas obitu.*
Nec tibi, nec vobis æternum vivere ceſſit.
Quod pueri occidimus, fata querẽda putas?
Dum ſis in vita, dolor eſt amittere vitam.
Dum ſemel occidimus, omnia deſpicias.
Orbẽ ſub leges ſi habeas, num vivis ad orbiũ
Quid valet? hic nulla eſt divitiis ambitio.

Nam ni ſtupra.) Aut cùm ingenua rem habet nupta, aut vidua, quod ſtuprum eſt, & legibus vindicatur aut cum ſcorto, ſed morboſo, quod pudet fateri. Stuprum tacere cogit pœnæ metus, ut illud alterũ pudor. Stuprum pro turpi veteribus uſurpabatur, quomodo hic accipiendum.

J. SCALIGER. Cur

Cur nunc tam latera exfututa pandas,
Ni tu quid facias ineptiarum?
Quare quidquid habes boni malique,
Dic nobis. volo te, ac tuos amores
Ad cælum lepido vocare verſu.

Ad Lesbiam. VII.

Quæris, quot mihi baſiationes
Tuæ, Lesbia, ſint ſatis ſuperque?
Quam magnus numerus Libyſſæ harenæ
Laſerpiciferis jacet Cyrenis,
Oraclum Jovis inter æſtuoſi,
Et Batti veteris ſacrum ſepulcrum:
Aut quam ſidera multa, cum tacet nox,
Furtivos hominum vident amores:
Tam te baſia multa baſiare,
Veſano ſatis, & ſuper Catullo eſt:

Quæ

J. SCALIGER.

Cur? non tam latera.) Etiam ſi taceas, num latera minus pandant? Pandare & pandari ligna dicuntur, quæ incurvantur. Cur latera pandari dicat nimio uſu rerum Veneris, otioſum eſt dicere.

Quare quicquid habes boni malique Dic nobis.) Callimachus φίλος δ' ἀγνῶστον μηδὲν ἔχοιμι κακόν.

Laſerpiciferis jacet Cyrenis.) Corripuit ſyllabam, quæ aliis producitur, nec tamen id ſine exemplo. Callimachus.

-- Τείπτυν γε μὲν ἄστυ κυρήνης.

Hermeſianax:

Ἀνδρος κυρηναϊονδ' εἴζω πόθ⊗ ἔσπασεν ἰδεῖν.

VARIORUM.

Latera.) Ea enim pars immoderato cöitu inſigniter læditur. Optime hoc docet Caſpar Sciopppius nequitiarum magiſter, in ſuis ad Priapeja commentariis.

Laſerpiciferis.) Fetentibus Laſerpicium: quod apio ſimile Græci Selphion vocant, in Cyrenaica Provincia repertum. Ferunt autem natum, imbre piceo repente madefacta tellure, circa Heſperidum hortos Syrtimque majorem, annis ſeptem ante oppidum Cyrenarum. Vim vero illam per quatuor ſtadiorum ſpatium invaluiſſe, ſuccus ejus laſer appellatus eſt, magnificus in uſu medicamentiſque, & ad argentei pondus denarii penſus. Auctor eſt Plinius. *Palladius.* Docte in eleganti digreſſione de Laſere, Laſerpicio, Silpicio, &c. in Plin. Exerc. Incomparabilis Salmaſius diſputat.

Furtivos.) Occultos. Furtum enim vocabant, quidquid occultum foret, Virgil.

-- *Non ego hanc abſcondere furto*
Speram ne finge fugam. --

Livm.

Qui

Quæ nec pernumerare curioſi
Poſſint, nec mala faſcinare lingua.

Ad ſe ipſum. VIII.

Miſer Catulle, deſinas ineptire,
Et, quod vides periſſe, perditum ducas.
Fulſere quondam candidi tibi Soles,
Cum ventitabas, quo puella ducebat
Amata nobis, quantum amabitur nulla.
Ibi illa multa tum jocoſa fiebant,
Quæ tu volebas, nec puella nolebat.
Fulſere vere candidi tibi ſoles.
Nunc jam illa non vult, tu quoque impotens ne ſis:
Nec, quæ fugit, ſectare: nec miſer vive:

Sed

J. SCALIGER.

Quæ nec pernumerare curioſi.) Et ſupra.

Conturbabimus illa ne ſciamus,
Aut nequis malus invidere poſſit.

Superſtitio veterum, qui finitum numerum obnoxium faſcino credebant. Itaque laudantes, aut numerantes dicebant, *Præfiſcine.* hoc verbo omnem invidiam ſe amoliri putabant. ut quum in culleum primam urnam vini indidiſſent, dicebant, *Multa.* Nam multum non eſt numerus præfinitus. Hoc enim, ut quæ nimium laudabantur, faſcino obnoxia putabant. Virgilius:

Aut ſi ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingito, ne vati noceat mala lingua futuro.

Tertullianus de virginibus velandis: *Nam eſt aliquid etiam apud Ethnicos metuendum, quod faſcinum vocant, infeliciorem laudis, & gloriæ enormioris eventum.*

Nunc jam illa non volt.) Scriptus liber mutilum parte ultima verſum habet.

Nunc jam illa non volt, tu quoque impote.

Puto, *tu quoque impotens ne ſis.* Primus Hieronymus Avantius conatus emendare, *impotens noli.*

VARIORUM.

Quo puella ducebat.) Concinnius multo fuerit meo quidem animo *dicebat*, hoc eſt, condicebat loco nimirum & tempore conſtituto, cum ego quaſi ad condictum venirem. *Condicere* enim eſt συντίθεσθαι μετὰ ἐπαγγελίας, & quaſi dicendo denunciare, ut explicant Feſtus & J. C. §. appellamus. Inſtit. de Action. *Douſa F.*

Impote.) *Impote es*, legendum Suſpicor. *Livin.*

Quum

Sed obſtinata mente perfer, obdura.
Vale puella: jam Catullus obdurat:
Nec te requiret, nec rogabit invitam.
At tu dolebis, cum rogaberis nulla.
Scelesta tene, quæ tibi manet vita.
Quis nunc te adibit cui videberis bella?
Quem nunc amabis? cujus eſſe diceris?
Quem baſiabis? cui labella mordebis?

Ad Verannium. IX.

Veranni, omnibus e meis amicis
Antiſtes mihi millibus trecentis,
Veniſtine domum ad tuos penates,
Fratreſque unanimes, tuamque matrem;
Veniſti. o mihi nuntii beati!
Viſam te incolumem, audiamque Iberum
Narrantem loca, facta, nationes,
Ut mos eſt tuus: applicansque collum
Jucundum os, oculoſque ſuaviabor.
O quantum eſt hominum beatiorum,
Quid me lætius eſt, beatiuſve!

De

J. SCALIGER.

Quum rogaberis nulli.) Et ſcriptura, & excuſæ editiones, *Nulla.* ἀρχαϊκῶς. Terentius: *Nullus dixeris.*

Sceleſta Tene.) Liber ſcriptus,
Sceleſta rere quæ tibi manet vita.
quod mutare nolim. Nunc, inquit, tecum reputa, quæ te manet vita. Sed in margine erat: *Sceleſta te ne?* quos & ipſum non deterius altero.

At tu Catulle, deſtinatus.) Turnebus voluit.

At tu Catulle, obſtinatus obdura:
Quæ lectio Nævio, aut Andronico, quam Catullo dignior eſt. Sed deſtinatus animus recte apud veteres dictum invenies, & vetera colloquia puerilia. Græcolatina: *Uno animo deſtinati aut perire, aut punire Alexandrum:* Ὁμόψυχοι ἐντεταμένοι: ἢ ἀπολέσθαι, ἢ κολάζειν Ἀλέξανδρον. Gloſſæ: μονότονος, *Deſtinans, Pervicax.*

Antiſtes.) Scriptus liber, & veteres editiones: *Antiſtans.*

Fratreſque unanimes.) Quid de hoc loco certi pronunciem, non habeo. Noſter liber habet,

Fratreſque, unanimes, ſuamque matrem. Ex quo Hieronym. Avantius faciebat *ſeniemque matrem.* alii legunt, *anumque matrem.*

Varro

De Varri ſcorto. X.

Varrus me meus ad ſuos amores
Viſum duxerat e foro otioſum,
Scortillum ut mihi tum repente viſum eſt,
Non ſane illepidum, nec invenuſtum.
Huc ut venimus, incidere nobis
Sermones varii: in quibus, quid eſſet
Jam Bithynia, quo modo ſe haberet,
Et quo nam mihi profuiſſet ære?

Reſpondi,

J. SCALIGER.

Varrus) Doctus vir in hunc locum dicit, hunc Varrum eundem eſſe, qui cum legionibus tribus cæſus in Germania, quum tamen, ut minimum quinquaginta ſeptem annis poſterior fuerit clades Variana.

Et quonam mihi] Optime ſcriptura, & antiquæ editiones. *Et quantum mihi profuiſſet ære*. Nam vulgata lectio commentitia eſt, & barbara. Quis Latine dictum putet quo ære tibi hoc conſtat? Sed ne ſic quidem huic loco conſultum videtur. Vereor enim, ut ſatis Latinum ſit, quantum mihi ære prodeſt. Itaque ante multos annos fuit quum legeremus:

Et quantum mihi profuiſſet. E re
Reſpondi id, quod erat.

E re nata. ἀυτόθεν, Statim. Mihi videtur ita Catullum ſcripſiſſe. neque vero ſententiam mutare poſſumus.

VARIORUM.

Ad ſuos amores viſum duxerat.) Antique. Veteres enim, *viſere ad aliquem*, dictitabant. id quod ex priſca comœdia clarum. *Ad ſuos amores*, igitur, non a Præterito verbi *duxerat*, verum a Supino potius, τῷ *viſum* in conſtructione (ut Grammatici perhibent) regetur. *Douſa P.*

Et quanto mihi profuiſſet ære.) Quantis ex ea provincia pecuniis rediiſſem auctior. *Livin.* MSS. Pal. membr. *Et quonam*, Meleager.

Et quantum mihi profuiſſet ære.) Sic Scaliger e veteri libro, cum antea eſſet: *Et quonam mihi* quod tamen in MSS. ſuis omnibus notarunt Achilles Statius, & Janus Meleager, ſive is eſt Balthaſar Venator. Sed utramque ſcripturam, tanquam parum Latinam repudiat Scaliger, & ultimam vocem dividit, conjungitque ſequentis verſus ſenſum: *profuiſſet. E re reſpondi.* Quod neutiquam probamus. Commentitia eſt. inquit,

Reſpondi id quod erat: nihil nec ipſis,
Nec prætoribus eſſe, nec cohorti,
Cur quiſquam caput unctius referret:
Præſertim quibus eſſet inrumator

Prætor

vulgata & barbara : quis Latine dictum putet : *quo ære hoc tibi conſtat ?* Si ſenſus pateretur, haut magis id mirum putarem quam apud Senecam : *cujus ingenti mihi Mercede conſtant ora*. Et cum dicimus *conſtare magno*, certe intelligimus, *ære*, *pretio*, *damno*. Quare non auſim dicere : *Nam quo ære hoc tibi conſtat ?* interrogans, an ære pararis. Fruſtra ut Latinum ſit, *quantum mihi ære prodeſt*, veretur *Tantum prodeſſe*, *multum prodeſſe* quis neget recte dici ? quis dein *aliqua re prodeſſe*? Lucanus lib. III.

Non tamen auderet pietas humana vel armis.

Vel votis prodeſſe Jovi.

Vtramcunque igitur lectionem probabis, melior erit iſto *e re*. Placet etiam Achillis: *ecquonam*. Gronovius.

J. SCALIGER.

Reſpondi id quod erat) Legendum potius:

Reſpondi id quod erat: mihi nec ipſi
Nec prætoribus eſſe, nec cohorti
Quur quiſquam caput unctius referret.

Cauſſæ non eſſe, cur aut mihi, aut cohorti melius ſit.

Nec Prætoribus) Cohors ſunt comites & ſocii negotiorum gerendorum, qui dabantur magiſtratui a Rep. Alii erant ex domeſtico convictu Proconſulis : qui quaſi prætoriani dicebantur, ut ſcribit Cicero in illa nobiliſſima Epiſtola ad Q. Fratrem. Eos facete prætores vocat Catullus, quod congerrones & convictores Prætoris eſſent. Sic enim ſolebant veteres ea figura in hac re loqui. Juvenalis.

Virro ſibi & reliquis Virronibus illa jubebit
Poma dari ----

At quidam non bene hic *Quæſtoribus* pro *Prætoribus* ſubſtituebant.

Cur quiſquam caput unctius) Sine metaphora dixit Plautus Pſeudolo : *En excetra tu, quæ tibi amicos tot habes tam probe oleo onuſtos :*

Num quoipiam eſt hodie tua tuorum opera conſervorum
Nitidiuſculum caput ? ---

VARIORUM.

Nihil neque ipſis] Statii & Scaligeri correctionem *mihi nec ipſi* confutat quod præceſſit: *quid eſſet jam Bithynia, quomodo ſe haberet.* Ei enim planiſſime reſpondet, *nihil neque ipſis*, puta Bithynis. Legebatur olim: *nihil neque ipſi*. Sed in MSS omnibus, *nihil neque in ipſis*, inquit Statius. Modus metri facile vincit τὸ *in* deleri. Homines autem elegantes neque duplicata ſic negatione, *nihil neque ipſis*, neque ſyllepſi numeri *ipſis*, cum præceſſerit *Bithynia* offendi decet. quam utramque figuram loquendi & Livio frequentem eſſe ad ipſum oſtendimus. Lib. VI. *Eodem anno Setiam, ipſis querentibus penuriam hominum, novi coloni adſcripti*. Gronovius.

Nec prætoribus eſſe] Miror Scaligero in mentem venire potuiſſe rem tam ridiculam ut *prætores* explicaret cohortem prætoris, & aliam deinde cohortem præter hanc interiorem cohortem fingeret. Scio veteres in propriis nominibus ſic ludere ſolere, ut fecit Juvenalis. Liv. VI. *Obſecro vos Tarquinii tribuni plebis*. lib. XXIX : *Nunc omnes centuriones militeſque veſtros Pleminios fecit.* Sed Catullus hic quidem *prætores* pro comitibus prætoris ſine κακοζηλίᾳ intolerabili, quo vitio minime alioqui laborat, dicere potuiſſe non videtur. Quid lectorem moror ? ſimpliciſſimus eſt ſenſus, ita vexatam, ſpoliatam, exhauſtamque a tot ſanguiſugis prioribus eſſe Bithyniam, ut nec ipſis provincialibus quidquam ſuperſit, nec prætoribus, qui ven-

Prætor , nec faceret pili cohortem.
At certe tamen, inquiunt, quod illic
Natum dicitur, ære comparaſti
Ad lecticam homines. ego , ut puellæ
Vnum me facerem beatiorum, Non,

ventibus annis in eam mittantur , cohortive illorum obveniat , quo contacto calidiores ut cum Quinctio apud Macrobium amicus jocabatur , e provincia manus domum referant. *Gronovius.*

J. S C A L I G E R.

Nec faceret pili cohortem) Scriptus liber, N O N F A C E R E N T. quæ recta eſt lectio. Præſertim , inquit , provinciales , quibus eſſet Prætor homo nihili , ipſi nos pili non facerent. Nam de lucello intelligit , quod provinciales dabant prætorianis, ut alibi dicturi ſumus. Fœdum verbum , qun prætorem hic appellat, non prima ſua notione accipiendum eſt. Sed ita vocabant homines infeſtos. ut contra Spurci eadem tralatione dicebantur homines nulli rei. Quod dixi , ne quis aliquid fœdi ſub ea appellatione enunciari putet. Gloſſæ: *Spurcus* ἀχρεῖος. & apud Lucillium, *Spurco ore*, non eſt id , quod explicare non ſinit me pudor meus , ſed tralatitie dictum : Lucillius :

Prætor noſter adhuc quam ſpurco eſt ore, quod omnes
Extra caſtra, ut ſtercus, foras ejicit ad unũ.

Hic locus illuſtratione indigebat.

At certe tamen inquiunt) Scribe , *inquiit*, non *inquiunt.*

Quod illic natum dicitur eſſe) In vulgatis. *natum dicitur* , *ære*. Diligenter hæc conſideranda ſunt. Nam diverſum eſt, æs natum in provincia , ab eo, quod dixit , quantum provincia profuiſſet ære. Comites proconſulum duplicia commoda in provincia percipiebant: alterum ex negotiatione ſua, quod hic more Græcorum argentum natum dicitur. Nam id illis eſt , τὸ γενόμενον ἀργύριον. alterum ex provincia illis obveniebat opera magiſtratus ipſius , quod lucellum vocabatur , ut alibi docebimus ex Cicerone. Quod ergo dicitur, *& quantum mihi profuiſſet ære* , hoc eſt, ecquid lucelli mihi obveniſſet ex Bithynia. hoc vero , *quod natum dicitur* , hoc eſt , quod quæſiviſti negotiatione tua. Notum ex Salluſtio in Jugurtha, quæ ſint negotiationes togatorum , ut ipſe vocat.

Unum me facerem beatiorum) Ita Avantius olim mutavit , prave , quum & ſententia *beatiorem* poſtulet, & vetus ſcriptura non aliter habeat . Ut ego , inquit, me reliquis prætorianis unum beatiorem facerem , id confeſſus ſum : me ſcilicet comparaſſe lecticarios , quum illi ſocii mei prorſus egeni eſſent.

V A R I O R V M.

Nec faceret pili cohortem) Scriptus Scaligeri & edd. veteres, quas inſpeximus: *non facerent* . Quod ille probat explicatque: præſertim provinciales , quibus eſſet prætor homo nihili , ipſi nos pili non facerent. Nihilo minus impedita eſt oratio. Itaque ſi placeret iſtam interpretationem ſequi, ſcriberem: *num facerent pili cohortem?* ut interrogantis exiſtimetur. Niſi quis malit, quando non tam provincialium , quam prætoris id arbitrium : *non faciens pili cohortem.* Etenim qualiſcunque , quam futilis & frivolus homo prætor eſſet, ſi cohorti indulgeret, neque illam coërceret , non licebat provincialibus eos contemnere. vide Ciceronem lib. v ad Atticum epiſt. 11. *Gronovius.*

At certe tamen , inquiunt , quod illic) Achilles Turnebi conjecturam ſequitur : *inquit , id quod illic.* Scaliger *inquiit* legit, quod & placuit Douſæ. Pudet de re tam levi diſputare. Sed an non minimum duo

Non, inquam, mihi tam fuit maligne,
Vt, provincia quod mala incidiſſet,
Non poſſem octo homines parare rectos.
At mi nullus erat neque hic, neque illic,

Fra-

erant Varus & Scortillum, qui cum Catullo confabulabantur? annon evenit naturaliter in congreſſibus & in circulis, ut plures eandem rem percontentur, vel omnem, vel in partibus? idque poſtea ſi narremus aliis, an non omnium etiam vulgarium linguarum mos fert, ut ita referamus, *dicebant*, vel *tum ajunt*: interdum licet unus mentionem fecerit. Itaq; hic idiotiſmus non debet eripi Catullo. Nam quod infra de commodandis lecticariis, eſt id quidem proprium Scortilli, ſed non eſt neceſſe propterea omnes alios ſermones priores inter eam modo & Catullum fuiſſe *Gronovius*.

Quod illic natum dicitur, ære comparaſti) Annotat Achilles in MSS. omnibus legi *eſſe* non *ære*, quaſi ſit, quod illic natum eſſe dicitur, niſi quis *eſſe* in *aſſe* mutandum exiſtimet. Quod autem genus hoc commercii, aſſe uno octo ſervos? Sed & lepide *quod natum*, genere neutro ſic dixit, cum de homine loquatur: ut Plautus: *quod erit natum tollito.* Quid ſimile? hoc dicitur de infante recens nato. Catullus vel Scortillum loquitur de compluribus hominibus emptis in provincia. Imo pertinet hoc totum ad verbum *comparaſti*: ut ſi maxime reciperemus ſcriptum *eſſe* intelligeretur eo ære, quod illic natum eſſe dicitur, comparaſti. *τῷ ære* repetito ex præcedentibus *Ecquonam mihi profuiſſet ære?* Sed *τὸ ære* confirmat ipſe ex Salluſtio & Columella. Scaliger quæ hic commentus eſt, ſunt ſomnia. *Natum* generatim ponitur quod quacunque ex cauſſa provenit. Aut dicatur quam negotiationem exercuerit Catullus cum ſacculo aranearum pleno. Verum eſt multiplicem quæſtum exercuiſſe Romanos in provinciis, atque ut facilius provinciales ad conditiones ſuas perducerent, appetiviſſe contubernia prætorum vel proconſulum, & præfecturas, quas tamen negotiantibus boni & frugi magiſtratus negabant, exemplo Ciceronis. Sed ex horum negotiis paratum argentum potius *natum* dici, quam aliud undecunque proveniens, falſum eſt: itaque *quo ære* Bithynia Catullo *profuit*, & *quod illic* ei *natum* dicitur, ejuſdem generis eſt. Eo inquit ære, quo provinciam Catullo profuiſſe, quodque ibidem illi natum eſſe ac proveniſſe rumor erat ajunt illum comparaſſe lecticarios. *Natum*, ut apud Plautum Trinummo: *Niſi tu immortale vere eſſe argentum tibi.* Seneca ep. XXCVII. *Ex ſacrilegio enim & furto pecunia naſcitur.* Et *redivivus* vel *recidivus* nummus, qui renaſcitur apud Juvenalem Sat. VI:

Ac velut exhauſta ricidivus pullulat arca
Nummus. Gronovius.

J. SCALIGER.

Parare rectos) Parare Græcorum eſt πορίζειν. Sed doctus vir in hunc locum ait apud Terentium quoque eodem modo accipiendum:

--- *poſſe in animo inſtituere ac parare.*

ubi ſane turpiter hallucinatur. Nam quis ſanus dixerit, Ego in animo meo me comparavi, aſſe ego emi aliquid? Atqui idem eſt: Ego me comparavi hoc facere, & ego in animo meo paravi hoc facere. Quod ſi τὸ parare in loco Terentii eſt emere, ergo & inſtituere eſt emere. Ego in animo paravi eſt Græcorum κέκρικα. Habes etiam apud Plinium Cæcilium in Epiſtolis.

At mi nullus erat] At ego, inquit, quanquam jactaſſem me puellæ, tamen illud falſo dixeram, me illos homines comparaſſe. *homines ad lecticam* eodem modo dictum, quo Propertio Paſtor ad baculum, homo ad lites, puer ad cyathos

Homines

Fractum qui veteris pedem grabati
In collo ſibi collocare poſſet.
Hic illa, ut decuit cinædiorem,
Quæſo, inquit, mihi mi Catulle, paulum
Iſtos. commodo nam volo ad Serapin
Deferri. mane, inquio puellæ:
Iſtud, quod modo dixeram me habere,
Fugit me ratio, meus ſodalis
Cinna eſt Cajus: is ſibi paravit.
Verum, utrum illius, an mei, quid ad me?
Vtor tam bene, quam mihi pararim.
Sed tu inſulſa male, & moleſta vivis, Per

VARIORUM.

Homines parare rectos) cur pro lecticariis, *homines rectos*, uſurpaverit Catullus, rationẽ nobis explanat, Ov. quo loco monet

Suſtineas, ut onus, nitẽdum eſt vertice recto.

Eodem etiam a Juvenali alluſum:

--- *Tot res*
Impoſitas capiti, quas recto vertice portat
Servulus infelix. Douſa P.

J. SCALIGER.

Vt decuit cinædiorem] Eodem modo formavit quo Græci χαύτερον παρὰ τὸν χαῦνα. quod Atticorum proprium eſt.

Iſtos commoda] Falſus modulus ſyllabæ. Legendum cenſeo:

Quæſo, inquit, mihi mi Catulle, paulum
Iſtos. commodo nam volo ad Serapin
Deferri -- *Commodo*, hoc eſt in tempore. Plautus Aulularia: *Commoao dictitemus*. Titinius Iuriſperitus: *Nunc adeo viſam rem magnam ajebat ſeſe mecum loqui. Et commodo eccum exit.* Siſenna Mileſiarum decimotertio. *Eamus ad ipſum atque ipſe cõmodo de parte ſuperiore deſcendebat.* Eleganter ergo, reticuit verbum, mutua mihi. *paulum iſtos* mutua mihi.

Ad Serapin] Quare petit lectica deferri ad Serapin? an non pedes ire poterat? Sciendum illis temporibus non licuiſſe Serapea intra urbem habere, ſed extra pomeriũ. Dio libro quadrageſimo: δοκεῖ δὲ μέντοι καὶ ἐκεῖνο τὸ τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπ' ἐξόδῳ αὐτοῦ ψηφισθὲν τέρας οὐδενὸς ἧττον γενέσθαι. τοὺς γὰρ ναοὺς αὐτῶν, οὓς ἰδίᾳ τινὲς ἐπεποίηντο, καθελεῖν τῇ βουλῇ ἔδοξεν. οὐ γὰρ δὴ τοὺς θεοὺς τούτους ἐπὶ πολὺ ἐνόμιζον, καὶ ὅτι γε ἐξενίκησεν, ὥστε καὶ δημοσίᾳ αὐτοὺς σέβεσθαι, ἔξω τοῦ πωμηρίου σφᾶς ἱδρύσαντο.

Mane me inquio puellæ.] Antiqua lectio, *inquit puella*. Lege, *inqui*. Abundat autem τὸ Me. -- *mane, inquit puellæ.* dictum, ut illud

-- *vale, vale, inquit, Iola.*

Fugit me ratio] Hoc eſt, ut Græci dicunt, ἀλογιστῶ. Secundo Rhetoric. ad Herennium: *Nam qui ſe propter vinum, aut amorem, aut iracundiam fugiſſe rationem dicet, is animi vitio videbitur neſciſſe, non imprudentia.* Gallice, *ſe meſconter.*

Cinna eſt Cajus] Nam Cinna ſe in Bithynia fuiſſe teſtatur ipſe his verſiculis, quibus Aratea Phænomena amico mittit.

Hæc tibi arateis, multum vigilata lucernis
Carmina, quis ignes novimus aërios:
Lævis in aridula malva deſcripta libello
Prusiaca vexi munera navicula.

VARIORUM.

(commodo.) Libri omnes habent *commodo*,

Per quam non licet eſſe negligentem.

Ad Furium & Aurelium. XI.

Furi, & Aureli, comites Catulli,
Sive in extremos penetrarit Indos.
Litus ut longe reſonante Eoa
Tunditur unda,
Sive in Hircanos, Arabaſque mollis,
Seu Sacas, ſagittiferoſque Parthos,
Sive qua ſeptem geminus colorat
Æquora Nilus:
Sive trans altas gradietur Alpes,
Cæſaris viſens monumenta magni,
Gallicum Rhenum, horribileſque & ultimosque Britannos:
Omnia hæc, quæcunque feret voluntas
Cælitum tentate ſimul parati,

Pauca

modo, quod tamen Scaliger mutatum ivit in *commodo*. Quia *commoda* putaverat eſſe verbum modi imperantis, ubi falſus fuit modulus Syllabæ. verum ego ſcio nomen eſſe, loco adverbii *commodo*. Sic Græci. Homer. il. a χθιζὸς ἔβη *heſternus ivit*, pro *heri*. Virg. *ſe matutinus agebas*. Meleager.

Mane.) *mane me inquit puella*. Omnes libri ve. Sed quia verſus peccaret in ſyllaba *me*, facile eſt reſcribere *minime*. Meleager.

Male vivis.) Sic dicebant cum intelligerent aliquem cuiquam moleſtum eſſe. *Livin. Vivis* pro *vivas* poſitum eſt. ἀρχαϊσμός. Deinde græcimus latat perquam elegans & Catullo ſane dignus. *Moleſta* enim hic eſt neutrum plurale poſitum loco adverbii ut apud Lucretium *mutua* pro *mutuo Moleſta* igitur vivere eſt moleſte, & cum animi dolore ætatem agitare. id enim Poeta Scortillo imprecatur. Plerumque τὸ *ſed* vel *at*: imprecâtis particula ſolet eſſe apud Poëtas & Comicos. Sic Virgil.

At tibi pro ſcelere hos &c. Meleager.

Sagittiferoſque.) Vetus lib. 5. 5. *cotiriferoſque*. Præpoſtero literarum ordine, nam ſcribendum *coritiferoſque*. Virg. 10. Æneid.

Coritique leves humeris, & letifer arcus.

Ubi Servius: *Coriti*, inquit, *proprie ſunt arcuum theca. dicuntur tamen etiam Sagittarum, quas & pharetras vocamus*. Confirmat hæc poſtrema Servii verba Silius Italicus lib. 15. *Stridentque Sagittiferi coriti*. bene igitur Catullus Parthos *coritiferos* vocat, quos Horatius, Medorum nomine, vocat *Pharetratos* od. 16. l. 2. *Paſſeratius*.

Septemgeminus.) Eſt *ſeptenus*, non *bis ſeptenus*. Virgil 6. Æneid.

Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia
Nili.

i. e. *Septem*. Nilo enim amni notum eſt ſolum fuiſſe ſeptem oſtia. Et habetur. Es. 11. 15. Sic apud Claudianum in *Feſcenninis* nuptiarum *Honorii & Mariæ*,

Aurea ſeptemgeminas
Roma coronet arces.

h. e. Septenas in ſeptem Romæ montibus. *Bochartus*.

Marru-

Pauca nuntiate meæ puellæ
Non bona dicta.
Cum ſuis vivat, valeatque mœchis,
Quos ſimul complexa tenet trecentos,
Nullum amans vere, ſed identidem omnium
Ilia rumpens.
Nec meum reſpectet, ut ante, amorem,
Qui illius culpa cecidit, veluti prati
Ultimi flos, prætereunte poſtquam
Tactus aratro eſt.

In Aſinium. XII.

Marucine Aſini, manu ſiniſtra
Non belle uteris in joco, atque vino:
Tollis lintea negligentiorum.
Hoc ſalſum eſſe putas? fugit te inepte.
Quamvis ſordida res, & invenuſta eſt.
Non credis mihi? crede Pollioni
Fratri; qui tua furta vel talento Mutari

J. SCALIGER.

Marrucine Aſini) Hieronymus Avantius, qui non veritus eſt integros locos hujus cultiſſimi poëtæ contaminare, pro *Marrucine*, legebat, *Inter canam.* a quo poſtea illa mendi indoles in omnibus libris propagata eſt. At *Marrucine* rectum erat: non utique quod ex Marrucinis populis Campaniæ ortus fuerit: ſed quia convitium ſtupidis eo nomine fiebat. Tertullianus quinto in Marcionem: *Sicubi alibi dixit, & non hic, Marrucine* hoc eſt, *ἀναίσθητε, καὶ ἀμαθής.* Paulinus epiſtola VII. libri primi: *Neve iterum tuas nobis literas Marrucinus adferat:* Quem Paulinus hic Marrucinum vocat, ſupra monachum inſpiritualē dixit. Sunt tamen qui apud Tertullianum Marrucinum natione interpretentur. In quo vere Marrucinos ſeſe oſtendunt. Quis tam puer in ſermone Latino, qui non videat apud Tertullianum convicium eſſe, non appellationem? Sed quia nos indicavimus, propterea verum non eſt. Et quid facient illo loco Paulini, qui tam aperte Marrucinitatem eorum exagitat. Næ Avantius quoque Marrucinus fuit, qui hoc mutavit.

In joco atque vino) Et apud Plautum *in vino*, ut hic dicitur imitatione Græcorum. Ariſtophanes *Λυσιστράτῃ. ἡμεῖς δ' ἐν οἰνοσυμποσίῳ σοφώταται.*

VARIORUM.

Quamvis) pro *oppido* hic accepit, vel quantumvis, ut alibi. Plautus Trinummo.

Multa ego poſſum docta dicta, & quamvis facunde loqui.

Cicero 2. de fin. *Hæc ego non poſſum dicere non eſſe hominis, quamvis & belli & humani: Sapientis vero nullo modo.* Livin. Scottus *obſerv. l. 2. c.* 36.

Mutari velit: eſt enim leporum
Diſertus puer, ac facetiarum.
Quare aut hendecaſyllabos trecentos
Exſpecta, aut mihi linteum remitte:
Quod me non movet æſtimatione,
Verum eſt μνημόσυνον mei ſodalis.
Nam ſudaria Setaba ex Iberis
Miſerunt mihi muneri Fabullus,
Et Veranius. hoc amem neceſſe eſt,
Et Veraniolum meum, & Fabullum.

Ad Fabullum. XIII.

Cænabis bene, mi Fabulle, apud me
Paucis, ſi tibi Dii favent, diebus,
Si tecum attuleris bonam, atque magnam
Cænam, non ſine candida puella,
Et vino & ſale, & omnibus cachinnis.
Hæc ſi, inquam, attuleris venuſte noſter,
Cænabis bene. nam tui Catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum.

Sed

J. SCALIGER.

Mutari velis) Hoc eſt; qui te furti purum eſſe magno mercetur: qui te furem non eſſe talento contra carum non habeat. Salluſtius oratione L. Philippi: *At tum erat Lepidus Latro cum calonibus, & paucis ſicariis. quorum diurnâ mercede vitam non mutaverit.* Euripides Medea:

--- τῶν δ' ἐμῶν ψυχῶν φυγαῖς
Ψυχῆς ἂν ἀντηλλαξάμεσθ' οὐ χρυ-
σοῦ μόνου.

Exilium liberorum animâ ipſa nedum auro mutari velim.

Plenus ſacculus] Martialis
--- *non ſcruet ſacculus iſta meus.*
Gloſſæ: *Sacculus* βαλλάντιον, βαλλαντίδιον.

VARIORUM.

Leporum diſertus.) Inſolens eſt Sermo *diſertus leporum*. Fortaſſe ſcripſit Catullus *diſertus* pro *diſſertus*, quia, ut ait Feſtus, *antiqui non geminabant conſonantis.* Sic Horatius *forum Appii diſſertum nautis dixit*, Paſſeratius.

Paucis, ſi tibi Dî favent, diebus.] *Paucis diebus* i. e. propediem. & (quod Plautus autumat) *cis paucos dies. Si tibi Dî favent*, h. e. (ut dicere didicimus a priſcis & Romanis illis) *cum Dis faventibus, valentibuſque.* Douſa P. intra paucos dies. Propert.
Venturum paucis me tibi luciferis. Livin.

Plenus ſacculus aranearum] in omnium ore verſatur Apologus de podagra & aranea, inter quas conveniſſe ajunt, ut illa

In

Sed contra accipies meros amores,
Seu quid ſuavius, elegantiuſve eſt:
Nam unguentum dabo, quod meæ puellæ
Donarunt Veneres, Cupidineſque:
Quod tu cum olfacies, Deos rogabis,
Totum ut te faciant, Fabulle, naſum.

Ad Lucilium Calvum. XIIII.

Ni te plus oculis meis amarem,
Jucundiſſime Calve, munere iſto
Odiſſem te odio Vatiniano.
Nam, quid feci ego, quidve ſum locutus;
Cur me tot male perderes poëtis?
Iſti dii mala multa dent clienti,
Qui tantum tibi miſit impiorum.
Quod ſi, ut ſuſpicor, hoc novum, ac repertum
Munus, dat tibi Sylla litterator,
Non eſt mî male, ſed bene, ac beatę,
Quod

in opulentiorum palatiis, hæc in pauperum tuguriis verſaretur. Proinde cum aliquis *araneas in ædibus*, aut *in arca*, aut *in vaſis*, aut *in loculis* habere dicitur, idem eſt, ac ſi dicatur *in tenui re vivere*. Hinc Afranius apud Feſtum: *Tamne arcula tua plena eſt aranearum?* Plaut. Aulul. -- *anne quis ædes auferat? Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus: Ita inaniis ſunt oppleta atque araneis* Bochartus.

J. SCALIGER.

Ni te plus oculis) Saturnalibus Licinius Calvus miſerat Catullo ſodali ſuo quædam ineptiorum anonymorum poëtarum poëmatia, ut Catullo aut ſtomachum aut riſum moveret. Ni inquit, jam antea te plurimum amarem, odiſſem te jure propter illud ineptum munus, nempe epigrammata malorum poëtarum, quæ mihi miſiſti. Non aſſecutus eſt doctus vir, quid per munus, cujus hic mentio, intelligeretur.

Quur me tot male perderes poëtis) malepoetæ uno verbo, ut malegenius, maledeus. Senecæ in Thyeſte, *κακοδαίμον*.

Qui tantum tibi miſit impiorum) impia neutro genere, impias res, id eſt, mala poëmatia. Nam ne doctus quidem vir hæc intellexit.

VARIORUM.

Impiorum) malorum verſuum, quos poſtea venena appellat. *Livin.*

Litterator.) Ita vocabant Grammaticos, id eſt, Poëtarum interpretes. Alii diſtinguebant ita, ut dicerent tantum intereſſe inter litteratum & litteratorem, quantum inter Grammaticum & Grammatiſtam. vide Suet. de illuſtr. Gramm. c. IV.

Quod non diſpereunt tui labores.
Dii magni, horribilem, & ſacrum libellum,
Quem tu ſcilicet ad tuum Catullum
Miſti, continuo ut die periret,
Saturnalibus, optimo dierum.
Non, non hoc tibi, ſalſe, ſic abibit.
Nam ſi luxerit, ad librariorum
Curram ſcrinia, Cæſios, Aquinos,

Suffenum,

J. SCALIGER.

Quod non diſpereunt tui labores] Sullam literatorem defenderat Calvus in quadam cauſſa. Sulla enim remuneratur his poëmatiis malorum poëtarum, quæ tamen bona literatori videbantur. Eſt Ironia.

Dii magni horribilem.) iſti quatuor verſus debebant poni poſt tertium verſum, ubi omnino tam neceſſarii ſunt, quam hic incommodi. Me tacente res ipſa ſatis loquitur. Certe nihil verius.

Saturnalibus optimo dierum) Optimum dierum Saturnalia dixit πρὸς συνήθειαν, quia pueri plaudentes dicebant, *Hodie bona Saturnalia*. Epictetus apud Arrianum: τοῖς γὰρ παιδίοις ὅταν προσελθόντα κροτῇ, καὶ λέγῃ, σήμερον σατουρνάλια ἀγαθά, λέγομεν, οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ ταῦτα; οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐπικροτοῦμεν. Martialis alluſit;

Iſte tibi faciet bona Saturnalia porcus.

Idem volebant, quum clamabant, *Io Saturnalia*. Idem Martialis:

Clamant ecce mei, io Saturnalia, verſus.

Dio libro quinquageſimo octavo: τότε γὰρ πολλῷ τινι μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ ἀχθεσθέντας οὐκ ἔτι ἐκείνῳ εἰπεῖν ἐπιτρέψαι συμβοήσαντες ἐξαίφνης τοῦτο δὴ τὸ θρυλούμενον, ἰὼ σατουρνάλια, &c.

Cæſios, Aquinos) Pari merce te remunerabor. malos poëtas malorũ poëtarum vicem, quos ſcilicet mihi miſiſti, ἀντιδωρήσομαι.

VARIORUM.

Non non) Eleganter geminata negatio. Sic propert. *Non, non humani ſunt partus talia dona.* Interdum etiam aliquid interponebant. Cic. lib. x. ad Attic. *Non ſunt ab obſequio noſtro, non: habent ſuas radices.* Vide Manut. in hunc locum.

Cæſios, Aquinos.) Male ſcriptum arbitror. pro *Cæſios, Aquinios*: etſi in modulando verſu vocales conjungendæ ſunt, ut earum cætu una comprehendantur ſyllaba. *Aquinium* enim malum poëtam fuiſſe, conſtat e Cicerone: Nam quinta Tuſculana ſic ſcribit. *adhuc neminem cognovi poëtam, & mihi cum Aquinio amicitia, qui ſibi non optimus videretur.* Turnebus.

Unde

Suffenum, omnia colligam venena,
Ac te his ſuppliciis remunerabor.
Vos hinc interea valete, abite
Illuc, unde malum pedem tuliſtis,
Sæcli incommoda, peſſimi poëtæ.

Ad Aurelium. XV.

Commendo tibi me, ac meos amores,
Aureli, veniam peto pudentem:
Vt, ſi quidquam animo tuo cupiſti,
Quod caſtum expeteres, & integellum,
Conſerves puerum mihi pudice:
Non dico, a populo: nihil veremur
Iſtos, qui in platea modo huc, modo illuc
In re prætereunt ſua occupati:
Verum a te metuo, tuoque pene,
Infeſto pueris bonis, malisque:
Quem tu, qua lubet, ut lubet, moveto
Quantum vis, ubi erit foris paratum.
Hunc unum excipio, ut puto, pudenter.
Quod ſi te mala mens, furorque vecors
In tantam impulerit ſceleſte culpam,
Vt noſtrum inſidiis caput laceſſas,

J. SCALIGER.

Unde malum pedem attuliſtis) Latininitatis ratio poſtulat, *tuliſtis*.

Peſſimi poëta) Quos ad me miſit Licinius Calvus meus. Perperam totum epigramma interpretatus eſt vir facundiſſimus. Ideo etiam minima quæque in eo perſequuti ſumus, ne adoleſcentes in ſcopulo hærerent.

VARIORVM.

Suffenum, omnia colligam venena.) Hunc verſū ita reconcinnes ac reſtituas licebit;

Suffenum omnia colligam venena.

ſuffenum pro *ſuffenorum*, more Plauto priſcisque omnibus celebratiſſimo; dixerat enim Catullus antea; *Caſios, Aquinos*; plurali (ut vides) numero, qui ita temere ipſi migrandus non fuit. *Douſa P.*

Si quicquam animo tuo cupiſti) Si quod unquam delicium habuiſti, quod ab aliis præceptum corruptumque nolles. *Livin.*

At te tum miſeri, malique fati,
Quem attractis pedibus, patente porta,
Percurrent rhaphanique, mugileſque.

Ad Aurelium, & Furium. XVI.

Pædicabo ego vos, & inrumabo
Aureli pathice, & cinæde Furi,
Qui me ex verſiculis meis putaſtis,
Quod ſint molliculi, parum pudicum.
Nam caſtum eſſe decet pium poëtam
Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt:
Qui tum denique habent ſalem, ac leporem,
Si ſunt molliculi, ac parum pudici,
Et, quod pruriat, incitare poſſunt,
Non dico pueris, ſed iis piloſis,
Qui duros nequeunt movere lumbos, Vos,

VARIORUM.

Attractis pedibus.) Commel. Membr. *atratis*, unde reſcribo *artatis* pro *arctatis*. Credibile enim ſane eſt eos, qui huic ſupplicio mœchorum erant addicti, fuiſſe arte ligatos. *Meleager.*

Porta) Sic partem poſticam, quam natura texit, etiam noſtrate lingua vocamus. Priapeiis *porta te faciet patentiorem.* Livin.

Raphani) Tangit ſupplicium illud, quo Athenienſes olim adulteros ac puerorum ſectatores adficiebant. Deprehenſos quadrupedes conſtituebant, ac violenter partibus poſterioribus expilatis, per podicem ſummo cum cruciatu, grandiores raphanos aut mugiles immittebant: inde apud Græcos verbum ῥαφανιδοῦν Ariſtophanes protulit. Raphani in Germania ad infantium magnitudinem excreſcunt. *Parthenius.*

Pædicabo) *Pædicare* eſt puerum, vel maſculum inire. Carm. lib. XXVII. XXXV. XXXVIII. LXVII. Hinc *Pædicones*, quos hodie Sodomitas vocamus. Carm. lib. LXVIII.

Pium poëtam) Pro arguto & docto a doctiſſimo poëta poſitum eſt: id adeo quam maxime animum advorterim facit ejuſdem ad Calvum Epigramma, in quo expreſſe ac diſertim legitur.

Qui tantum tibi miſit impiorum.

h. e, ut ego interpretor, malorum poëtarum atque inficetorum: Nam de Suffenis, Cæſiis, Aquinis cæteriſque ſeculi ſui veneris atque incommodis loquitur. *Douſa P.*

Si ſunt.) Liber Commel. & Pal. Papyr. *Sint*, probo, nam & Commel. verſ. ſeq. habet *poſſint.* alias in Edit. vulg. eſt *poſſunt.* Meleager.

Lumbos) Lumbi valentes & vegeti ad Venerium opus requiruntur. Hinc Petronius de Eumolpo, qui cum puellam conſtuprare vellet, hoc tamen abſterritus fuit, quia podagricum ſe lumborumque ſolutorum omnibus dixerat. Catullus hic, *qui duros nequeunt movere lumbos*: id eſt, qui adeo triti ſunt in Venere, ut eam ægre amplius exercere poſſint. *Scioppius.*

Vos

Vos, qui millia multa baſiorum
Legiſtis, male me marem putaſtis.
Si qui forte mearum ineptiarum
Lectores eritis, manusque veſtras
Non horrebitis admovere nobis,
Pædicabo ego vos, & inrumabo.

Ad Coloniam. XVII.

O Colonia, quæ cupis ponte ludere longo,
Et ſalire paratum habes: ſed vereris inepta

Crura

J. SCALIGER

Vos qui millia multa baſiorum legiſtis) vetus ſcriptura *vos quot millia* priſcus mos ſcribendi, *quot* pro *quod*, *ſet* pro *ſed*, & ſimilia. Lege igitur & diſtingue ita:

Vos, quod millia multa baſiorum
Legiſtis, male me marem putaſtis,
Si qui forte mearum ineptiarum
Lectores eritis ---

Supplendum autem *Qui.* vos, qui, quod millia multa baſiorum legiſtis, male marem me putaſtis. Sic alibi:

Quod ſi non aliud poteſt, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore,
Conclamate iterum altiore voce.

Hoc eſt, quod ſi nil aliud poteſt, ut exprimamus ruborem. Deeſt enim τὸ ut. Sic apud Manilium. *Ingenium natura dedit.* id eſt. Cui ingenium natura dedit.

O Colonia, quem cupis) Totum hujus lepidiſſimi poëmatii principium depravatum doctos viros in magnum errorem impulit, ita ut adverſus Catulli ſententiam hunc locum interpretati ſint. Ita enim legendum docet nos vetus ſcriptura:

O colonia, quæ cupis ponte ludere longo,
Et ſalire paratū habes: ſed vereris inepta
Crura ponticuli adſulitantis, irrediviuus
Ne ſupinus eat, cavaq; in palude recūbat:
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat.

O colonia, inquit, quæ lubenter in tuo ponte ludere velles, niſi metueres tremuli pontis adſultus periculoſos, dum pedibus illum perſultas: ne ſcilicet ex crebra pedum concuſſione totus procumbat, ut redivivus reſtitui non poſſit, &c. Nunc rationem reddam. In toto opere Catulliano, dicam libere, nulla a nobis emendatio præſtita eſt, quæ nobilior ſit iſta. Et tamen quibuſdam doctis viris diſplicet, qui in hac parte vincuntur vel a tironibus ſermonis Romani, qui ridebunt aliter ſentientes.

Ponte ludere) Quia priſca ſcriptura videtur fuiſſe in Gallicano exemplari *loedere* pro *ludere*, ut *poenire* pro *punire*, *loeber* pro *liber*: propterea *laedere* ſcripſerunt.

VARIORUM.

Vos quod.] Papyr. Pal. *voſque.* Commel. lib. in margine *qui*, quod germanum puto. *Meleager.*

Si qua forte.] Hi tres verſus proximi non videntur ad hunc locum pertinere. *Livin.*

Sub

Crura ponticuli adſulitantis, inredivivus,
Ne ſupinus eat, cavaque in palude recumbat,
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,

In

J. SCALIGER.

Sub his totus inredivivus) Hic vero audacia correctorum pervagata eſt. Nam antiquitus ſcriptum fuit *Crura ponticuli ac ſulcis tantis inredivivus*, ut clare extabat in noſtro libro; & in altero ſcripto, qui penes nos fuit. Certe legendum, *adſulitantis, inredivivus. Ne ſupinus eat.* Pontem hunc ſublicium arrectariis gracilioribus, quæ hic vocantur crura, male fultum, tremere ac veluti adſultare concuſſu pedum ait adſulitare, & per ſyncopen adſultare. auſiculitare, auſcultare ab auſiculis, id eſt, auriculis. Redivivum ædificium, eſt ex vetuſto renovatum. Eſt enim verbum tectonicum. unde Cicero in Verrem: *Utrum exiſtimatis minus operis eſſe. unam columnam efficere ab integra novam nullo lapide redivivo?* Itaque veteres magiſtri *Redivivus* vertunt παλίγκλιτος. Pontem inredivivum ergo dicit, qui prolapſus denuo inſtaurari non poſſet. Ἀρχαϊκῶς autem dictum vereris crura, ne ſub his. id eſt, vereris ne ſub cruribus. Terentius: *Metuo lenonem ne aliquid ſuo ſuat capiti.* id eſt: metuo ne leno aliquid ſuo ſuat capiti. Vide ergo quantum differt ſententia, quam efficiebat vulgata lectio, ab ea, quam præfert noſtra emendatio: præſertim quum illud *inredivivus* viri docti ad municipem illum referrent. Nunc plana eſt ſententia. Ego poſſem ex illa veteri ſcriptura aſſulas neſcio quas & alia comminiſci. ſed hoc eſſet ineptire. De hujus autem metri, id eſt, Ithyphallici genere, ita Diomedes ſcribit: *Priapeium*, inquit, *quo Virgilius in proluſionibus ſuis uſus fuit:*

Incidi in patulum ſpecum procumbente
Priapo.

Ita enim ſarciendus locus ille Diomedis ex optimo manu ſcripto. Ex quo loco Grammatici omnino convincitur ejuſdem generis metrum, quod in cuſtodem horti ſcriptum eſt inter Catalecta Virgiliana, recte Virgilio attribui: quanquam docti Catullo adſcripſerint. Anacreon quoque eo genere luſit:

ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ μικρὸν
ἀποκλάς,
οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον. νῦν δ' ἁβρῶς
ἐρόεσσαν
ψάλλω πηκτίδα τῇ φίλῃ, κωμάζων ποδὶ ἁβρῷ.

Et Mæcenas:

Debilem facito manu, debilem pede, coxa.
Tuber adſtrue gibberum, lubricos quate
dentes.
Vita dum ſupereſt, bene eſt. hanc mihi,
vel acutam,
Si das, ſuſtineam crucem.

Coloniam vero hanc non dubito, quin novum Comum paulo ante a Cæſare deductam: Lacum autem Larium ad quam ſita eſt, intelligat.

VARIORUM.

Irredivivus.) In tribus noſtris MSS. legitur *irredivivis*. Idque prorſus recte. nam hoc *irredivivis* reſpicit crura hac mente. *Tu colonia vereris ne crura ponticuli ruant, & illis cruribus irredivivis ſupinus eat ponticulus.* Eſt autem dandi caſus non auferendi. *Meleager.*

Sali-

In quo vel Saliſubſuli ſacra ſuſcipiunto:
Munus hoc mihi maxime da Colonia riſus.
Quendam municipem meum de tuo volo ponte
Ire præcipitem in lutum, per caputque, pedeſque.
Verum totius ut lacus, putidæque paludis
Lividiſſima, maximeque eſt profunda vorago.
Inſulſiſſimus eſt homo, nec ſapit pueri inſtar
Bimuli tremula patris dormientis in ulna;
Cui cum ſit viridiſſimo nupta flore puella,
Et puella, tenellulo delicatior hædo,
Aſſervanda nigerrimis diligentius uvis,
Ludere hanc ſinit, ut lubet, nec pili facit uni,
Nec ſe ſublevat ex ſua parte, ſed velut alnus
In foſſa Liguri jacet ſuppernata ſecuri,
Tantundem omnia ſentiens, quam ſi nulla ſit
  uſquam.
Talis

J. SCALIGER.

Saliſubſuli) Omnes ludii & ſaltatores, qui ad cantum & tibiam in ſacris ludunt, ſalii & ſaliſubſuli dicuntur. Virgilius libro octavo:

Tum ſalii ad cantus incenſa altaria circum
Populeis adſunt evincti tempora ramis.

Ibi ſimpliciter ſalii ſunt ludii ad ſacra Herculis ſaltantes. Qui enim primi ἐνόπλιον ὄρχησιν doctore Ænea in Italia ſaltarunt, Salii dicti ſunt, auctore Polemone vetere ſcriptore rerum Italicarum. Quare fruſtra hic arguatur Macrobius; dum quærit, quare Salios Herculi attribuit Virgilius potius quam Marti. Itaque recte ὑμνῳδὸς *Salius* vertitur a vetere Gloſſario. unde Virgilius dixit Salios ad cantum, ut Propertius, Paſtor ad baculum. κατ' ἐξοχὴν autem ludii Martis dicuntur Salii, & Mars ipſe Saliſubſulus. Pacuvius: *Pro imperio ſic Saliſubſulus voſtro excubet.* Quod procul dubio eſt ex fine Prologi cujuſdam, ut illud Plautinum. *Ut vos item alias, pariter nunc vos Mars adjuvet*

Separata ſecuri) Jam doctis notius eſt, quam ut admonendi ſint, hic ex Feſto legendum, *Subpernata. In foſſa Liguri jacet ſupernata ſecuri.* Cujus lectionis veſtigia retinet codex noſter, in quo legitur, *ſuperata.* ſubpernare idem fere ac Suffraginare, quod Græci magiſtri vertunt ἀγκυλοκοπεῖν. notum anatomicæ peritis quid ſit ἀγκύλη. Septuaginta interpretes hoc vocant ἐκνευρίζειν. Gallice, *eſjarreter.* Marullus ingenio, quam doctrina paratior, ſtolide conatum Politiani ridet. Ego eum Græculum tanti non facio, ut ejus rationem habendam eſſe putem.

VARIORUM.

In quo vel Saliſubſuli] ita certum ac firmum atque is eſt, in quo *Saliſubſuli* ſacra ſuſcipiant. *Livin.*

Ludere] femora extollere, Propert.

Nondum inclinatæ prohibent te ludere mammæ. Idem.

Uni.) Antique pro *unius* Livin.

Talis

Talis iſte meus ſtupor nil videt, nihil audit.
Ipſe qui ſit, utrum ſit, an non ſit, id quoque neſcit.
Hunc ego volo de tuo ponte mittere pronum,
Si pote ſtolidum repente excitare veternum,
Et ſupinum animum in gravi derelinquere cœno,
Ferream ut ſoleam tenaci in voragine mula.

Ad Hortorum deum. XVIII.

Hunc lucum tibi dedico, conſecroque Priape
Qua domus tua Lampſaci eſt, quaque ſilva Priape.
Nam te præcipue in ſuis urbibus colit ora
Helleſpontia, cæteris oſtreoſior oris.

Hortorum deus. XIX.

Hunc ego juvenes locum, villulamque paluſtrem,
Tectam vimine junceo, cariciſque maniplis,
Quercus arida, ruſtica conformata ſecuri
Nutrivi: magis, & magis, ut beata quotannis,
Hujus nam domini colunt me, deumque ſalutant,
Pauperis

J. SCALIGER.

Talis iſte meus ſtupor) In proluſionibus Virgilianis:

Tuoque nunc puella talis, ben tuo
Stupore preſſa ---

Stuporem vocat virum puellæ, quomodo hic Catullus accipit.

Nunc ego volo de tuo) Scripta lectio: *Nunc cum volo me de tuo ponte mittere pronum.* videtur ergo τὸ *de* abundare. Itaque erit ἀρχαϊσμός. *Volo me mittere cum tuo ponte.* ut Salluſtius: *Omnes qui ſeſe ſtudent cæteris præſtare animantibus.* Nam & ibi τὸ *ſeſe* abundat. Poteſt etiam legi:

Nunc cum volo me e tuo ponte mittere pronum.

Ferream ut ſoleam) Soleæ equis inducebantur, non, ut nunc, clavis ſuppingebantur. propterea Græcis illud, ut in homine, eſt ὑποδέδεσθαι. Artemidorus, ἔδοξέ τις ὑποδήματα ἵππου ὑποδέδεσθαι. Et Arrianus ſoleas equinas ὑποδήματα eodem modo appellat. χαλινάρια τοῦ ὀναρίου. σαγμάτια, ὑποδήματα, κριθαὶ, χόρτος. Xiphilinus in Nerone σπαρτία vocat. τοῖς ἡμιόνοις σπαρτία ἐπίχρυσα ὑποδέδεσθαι.

VARIORUM.

Nutrivi) Scaliger quodam loco *nunc tuos* legit. Sed non probo. itaque ampliandum cenſeo.

Nec

Pauperis tugurii Pater, filiusque coloni.
Alter aſſidua colens diligentia, ut herba
Dumoſa, aſperaque a meo ſit remota ſacello:
Alter parva ferens manu ſemper munera larga.
Florido mihi ponitur picta vere corolla
Primitu, & tenera virens ſpica mollis ariſta:
Luteæ violæ mihi, luteumque papaver,
Pallentesque cucurbitæ, & ſuave olentia mala,
Uva pampinea rubens educata ſub umbra.
Sanguine hanc etiam mihi (ſed jacebitis) aram
Barbatus linit hirculus, cornipesque capella,
Pro queis omnia honoribus hæc neceſſe Priapo
Præſtare, & domini hortulum, vineamque tueri.
Quare hinc o pueri malas abſtinete rapinas.
Vicinus prope dives eſt, neglegensque Priapus.
Inde ſumite, ſemita hæc deinde vos feret ipſa.

Hortorum Deus. XX.

Ego hæc, ego arte fabricata ruſtica,
Ego arida, o viator, ecce populus
Agellulum hunc, ſiniſtra, tute quem vides,
Herique villulam, hortulumque pauperis

Tuor

VARIORUM.

Primitu.) pro primo. Lucil. Sat. lib. V. *Ut cum primitiis ficus propola recentes Protulit, ingenti pretio dat primitu' pauca*. Varro lib. I. de R. R. c. XXXI. *Igitur in vitiario primitu cum exit vitis, tota reſecari ſolet*. & c. XLVIII. Sic *ſimitu*, pro ſimul apud *Plaut*.

Sed tacebitis.) Non enim licebat, opinor, minoribus Diis hoſtias facere: ut Priapo, ut laribus, ſed tantum thure & ſertis. Laribus tamen Tibul. l. I. eleg. I. *Nunc agna exigui eſt hoſtia magna ſoli.* ſed ambervalibus, ut puto. *Livin.*

Siniſtra.] Neutrum plurale adverbialiter poſitum. Tibul. lib. 4. *Parma ſeu quos dextra velit, ſeu læva tueri*. Alioqui producenda erat poſtrema ſyllaba. Nec vero Muretus placet, qui ad populum, quod præcedit, refert. *Idem.*

Tuor, malaſque furis arceo manus.
Mihi corolla picta Vere ponitur:
Mihi rubens ariſta Sole fervido:
Mihi virente dulcis uva pampino:
Mihique glauca duro oliva frigore.
Meis capella delicata paſcuis
In urbem adulta lacte portat ubera:
Meiſque pinguis agnus ex ovilibus
Gravem domum remittit ære dexteram,
Tenerque, matre mugiente, vaccula
Deum profundit ante templa ſanguinem.
Proin' viator hunc Deum vereberis,
Manumque ſorſum habebis: hoc tibi expedit.
Parata namque crux, ſine arte mentula.
Velim pol, inquis, ac pol ecce, villicus

Venit:

VARIORVM.

Tuor.] *Tuor* antique pro tueor. Feſt. Lucret. lib. I.

Nec calidos æſtus tuimur.

Id lib. IIII.

--- dilutaque contra.
Cum tuimur miſceri abſinthia, tangit amaror.

quem verſum idem repetit lib. VI. ubi de lapide magnete loquitur.

Mihi corolla.] *Picta*, id eſt, multicolor, veluti conſtans e pluribus floribus. Hujus ferme generis eſt illud, quod in carm. lib. refertur, c. LXIX. & c. L. Hunc morem Auguſt. decribit lib. VII. c. XXI. de Civit. Dei: *In oppido Lavinio unus Libero totus menſis tribuebatur, cujus diebus omnes verbis flagitioſiſſimis utebantur, donec illud unum membrum per forum tranſvectum eſſet; atque in loco ſuo quieſceret. Cui membro inhoneſto matrem familias honeſtiſſimam palam coronam neceſſe erat imponere.* Et paulo poſt: *jam quod in Liberi ſacris honeſta matrona pudenda virilia coronabat ſpectante multitudine.* Hanc ipſam infra vocat *coronationem virilium pudendorum.* Paſchalius.

Tenerque vacula) Antique. Nam veteribus omnia quæ in ER deſinunt, maximam partem communia erant. *Fames acer.* Nævius de bello Punico. *Acer hiems.* Ennius. idem Nævius 2. belli Punici. *Prima incedit Cereris Proſerpina puer.* cum etiam *puera* dicerent. Livius *Odyſſ.*

Mea puera quid verbi ex tuo ore profluit. Livin.

Manumque ſorſum) *Sorſum* hic pro *ſeorſum* accipiunt Pet. Victorius Var. lect. lib. XXV. c. XII. Scaliger in verſione Græca, aliique. tamen neſcio quomodo magis arridet Patris conjectura, qui legit *ſurſum.* fures enim in ſinu demiſſas habent manus, ſeu potius furtificam lævam. *Douſa F.*

Na

Venit: valente cui revulſa brachio
Fit iſta mentula, apta clava dexteræ.

Ad Aurelium. XXI.

Aureli, pater eſuritionum,
Non harum modo, ſed quot aut fuerunt;
Aut ſunt, aut aliis erunt in annis,
Pædicare cupis meos amores;
Nec clam: nam ſimul & jocaris una,
Hærens ad latus omnia experiris.
Fruſtra: nam inſidias mihi inſtruentem
Tangam te prius irrumatione.
Atqui, ſi id faceres ſatur, tacerem:
Nunc ipſum id doleo, quod eſurire
Ne meus puer & ſitire diſcet,

Quare

J. SCALIGER.

Nec clam. nam ſimul & jocaris una) Hiulca ſunt hæc, nec bene cohærent, ſi ſequentia ſpectes. Sed quomodo legendum ſit, docet nos ſcriptus codex.

Nec clam. Nam ſimul exjocaris una,
Hærens ad latus omnia experibis.

Sic habet noſter codex ne una quidem litera minus. Exiocari eſt, ἀφομιλήσασθαι, ἀφεψιάσαι. Poſtquam ludo laſſus modum feceris, alia experire. Antiquitus autem dictum experio, non experior, ut alia multa.

Ne meus puer) Quis non videt hæc omnia commentitia eſſe? Atqui ſatius fuit veterem lectionem ſecuram in ſuis ſedibus relinquere, quam ſuam ineptam ſupponere. Legi igitur in noſtro libro, *Me me puer.* Deeſt ἐπίφθεγμα. Ah. *Ah me me puer.* vel, *Ve me me.* ut in Elegiis, *Quæ, ve te, miſero letum miſerabile fratri Adtulit* --- Apud Senecam Apocolocynthoſi, *Ve me.* Græcum eſt, οἴ μοι μοι. ὤ μοι μοι. Infra. *Ah me an illa puella A. Tota millia me decem popoſcit?*

VARIORUM.

Satur) beatus, opulentus. Tibul. *Turbaque vernarum ſaturi bona ſigna coloni.* Quod Horat. *Poſitique verna ditis examen domus.* Livin.

Ne meus puer) Vetus liber. *nemeus.* *ne-meus*, id eſt dum meus amplius non erit ut inf. *ne-funera* ſic *nevult*, *nefrens*, *nefaſtus.* Paſſerat.

Quare deſine, dum licet pudico,
Ne finem facias ſed inrumatus.

Ad Varrum. XXII.

Suffenus iſte, Varre, quem probe noſti,
Homo eſt venuſtus, & dicax, & urbanus,
Idemque longe plurimos facit verſus.
Puto eſſe ego illi milia aut decem aut plura
Perſcripta, nec ſic, ut fit, in palimpſeſto
Relata; chartæ regiæ, novi libri,
Novi umbilici, lora rubra, membrana

Directa

J. SCALIGER.

Suffenus iſte) Suffenas, ait quidam, hic legendum. Sed delirat. Quomodo enim conſtaret verſus?

Lora rubra) σιττύβαι. Heſychius: σιττύβαι, δερμάτιναι στολαί, τὰ μικρὰ ἱμαντάρια. Duas dat notiones ejus verbi Heſychius. priore membranam ſignificari, qua tegerentur libri: poſteriore lora, ut hic apud Catullum. In epiſtola ad Atticum quarta ex editione Victoriana: *Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione & ſittybis.* Legendum *conſtrictione.*

Membrana) Genere neutro. Gloſſæ quoque: *Membranum* διφθέρα, σωμάτιον, Item: *Membranum*, ὑμὴν.

VARIORVM.

Suffenus) *Sufenas* legendum eſt, non ut in vulgatis libris *Suffenus*. SEX. NONIVS SUFENAS, qui, ut ex nummi inſcriptione apparet, prætor ludos votivos publicos fecit, fortaſſe is eſt, cujus meminit Catullus *Fulvius Urſinus.*

Palimpſeſto) Palimpſeſtus eſt papyrus deletilis, ſeu *charta deletitia*, ut ab Ulpiano *l.* IV. π. *de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* adpellatur. In ea aliquid ſcribimus, quod dein in chartam aliam transferamus, quod cum fecimus & palimpſeſto delemus, inducimusque, ut in ea alia exarare poſſimus. vid. *Leopard.* emend. lib. XIII. c. XI.

Charta regia) *Charta regia* ſunt omnium pulcherrimæ, ut *hieratica* & *Auguſtae* opponunturque *plebeis*. Turneb.

Vmbilici) Erant capitula, ſpeciem umbilicorum præ ſe ferentia, in bacillis ſeu rutulis, qui aſſuebantur voluminibus, ut circa illa volverentur. Volumen enim eſt contextur cartarum in longitudinem, ut poſſit convolvi, qualis eſt tabula itineraria Peutingeri. Voluminis fini adglutinabantur bacilli umbilicis prominentibus ornati. Hinc cum volumen eſſet explicatum, neceſſario perveniebant ad umbilicum. Inde ad *umbilicum ducere* eſt finire.

Tentura

Directa plumbo, & pumice omnia æquata.
Hæc cum legas, tum bellus ille, & urbanus
Suffenus, unus caprimulgus, aut foſſor
Rurſus videtur: tantum abhorret, ac mutat.
Hoc quid putemus eſſe? qui modo ſcurra,
Aut ſi quid hac re tritius videbatur,
Idem inficeto eſt inficetior rure,
Simul poëmata attigit: neque idem umquam
Æque eſt beatus, ac poëma cum ſcribit:

Tam

J. SCALIGER.

Tantum abhorret ac mutat) Flagitium Hieronymi Avantii, qui ex MVTAT fecit NVTAT. In quo profecto ipſe multum nutavit.

Scurra) Quem modo urbanum vocavit. Notum enim ex Plauto ſcurras & urbanos eoſdem eſſe. Quare & dicteriis ſibi victum aucupabantur. Quia autem ſcenatici homines, quos Βιολόγους vocant Græci, dicteria funditabant ad riſum ſpectatoribus tollendum, propterea factum, ut Mimi, Scurræ, & urbani vocarentur. Juvenalis:

--- *mimum agit ille Urbani qualem facundus ſcurra Catulli*. Prudentius: *Dum Scurra ſaltas fabulam*. Et mimum ſcurram Juvenalis vocat, & urbanum mimographum ipſum Catullum. quem aliter urbicum Martialis poëta, urbicarium Fulgentius. Hinc quum idem Juvenalis dixit *Traſcurria patritiorum*, palã eſt eum intelligere ad ſcurras, hoc eſt, ad orcheſtram patritios tranſiſſe. Male n. hodie legunt *Triſcurria*. cui ineptum quoque interpretamentum apponunt.

Aut ſi quid hac re tritius) Suſpicor Catullum ſcripſiſſe: *Aut ſi quid hoc retritius videbatur*. Retritum παλιντριβής. Metaphora a veteribus & obſoletis veſtimentis. Itaque & hujuſmodi homines Græci τρίβωνας vocant, quaſi retrita pallia.

VARIORUM.

Directa plumbo) i. plumbo directa ad regulam. rotundum illud plumbum fuiſſe teſtantur veterum Epigrammata, quibus τροχαλὸς & γυρὸς & κυκλοτερὴς appellatur. tenuis e plumbo lamina fuit, & in rotundum formata. Latini *praeductale* dixerunt a præducendis lineis: græci recentiores παράγραφον *Salmaſ.*

Pumice omnia æquata) Pumex, cavum & latebroſum ſaxum, pendens, antroſum, non tantum rari, laxi, & leviſſimi lapides. Propert. lib. III. el. III. Virgil. lib. XII. *Turneb.*

Unus caprimulgus) Ita noſtrates *ein* uſurpant. & Plutarch. utitur in vitis. Philopæmene 245. 27. Lucilius *Optimus multo poſt homines natos gladiator qui fuit unus*. Livin.

Caprimulgus) *Caprimulgus* avis nomen eſt, apud Ariſtot. lib. IV. hiſt. anim. c. XXX. αἰγοθήλας nominatur: hic ruſticum ſignificat capras mulgentem. *Turneb.*

Mutat.) pro mutatur dixit. quod Virgil. *Quantum mutatus ab illo Hectore*. Sed græci quoque ἐξαλλάττειν pro ἐξαλλάττεσθαι uſurpant & id Latini imitantur. Hinc apud Propert. *complebant* pro complebantur, *variabant* pro variabantur. Cicero Acad. Quæſt. *Quæ tota omnia accipere poſſint, omnibuſque modis mutare, atque ex omni parte*. Livin.

Tam gaudet in ſe, tamque ſe ipſe miratur.
Nimirum idem omnes fallimur; neque eſt quiſquam
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Poßis. Suus cuique attributus eſt error:
Sed non videmus manticæ quod in tergo eſt.

Ad Furium. XXIII.

Furi, cui neque ſervus eſt, neque arca,
Nec cimex, nec araneus, nec ignis,
Verum eſt & pater, & noverca, quorum
Dentes vel ſilicem comeſſe poſſunt;
Eſt pulchre tibi cum tuo parente,
Et cum conjuge lignea parentis.

Nec

J. SCALIGER.

Furi, quoi neque ſervus eſt, neque arca) Juvenalis

-- quantum ferrata diſtet ab arca
Sacculus --

Idem.

-- poſita ſed luditur arca.

Cicero Pæto: *Nos jam ex arcis tantum habebimus, ut Verrium tuum, & Camillum, qua munditia homines? vocare ſæpius audeamus.*

VARIORVM.

Gaudet in ſe) Propert. *Cynthia in exuviis gaudet*, & alibi, *gaudet in puero.* Qualiter græci dicunt χαίρειν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς. Arnob. *Et illud ſpectaculum maximum Babylone in inguinibus eſt.* Simile & illud Propertii de Thaide. *In qua populus plauſit Erichtonius.* Livin.

Arca.] Paupertatis ſignum erat *non habere arcam.* Vt hic & ep. ſeq. contra *Arcam habere* dicuntur divites: in ea enim pecunias deponebant. Mart lib. II. ep IV. ubi Sextus ille fenerator queritur. ſe nummos non habere in arca. item ep. XXX. & lib. III. ep. XL. lib. VIII. ep. XLIV. lib. IX. ep. IV. de *Arca Iovis.* & lib X. ep. XIV. Sic Horat. ſat I de Avaro, ---- *At mihi plaudo Ipſe domi ſimulac nummos contemplor in arca.* Paulus item I C. in *l. Oſſilius xcvij.* ff. *de leg. iij.* & idem in *l. ſi certos. xxxvij de verb oblig.* Hinc *arcarii ſervi* quibus domini pecunia, & ejus cura commiſſa. Scævola. I. C. in *l. Thais xli.* §. *ult.* ff. *de fideicom libert. Ramirez.* de arcariis ſervis vide *Pignorium* ac Popmam.

Conjuge lignea) Lucret. Lib IV.
--- *Nervoſa, & lignea. Dorcas*

Eleganter ita vocat puellam arido corpore & exſucco. verum jam ante Comicus Alexis; Ἀκροδλίπαρος, τὸ ἄλλο σῶμα ὑπόξυλον. hinc & ξυλοκύμβη femina dicitur turpi forma, apud Euſtath. Eamdem poëta doctiſſ. vocat. *nervoſam*, id eſt, rigidam, duram, aſpero ſcabroque corpore; atque adeo robuſto. Mollities ac levitas habentur in delitiis, eaque variis artibus a quibuſdam etiamnum quærun-tur: volunt tamen illi formarum ſpectatores corpus, non omnino enerve aut flaccidum: neque nervoſum, neque

enerve

Nec mirum. bene nam valetis omnes.
Pulcre concoquitis: nihil timetis:
Non incendia, non graves ruinas,
Non facta impia, non dolos veneni,
Non caſus alios periculorum.
Atqui corpora ſicciora cornu,
Aut, ſi quid magis aridum eſt, habetis,
Sole, & frigore, & eſuritione.
Quare non tibi ſit bene ac beate?
A te ſudor abeſt, abeſt ſaliva,
Mucuſque, & mala pituita naſi.
Hanc ad munditiem adde mundiorem,
Quod culus tibi purior ſalillo eſt,
Nec toto decies cacas in anno:
Atque id durius eſt faba, & lapillis:
Quod tu ſi manibus teras, fricéſque,
Nonnumquam digitum inquinare poſſis.
Hæc tu commoda tam beata, Furi,
Noli ſpernere, nec putare parvi.
Et ſeſtertia, quæ ſoles, precari
Centum deſine: nam ſat es beatus.

Ad Juventium puerum. XXIIII.

O qui floſculus es juventiorum,
Non horum modo, ſed quot aut fuerunt,
Aut poſthac aliis erunt in annis,

Mallem

enerve amant. hoc ſolidum vocat Lucil. ac Terent. Idem laudat ſucci plenum corpus, cum ligneum prorſus jejunum ſit. *Giſanius.*

Atque id durius eſt faba ac lapillis) Mendoſe meo judicio legitur *lapillis* ſcribo *lupinis*. Non enim unguibus, & digitis lapilli teruntur, æque ut fabæ aut lupini. erant lupini ludicrum numorum genus; ex lupinis aqua maceratis percuſſum fiebat. *Hotomanus*. idem cenſet *Gulielmus*.

Mallem delicias mihi dediſſes,
Quam iſti, cui neque ſervus eſt, nec arca:
Quam ſic te ſineres ab iſto amari.
Qui? non eſt homo bellus. inquies? eſt:
Sed bello huic neque ſervus eſt, neque arca.
Hæc tu, quam lubet, abice, elevaque.
Nec ſervum tamen ille habet, neque arcam.

Ad Thallum. XXV.

Cinæde Thalle, mollior cuniculi capillo,
Vel anſeris medulla, vel imula oricilla.

Vel

J. SCALIGER.

Mallem delitias mihi dediſſes,) Longe aliter concepta eſt vetus ſcriptura, atque, meo judicio, melius & concinnius:

Mallem divitias mihi dediſſes
Iſte, quoi neque ſervus eſt, neque arca,
Quam ſic te ſineres ab illo amari.

τὸ *Mihi* autem Attice παρέλκει, & ad aliam perſonam pertinet. Sic apud Euripedem Andromacha: τί ϲοι θεῶν καταξόμεσθα; Clarius in Helena: τί ϲοι προσάρχω δῆτα τῷ τεθνηκότι. Quod eodem prope modo dictum eſt, atque hic. divitias potius convenire Furio, quam delitias, cur dicat, non eſt pluribus diſputandum: ſiquidem conſtat ipſum egentiſſimum fuiſſe, cui neque arca.

Cui non eſt) Inepta lectio. vetus, *Qui non eſt*. Lege ergo. *Qui? non eſt homo bellus. inquies? eſt Sed bello huic neque ſervus eſt neque arca*. Quis dubitat hæc meliora eſſe, quam illa vulgata?

Vel imula mollicella) Moroſa lectio, quæ in manuſcriptis legitur, hæc portenta verborum nobis peperit. Qui hæc mutarunt, quare falcem vitium in ſyllaba commiſſum animadverterunt? alii pudentius: -- *vel hinnula tenella*. Sed ſi liceret nobis hoc modo omnia interpolare, nihil nobis difficile, aut arduum eſſet. Priſca lectio hæc fuit: *vel imula moricilla*. Utinam in aliis tam facile verum erui poſſet, ut in hoc loco ſperamus nos eruiſſe. Legimus enim -- *vel imula oricilla*. Proverbium Latinorum fuit: Auricula infima mollior. Alterum ὑποκοριστικὸν eſt Auricilla, quod veteres Oricilla dicebant. unde Celſo Oricularius clyſter. hoc eſt ὠτεγχύτης. Imulum proximo dixit, ut Plautus primulum. Quæ omnia ſunt venuſtatis Catullianæ. Gloſſæ: *Summa auricula*, πτερύγιον. Item *Lanna*, λοβοί. Quod rectum erat Lamnæ. Porro de hujus metri genere non diſputabo, quum id abunde doceant veteres. Hoc unum admonebo extare hujus generis στίχον παροιμιώδη apud antiquum Grammaticum Marium Plotium Sacerdotem. Eſt autem ejuſmodi δίκαιός ἐστιν ὁ φθόνος, τὸν γὰρ φθονοῦντα δάκνει. Qui verſus jambis puris conceptus eſt, præter quintum pedem qualis ille:

Quid immerentibus noces? quid invides puellis?

VARIORVM.

Qui? non eſt) Mihi pridem placuit legere: *Hui! non eſt homo bellus, inquies? eſt.* Meleager.

Quam

Vel pene languido ſenis, ſituque araneoſo;
Idemque Thalla turbida rapacior procella,
Cum diva mulier alites oſtendit occinentes,
Remitte pallium mihi meum, quod involaſti,
Sudariumque Setabum, catagraphosque Thynos,
Inepte,

J. SCALIGER.

Quum diva mulier aves) Hæc eſt manu ſcriptorum lectio, ſed vitioſa, ut apparet ex modulis ſyllabarum. Nam quod alii ſubſtituerunt. QVVM DIVA MATER ALITES, audacter fecerunt. Quare eorum licentiam nihil moror. Sed non minore impudentia OSCITANTES in OCCINENTES mutarunt. Alii OCCINENTES in OSCINENTES: quia meminerant in augurali diſciplina eſſe aves, quæ, quod ore auſpicium facerent, ab eo oſcines dictæ eſſent. Sed non adverterunt idem eſſe occinere, & obſcinere: ut oſtendere & obſtendere. Nam alterum uſitatius, alterum ἀρχαϊκώτερον. Ego quid de hac lectione ſtatuam nihil habeo. Equidem facile perſuadeo mihi ex veteri ſcriptura vitium natum eſſe, idque fuiſſe in exemplari Gallicano. Nam Diva veteres Deiva ſcribebant. Itaque librarius Gallicani exemplaris, quum legeret. *Quum de via mulier*, putavit ἀρχαϊκῶς ſcribendum. *Quum deiva.* At *mulier de via*, eſt ἡ τυχοῦσα, quævis ſaga. Sic Tibullus puerum e triviis dixit τὸ τυχόντα. Ejuſmodi enim mulieres, aut pueros de ſortibus, aut præſagiis conſulebant, quæ ſibi notæ non eſſent. Marinæ tempeſtatis præſenſione fugere aves marinas id notum ex prognoſticis Arati & Virgilii. Recte autem *oſcitanes*. Nam agitatione fluctus id vult illis accidiſſe. unde marina avis Larus ſemper id facere dicitur. Proverbium enim eſt, λάρος χάσκει. Sed non dubito quin aves oſcitantes ἀντονομαστικῶς Gaviæ ſeu Lari ipſi dicantur, qui ſemper in fluctu degunt, marinam ſpumam paſcentes: ſed tempeſtate in littus ejiciuntur. Itaque mulier ſaga, quam hic vocat mulierem de via, ut Tragicus dixit, de Circo aruſpices, ex eo conjicit tempeſtatem eſſe, aut aliud neſcio quid. Sane verum eſt, niſi fallor, quod diximus antonomaſiam eſſe, aves oſcitantes, hoc eſt, laros. Nam quum id genus ſemper in fluctibus verſetur, ut ſpumam depaſcatur, tempeſtate ejecti in ſiccum pene fame tabeſcunt. unde facile eſt colligere illis in ſicco viſis tempeſtatem in mari eſſe. Hæc eſt, niſi fallor, vera mens Catulli, quam alii ſuis ineptis emendationibus totam perverterant.

Catagraphiſque thynos) Ajunt eſſe ſcriptorum librorum lectionem. Sed nos in noſtro reperimus: *Cyrograthoſque thynos.* Quæ lectio multum a vulgata diſcrepat. Fortaſſe Chirographos quod proximum vero videtur. Ego ſcio quid de Catagraphis dicatur. neque aliud ſcilicet ab illis adfertur, quod a nobis olim adoleſcentibus animadverſum non fuerit. Proprie Catagrapha ſunt opiſthographa, ut ex Hipparcho cognoſcimus.

VARIORVM.

Oſcitantes) *Oſcientes* lego, & fere *oſcinos ſiniſtros & ominoſos* legere eſt Horat. *Oſcinem corvum prece ſuſcitabo.* Intelligit autem fulicas & ſimiles aves quæ tempeſtatem prædicant. *Livin.*

Catagraphoſque Thynos.) Libri omnes, vidi etiam aliquot, legunt, *Cyrographos*: hoc eſt *Chirographos.* ſic *Cyragra* in veteribus libris non raro ſcriptum occurrit. Sic *Cyras* apud Iſidorum vetuſtiſſimæ etiam membranæ præferunt: *manus quas Græci cyras vocant.* *Chirographi* igitur *Thyni*, ſunt annuli *Thyni* ſignatorii ſculpturæ Bithynicæ, Thyni annuli & politura

Inepte, quæ palam ſoles habere, tanquam avita:
Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina, & remitte;
Ne laneum latuſculum nateſque mollicellas]
Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent,
Et inſolenter æſtues, velut minuta magno
Deprenſa navis in mari, veſaniente vento.

Ad Furium. XXVI.

Furi, villula noſtra non ad Auſtri
Flatus

ſitura Bithynica celebres & nominati ſunt. de quibus leguntur verſus apud Iſidorum, quos ita emendavimus:

Lucentes mea vita nec ſmaragdos
Berillos mihi, Flacce, nec nitentes:
Nec percandida margarita quæro,
Nec quos Thynia lima perpolivit
Anellos; nec jaſpios lapillos.

Chirographos legebam olim in verſibus Catulli; nunc placet magis *Cirographoſque Thynos*, hoc eſt, *cerographos*, & ceram imprimentes annulos accipi, κηρόγραφτον eſt de cera pictum: κηρογράφον autem quod ceram pingit & ſignat vel charaxat: quod anulorum ſigillaritiorum eſt proprium. *Salmaſius.*

J. SCALIGER.

Manuſque mollicellas) Scio & ferulæ & ſcuticæ manum ſolere pueros in ſcholis porrigere. Sed profecto hoc non vult Catullus neque hæc eſt proba lectio: quum ita ſcribendum fuerit: *natiſque mollicellas.* Hæc enim recte conveniunt cum latuſculo laneo. ut ipſe loquitur. Quia nudi non manus, ſed ilia & nates cædi ſolent.

Inuſta turpiter) Inurere notam recta latinitas patitur. concedam etiam inurere plagam, & urere flagris. at inurere flagra ne infimæ quidem vetuſtatis ſcriptores unquam dixerunt. Sed hæc eſt audacia Hieronymi Avantii, qui ita legit ex priſca lectione, *Inſula*. Ego puto inverſum pro, *Inluſa*. Catullus minitatus erat puero flagra quæ ille irridebat. propterea vocat flagra illuſa, hoc eſt diverſa ab illo.

Conſcribillent) Varro columna Herculis, περὶ δόξης. *Itaque eas in ceram conſcribillavit Herculis athleta.* Idem Marcipore: *Aſtrologi non ſunt qui conſcribillarunt pingentes cælum.* Sed laborat ſyllaba antepenultima inquiunt quidam docti quod ſit longa. Itaque vidi, qui legerent *concribillent*, a cribello. Sed falluntur. Syllaba enim corripitur.

VARIORUM.

Inuſta turpiter) Scaliger: *inurere notam* recta latinitas patitur. Concedam etiam *inurere plagam*, & *inurere flagris*. At *inurere flagra* ne infimæ quidem vetuſtatis ſcriptores unquam dixerunt. Nos tamen incomparabilem virum falli putamus: immo hoc genus optimis ſcriptoribus uſurpatum ad Statium in Diatribe & elencho demonſtravimus. *Gronovius.*

Conſcribillent) Alii *conſigillent*. ut Seneca Epiſt. 13. princ. *Non poteſt Athleta magnos ſpiritus ad certamen adferre, qui nunquam ſigillatus eſt.* F. *conſtrigillent.* id eſt, exarent, compungant. *Livin.*

Magno mari) *Magno mari*, hoc loco non pro immenſo (ita ut vulgo ſumitur) ſed pro turbulento, valideque fluctuanti, vehementiusque ventis commoto, poſitum videtur. *Douſa P. & F.*

Furi, villula noſtra &c.) placet ſcripta potius lectio. *Furi, villula veſtra.* quis enim ambigat porro, quin idem hic ſit Furius ille, cui paſſim ignominioſæ paupertatis maculæ a Valerio noſtro inuſtæ. *Douſa P.*

Verum

Flatus oppoſita eſt, nec ad Favoni,
Nec ſævi Boreæ, aut Apeliotæ,
Verum ad millia quindecim & ducentos.

O ven-

J. SCALIGER.

Verum ad millia quindecim & ducenta.) vetus ſcriptura, *& ducentos.* recte. Alioqui immanis nimis fuiſſet ſumma illa. neq; puto tam copioſum Catullum fuiſſe Quindecim millia ducenta ſeſtertia, item quindecim millia ducenti ſeſtertii immane quantum diſcrepant. Priore ſumma fiunt denarium millia quadringenta viginti quinque, hoc eſt, Solatorum aureorum Francicorum millia quinque & triginta, quadringenti ſexdecim cum denariis excurrentibus octo. Nam unum ſeſtertium imputatur in vicenos aureos Solatos cum decem denariis excurrentibus. Poſterior ſumma conficit tantum denarios quadringentos viginti quinque, id eſt, aureos Solatos triginta quinque cum quinque denariis excurrentibus. Hæc melius conveniunt villulæ, quam illa immanis ſumma, cui nullus ſacculus par eſſe poteſt. De Catulli autem villa intelligendum, non de Furii, quod ſomniat vir diſertus.

VARIORUM.

Verum ad millia, &c.] Sunt qui ad illius Furii verba hæc referant, cujus extremam inopiam ac mendicitatem paulo ante Catullus inluſerat: quorum opinionem primum illa vox NOSTRA perſpicue repudiat: quam abſurdum eſſet mutare in VESTRA. Nam Gottorum hoc dicendi genus eſſet, non Romanorum. deinde ſi Furius ne centum quidem millium rem habuit, ut Catullus in illo carmine oſtendit, quomodo ducentorum & inſuper quindecim millium conſtituere pignus potuiſſet? *Et ſeſtertia,* inquit, *quæ ſoles precari Centum deſine, nam ſat es beatus.* Sunt qui Catullum de ſua ipſius villula loqui agnoſcant: ſed ex antiquo libro reponendum cenſent *Ducentos. alioqui*, inquit auctor illius opinionis, *immanis nimis fuiſſet ſumma illa. neque puto tam copioſum Catullum fuiſſe ut ducentis quindecim millibus fundum oppigneraſſet.* Sed ut Catullus in Equeſtri tantum ordine conſtiterit, tamen duplo locupletiorem illum fuiſſe neceſſe eſt præterea ſi & hoſpes fuit C. Cæſaris, & cum eo gerere inimicitias eſt auſus, ut Suet. teſtatur: non eſt veriſimile, tam tenuis eum fortunæ fuiſſe. ut vero DUCENTOS. reponamus, & tantulam ſummam quindecim millium ſeſtertium ſupra ducentos numos, ventum tam horribilem & Catullo adeo peſtilentem fuiſſe putemus, cauſſam eſſe non arbitror. Jocum igitur ſic interpretandum putarem: Cum Furius, qui forte ad dies aliquot ſecedere in Catulli villam cupiebat, ex eo quæſiſſet, cui vento & cœli plagæ eſſet oppoſita, feſtive poëta ex ambiguitate verbi jocum captavit: ac reſpondit non ulli ventorum tempeſtati objectam eſſe, ſed pro ducentis quindecim ſeſtertium millibus pignori oppoſitam *Hotomannus.*

Verum ad millia &c.) Veram ſcripturam, *ducentos*, eſſe teſtatur Scaliger: alioquin immanem fore ſummam illam, nec videri tam copioſum Catullum fuiſſe At ipſæ ſummæ denarium & ſeſtertium quas comparat Scaliger, immane quantum diſcrepant. Quadringenta millia denarium, ſedecies æſtimantur ſeſtertio, coronatorum quadraginta millibus. Viginti quinque, ſi denarios intelligas, centum nummi ſunt ſeſtertii, coronati duo & dimidiatus; ſin millia denarium, centum millia nummum, coronatos duo millia quingentos efficiunt. At *ducenta quindecim ſeſtertia*, ſi ſic ſcripſit Catullus, faciunt LIII millia ſeptingentos quinquaginta denarios, coronatorum quinque millia CCCLXXV. Rurſum quadringenti viginti quinque denarii faciunt mille ſeptingentos nummos ſeſtertios, coronatos quadraginta duos dimidiatum.

O ventum horribilem, atque peſtilentem!

Ad puerum ſuum. XXVII.

Miniſtra veteli puer Falerni
Inger mi calices amariores,
Vt lex Poſtumiæ jubet magiſtræ,
Ebrioſa acina ebrioſioris.
At vos, quo lubet, hinc abite lymphæ,
Vini pernicies, & ad ſeveros
Migrate: hic merus eſt Thyonianus.

Ad Verannium, & Fabullum. XXVIII.

Piſonis comites, cohors inanis,

Aptis

At ſeſtertium quindecim millia & ducenti, denarium tria millia ſeptingentos quinquaginta, coronatos CCCLXXV. *Gronovius de Pecun. Vet. lib. 3. cap. 17.*

J. SCALIGER.

Inger mi calices amariores) Manifeſto *amariores* pro meraciores intelligit, alludens ad Homerum,

ζωρότερον δὲ κέραιε ---

Quod diverſe a veteribus exponi ſolitum cognoſces ex Plutarcho. Martialis autem aliter etiam exponit:

Hic ſcyphus eſt, in quo miſceri juſſit amicis
Largius Æacides vividiuſque merum.

Hic largius & vividius eſt ζωρότερον.

Vt lex Poſthumia) Lex Poſthumiæ magiſtræ, eſt lex magiſtra Poſthumia, ut urbs Patavi. vide quæ in conjectaneis olim notavimus.

Ebrioſa] Mirum, quum Gellius monuerit, *ebrioſa acina* legendum eſſe, neminem eorum, qui hunc poëtam enarrarint, id animadvertiſſe: ſed omnes lege re, *Ebrioſa acino ebrioſioris.* Quod quid ſit, neſcio.

VARIORVM.

Falerni) Notandum epithetum *Falerni*, quod reperies item apud Mart. *Candida nigreſcant vetulo cryſtalla Falerno.* & Macrob. Sat. VII. c. XII. in proverbio illo quo gulones ait uti: *Mulſum quod probe temperes, miſcendum eſſe novo Hymettio & Falerno vetulo.* Douſa F.

Lex Poſtumia jubet magiſtra.] Qui leges has bibendi terebat *Magiſter* vulgo dicebatur; Varroni etiam *Modimperator*: Horatio, *Arbiter*: Plauto, *Dictator*. Græcis συμποσίαρχος, βασιλεὺς, vel τραπεζοκόμος. *Regna vini* hæc magiſteria adpellat Horatius, quæ talis ſortiebantur: & qui primus e convivis Venerem jecerat, is *Magiſter*. Interdum etiam, ut apud Plautum invenimus, ſola corollæ impoſitione *Magiſtros* creabant. *Lipſium* vide & Vrſinum in Append. ad Petr. Ciaccon. de Triclinio.

H

Aptis ſarcinulis, & expeditis,
Verani optime, tuque mi Fabulle,
Quid rerum geritis? ſatiſne cum iſto
Vappa, frigoraque & famem tuliſtis?
Ecquidnam in tabulis patet lucelli
Expenſum? ut mihi, qui, meum ſecutus
Prætorem, refero datum lucello.

Ad

J. SCALIGER.

Vt mibi, qui meum ſecutus Prætorem refero datum lucello] Multa ſunt in Catullo parum hactenus a magiſtris animadverſa. in nullo tamen magis cæcutiverunt, quam iſto. Sed error hinc fluxit, quod ab hoc verſiculo ea, quæ ſequuntur, diſtraxerunt. Continuanda enim erant ita:

--- ut mihi, qui meum ſecutus
Prætorem, refero datum lucello:
O Memmi, bene me, &c.

Non poteſt dici, quanta urbanitate Prætoris ſui Memmii avaritiam perſtringit. Vos, inquit, a Piſone proprætore veſtro ita accepti eſtis, quomodo ego a Memmio proprætore meo. Nam, quum deberem in tabulis ſcribere, acceptum refero lucello L. L. XXX: vicem ejus ſcribo: o Memmi bene mihi illuſiſti, qui in contubernio tuo pollicebar mihi montes auri, ſed quantum ego video, non minus vobis illuſit Prætor veſter Piſo, quam Memmius mihi. Hæc nunc ſunt luce clariora. ut valde decepti ſint, qui putarint Catullum a Memmio turpitudinem paſſum eſſe, quam pudor meus dicere vetat. Verbum enim flagitioſum, quo utitur Catullus, non in eam ſignificationem accipiendum eſt: ſed in eam, in quam ſuperius accepimus, quum eundem Prętorem ita appellavit in epigrammate, *Varrus me meus ad ſuos amores.* Verbum enim illud eo tempore ἀντὶ τοῦ ἐντρυφᾶν accipiebatur. Quemadmodum contra τὸ ἐντρυφᾶσθαι dicebatur altero verbo obſcœno, quod huic e regione reſpondet, quod quidem verbum ultimum eſt in Scazonte Martialis, cujus initium: *Conviva quiſquis Zoili poteſt eſſe.* Nam ibi illud verbum non in obſcœnam partem, quæ prima ejus eſt notio, ſed pro ἐντρυφᾷ ſumitur, exponi contumeliæ, ſtupidum eſſe illudi.

VARIORUM.

Aptis] Sic Petron. Sat. *Itaque quod bene eveniat, expedite ſarcinulas. Aptis* autem eſt conſtrictis & colligatis, quod in præſenti *apo* vel *apio* eſſe veriſimiliter ſuſpicor. Gloſſarium Arabico-Latinum. *Apio, ligo.* huc etiam pertinet illud Feſti: *Apex, qui eſt ſacerdotum inſigne, dictus eſt ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo, apere dicebant, unde aptus is, qui convenienter alicui junctus eſt.* Douſa F.

J. SCALIGER.

Datum lucello] Titius dat, Mævius accipit. Mævius acceptum refert Titio:

Titius

Titius datum & expenſum refert Mævio. Hoc & ipſi pueri ſciunt. Sed quia ſunt τῶν πρός τι, convertuntur, ſi perſonam commutes. Nam Mævius poteſt ſcribere: Retero datum mihi.idem enim ac ſi dicat, acceptum refero Quæſtori. Itaque Catullus refert ſibi datum lucello. hoc eſt refert acceptum Memmio. Quid?. illud, quod ſequitur: *o Memmi.* Hæc ſunt verba, quæ Catullus in rationibus accepti vult referre. Sed prius ſciendum, id quod ſupra attigimus, comites & adjutores negotiorum publicorum, qui dabantur magiſtratibus a Republica, vel cæteros ex domeſticis convictionibus, quos Cicero quaſi ex cohorte prætoris appellari ſolitos, pro opera egregie in magiſtratum navata duplex emolumentum a prætore conſequi ſolitos, alterum in provincia, quod lucellum vocabatur. alterum in urbe poſt reditum e provincia: quum eorum nomina a magiſtratu in ærarium referebantur, in beneficiariis proconſulis, ſive proprætoris vocabantur. Nam magiſtratum, & qui juſſu populi provinciam regeret, proconſulem, aut propratorem vocare ſuſque habeo. Cicero in Frumentaria: *Age: quid tum ſi Apronio delitiis Prætoris lucelli aliquid juſſi ſunt dare? Putatò Apronio datum, ſi Apronianum lucellum ac non prætoria præda vobis videbitur.* Idem ad Rufum quæſtorem ſuum libro quinto epiſtolarum. *Sed ego putavi eſſe viri boni, quum populus ſuum ſervaret, conſulere fortunis tot vel amicorum vel civium. Nam de lucello eſt ita actum ut auctore Cn. Pompeio iſta pecunia in fano poneretur. id ego agnovi meo juſſu eſſe factum. qua pecunia Pompejus eſt uſus ut ſua, quam tu depoſueras. Sextius.* Vides ex his verbis Ciceronis privatam pecuniam amicorum, & civium vocari lucellum. Quod nomen ὑπηρετικῶς attribuebatur commodis prętorianorum; quod vero dabatur ipſi prætori, dicebatur honorarium. Sed qui, quid ſit lucellum, ſcire cupit, legat epiſtolam illam Ciceronis, in qua tamen non inveniet eam lectionem, quam adduximus: ſed ineptiſſimam, nempe Lucceio pro lucello, qui error & infra in eadem epiſtola quanquam aliis literis diſſimulatus eſt. illis verbis *Sed ſi quid eſt, quum de logeo parum gratum viſum eſt, quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigere poſſim.* Ibi enim *de lucello* legendum eſt ex ſuperioribus verbis. Ita & epiſtolam Ciceronis emendamus, & locum Catulli, ex quo illam emendavimus, illuſtramus. Antea quid eſſet lucellum ignorabatur, neque ullus illius rei odor Criticos hodiernos afflaverat.

VARIORVM.

Ecquidnam in tabulis) Ita explicanda videntur: Num quid (quum in ſuis æris accepti & expenſi tabulis redeuntes e provincia magiſtratuum contubernales ſoleant habere accepta relata lucello, ſeu notatas non parvas ſummas lucelli nomine a prætore conceſſas) in veſtris tabulis, ubi lucellum patere debebat, ubi acceptum, nihil apparet, ſed utramque paginam facit expenſum? ut mihi accidit infelici, qui contubernalis Memmii. *in lucello refero datum:* h. e. quum & ipſe in meis tabulis aliquid accepti lucello referre deberem nihil in illis habeo, niſi quod dedi vel expendi de meo: in illis tabulis, in ea parte rationum, ubi patere debebat lucullum, quam dicaveram referendis acceptis lucello, refero & ſcriptum habeo etiam datum & expenſum. Exclamationem, quæ ſubjungitur, videtur ei exprimere recordatio præteriti doloris, quaſi diceret: cujus infelicitatis cum in mentem venit, non poſſum non iraſci tibi, Memmi, & jure exprobrare, quod me patientem hominem & uſque obdurantem ſpe meliorum impudenti mora circumduxiſti, & lactaſti, tandemque inanem & inhonoratum dimiſiſti. Sequitur: *ſed quantum video:* id eſt, Solatio eſt ſocios malorum habuiſſe, nihilo felicius vobis accidit. *Gronovius de Pecun. Vet. lib.* 3. *cap.* 17. ubi pluribus de ſenſu hujus loci adverſus Scaligerum diſputat.

Expenſum) Locus τῆς παραδοξίας. Nam lucrum expenſum in tabulas non referebant, ſed acceptum. *Livin.*

O Memmi

Ad Memmium XXIX.

O Memmi, bene me, ac diu ſupinum
Tota iſta trabe lentus inrumaſti:
Sed, quantum video; pari fuiſti
Caſu: nam nihilo minore verpa
Es fartus. pete nobiles amicos.
At vobis mala multa Dii Deæque
Dent, opprobria Romuli, Remique.

In Cæſarem. XXX.

Quis hoc poteſt videre? quis poteſt pati,
Niſi impudicus, & vorax, & helluo?

Mamur-

J. SCALIGER.

O Memmi) Procul dubio eſt is ipſe C. Memmius cui libros ſuos dicat Lucretius. Hic ex prætura provinciam Bithyniam ſortitus, quo eum ſequutus erat Catullus, mox Romam inde reverſus repetundarum poſtulatus eſt a C. Julio Cæſare ex cujus oratione hæc extant apud Gellium: *Vel pro hoſpitio Regis Nicomedis, vel pro horum neceſſitate hoc munus, Memmi, refugere non potui.* Quare avaritiam ejus a Catullo exagitari mirum non eſt, qui repetundarum poſtulatus ſit.

Pari fuiſti caſu) Ex veteri libro legendum pluraliter *Fuiſtis.* item, *Farti eſtis.* Sed, inquit, quantum video, non minore fortuna accepti eſtis a prætore veſtro, quam ego a meo.

Pete nobiles amicos) Inſultatio. ut illa:

I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno ——

Facilis ſententia, & plana.

At vobis mala multa) Poſtquam illis, qui ſe ad magnas amicitias applicant, ſatis illuſit, poſtea ad illos ipſos, qui amicis ipſis abutuntur, ſermonem dirigit. At vobis, inquit, o Romuli, Remique, opprobria, dii deæque mala multa dent. *Romuli Remique.* nominandi caſu. nam proceres Romanos, & qui in Republica aliquid poterant, ita vocabant.

Infra,

Cinæde Romule hoc videbis, & feres ——

& in Declamatione

Ore tuo Romule Arpinas. Opprobria

eodem caſu. Græce λῶβαι. ut in proverbio, ἡρώων παῖδες λῶβαι. & ἐλέγχεα. ut κάκ' ἐλέγχεα Homero. Quam male non ſolum finis Epigrammatis, ſed etiam totum poëmatium vulgo accipiatur, neſcio an aliis exploratum ſit. mihi ſane ita liquido conſtat, ut non parum hac in parte ab interpretibus erratum eſſe videatur.

Quod

Mamurram habere, quod comata Gallia
Habebat unctum, & ultima Britannia?

Cinæde

J. SCALIGER.

Quod comata Gallia habebat cuncta & ultima] Poſtrema non Catulliana ſunt, ſed ex officina Hieronymi Avantii prodierunt, quum & veteres editiones, & ſcriptæ membranæ præferrent: *Habebat cuncta, & ultima Britannia.* Parva admodum licentia legendum: *Habebat unctu, & ultima Britannia.* Nam in Gallicano exemplari, ut iam monui, quod Langobardicis literis ſcriptum fuiſſe putamus, V & A viciſſim ſe commutant. quod nulla ſit inter illas literas differentia in charactere Langobardico. Sic in Coma Berenices.

--- *quem maximu' in oris.*

pro *maximum in oris.*

Sic hic *unctu*, pro *unctum*, ſequente vocali, cujuſmodi quædam in Varrone notavimus, ut *datu' iri*, & ſimilia. Hic autem virulentus jambus non in Cæſarem, quod video omnes fere ſibi perſuaſiſſe, ſed in Mamurram ſcriptus eſt, ſed expoſtulat cum Cæſare Catullus de copia & ſuperfluentia Mamurræ.

Quod comata Gallia] Plinius libro triceſimo ſexto, capite ſexto: *Hic nanque eſt Mamurra Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus quem, ut res, domus ipſius clarius, quam Catullus dixit habere, quicquid habuiſſet comata Gallia. nanque adjecit idem Nepos eum primum totis ædibus nullam niſi e marmore columnam habuiſſe.* In toto Plinio non eſt locus iſto corruptior. quem valde gaudeo mihi ſeſe tam opportune obtuliſſe. Mirum vero Catullum, qui toties in Mamurram verſuum ſuorum aciem diſtrinxerit, de hac domo tacuiſſe. Atqui, ſi ita res ſe haberet, non tacuiſſet, niſi me fallit augurium meum. Deinde, quid ſibi volunt illa, VT RES. Sed nolo in nugis lectorem diutius tenere. Sane Plinius ita ſcripſit: *quem Metrodorus Scepſius clarius, quam Catullus, dixit habere, quicquid habuiſſet comata Gallia.* Atqui, quum hunc locum Plinii legerem, ſine ulla cunctatione ſuſpicio de mendo animum percuſſit: atque e veſtigio locum emendavimus. Sciebam enim Metrodorum Scepſium hominem malæ linguæ virulentis ſcriptis populi Romani procerum luxum exagitaſſe. Ovidius quarto de Ponto ad Tuticanum:

Non loca, ſed mores ſcriptis vexavit amaris
Scepſius Auſonios. actaque Roma rea eſt.

Quanquam in Ovidio male *Septius* vulgo legitur. Quare ille vir μισορωμαῖος dictus. Plinius libro triceſimo quarto, capite ſeptimo: *Metrodorus Scepſius, cui cognomen à Romani nominis odio inditum eſt.* Floruit autem Cæſarianis temporibus. nam Bruto familiaris vixit: ex cujus epiſtola ad Cæſarem Chariſius protulit: *a Scepſio familiari meo.*

Sed verba Plinii, quæ correximus, nondum ex toto menda vacant. Nam gloſſema eſt τὸ IDEM NEPOS. Nepotis enim nomen interjectum ideo, quia ſuperius ejus mentionem fecerat Plinius. Quare ita totum eum locum legero: *Hic eſt Mamurra Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus, quem Metrodorus Scepſius clarius, quam Catullus, dixit habere quicquid habuiſſet comata Gallia. Nanque adjecit eum primum totis ædibus nullam niſi e marmore columnam habuiſſe.* Quare autem dictum ſit eum habuiſſe, quicquid habebat Gallia, cognoſcimus ex eodem Plinio, qui nos docet, Mamurram Formiis natum, equitem Romanum, præfectum fabrorum C. Cæſaris in Gallia fuiſſe. Quum & veriſſima & præclariſſima ſit emendatio illa Pliniana, tamen ad ſtomachum quorundam Criticorum non facit. Adeo rari ſunt, qui falſa veris ſciant diſcernere.

Habebat

Cinæde Romule hæc videbis', & feres?
Es impudicus, & vorax, & aleo.
Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens
Perambulabit omnium cubilia,
Vt albulus columbus aut Adoneus?

VARIORVM.

Habebat unctum & ultima Britannia) Haud ſatisfacit poſtremum illud, etſi non ignorem vocalem natura brevem inſequente muta cum liquida a Poëtis identidem produci, placet itaque magis: *Et ultima Britannia.* quomodo idem in carmine de Acme & Septimio.

Mavult quam Syrias, Britanniaſque.

& Paulo infra:

Hunc Gallia timent, timent Britannia.

Cæterum eadem Metaphora *uncti*, uſus poëta noſter non ſemel ut in Epigrammate illo nimium lepido.

Nec prætoribus eſſe, nec cohorti,
Cur quiſquam caput unctius referret.

denique hoc ipſo carmine:

Niſi uncta devorare patrimonia.

Douſa P.

J. SCALIGER.

Cinæde Romule] Hoc eſt, o Cæſar, ut ſupra jam dudum monuimus. Hæc, inquit, o Cæſar patieris? Nam Romulus non pro quovis Romano, ut vult Parthenius, ſed proco, qui ita gratia populari valebat, ut regnum, tanquam alter Romulus, obtinere videretur. Salluſtius in oratione Lepidi Conſulis ad populum. *Quæ cuncta ſcævus iſte Romulus, quaſi externis rapta tenet.*

Es impudicus & vorax] iſte verſus aberat a noſtro ſcripto.

Perambulabit omnium cubilia] verbum Perambulare ad eam rem aptiſſimum. ut ſupra --- *tremulique quaſſa lecti Argutatio, inambulatioque.* Sic verbo βῆναι utuntur Græci. unde ἐμβασίκοιτοι, aut ἐμβασικοῖται dicuntur ejuſmodi homines, cujuſmodi hic intelligitur Mamurra.

Vt albulus columbulus, dioneus] Hæc

Cinæde

ſunt correctorum commenta; præſertim quum in ſcriptis libris exaratum ſit: *ut albulus columbus, aut doneus* Quum ego Valentiæ Cavarum hunc locum ſcriptæ lectionis perpenderem, ſuccurrit poſſe legi. *Aut albulus columbus, aut Adoneus.* quia Adoneus pro Adonis Plauto, & Auſonio antiquario dictum memineram. Itaque nondum me ejus conjecturæ pœnitet.

VARIORVM.

Romule) Hoc nomine (& Mureto commentum placet) uti ſolebant in eos, quos ſignificare volebant diſſimillimos eſſe Romuli. falſo (ſicut ego exiſtimo) & parum Romane. Suſpicor vulgatum hoc in eos convicium fuiſſe, qui profunda imperii cupidine accenſi dominationem in cives ſuos affectabant. Apud Criſpum in oratione quam idem Mamerco Æmilio Lepido attribuit, hæc in Sullam ſtomachoſe ad Quirites pronunciata leguntur. *Quæ cuncta ſcævus iſte Romulus, quaſi ab externis rapta tenet.* quam interpretationem Servius fulcire videtur ad Eclog, 111. *Douſa P.*

Superfluens] hoc loco non tam ad immoderatum animi faſtum, quam profluvii genitalis abundantiam, & magnificum illum, quo Babylonica apud Lucretium rigatur, ſplendorem reſpexiſſe Catullum puto: Vim & vomitum illum Lucillianum dico, atque eo in hanc ſententiam ſum propenſior, quod ſtatim de omnium cubilium perambulatione ſequatur, quæ ſine vi iſtius vomitus conſtare non poteſt. *Idem.*

Adoneus] Sic Plaut. in Menœch. Act. 1. ſc. 11. & Auſon. in Myobarbo. Sic

Cinæde Romule, hæc videbis, & feres?
Es impudicus, & vorax, & aleo.
Eone nomine Imperator unice
Fuiſti in ultima occidentis inſula,
Vt iſta veſtra diffututa mentula
Ducenties comiſſet, aut trecenties?
Quid eſt? an hæc ſiniſtra liberalitas
Parum expatravit? an parum helluatus es?
Paterna prima lancinata ſunt bona,

Secunda

Vlyſſem, & *Achillem* dicebant. vetus monumentum:

D. M
APHNIO. QVI
VIXIT. ANN. XIII
MENS. XI. DIEBVS
XVI. ACHILLEVS. ET
CLEOPATRA. PA
RENT. FIL. DVLCISSI.

Aliud marmor:

M. VALERIVS
ACHILLEVS. LI
CTOR. PROXIMVS
LAVRENS. LAVINAS.

J. SCALIGER.

Vt iſta veſtra] Id eſt, ut iſte laſtaurus veſter Mamurra. Falluntur enim, qui ad ipſummetCæſarem referunt Nam, ut dixi, in ſolum Mamurram Epigramma ſcriptum eſt: quanquam cum Cæſare expoſtulat Catullus Quum libidinoſum Mamurram vocat, quo nomine vocare ſoleat Catullus, clarius eſt, quam ut a me dici debeat.

Quid eſt? an hæc ſiniſtra liberalitas] Hæc omnia ita uti leguntur hodie commentus eſt Hieronymus Avantius. Recta ſcriptura eſt:

Quid? eſt alit, ſiniſtra liberalitas?

Alit pro *alid* ſcriptum, ut ſupra *Quot*, pro *quod*, ut a *Quis, quid*. ſic ab *alis*, *alid* faciebant. Quid? inquit, eſt aliud, quod illi expatrandum, & abliguriendum objicias? quaſi parum expatraverit, qui paterna bona primum, deinde tantam bellorum prædam devoraverit. Facete autem Cæſarem vocat ſiniſtram liberalitatem, ut Bibaculus Orbilium Gramaticum vocavit literarum oblivionem. Quare hæc hactenus parum intellecta fuerunt. Jam ſcimus libros ſcriptos, & antiquos excuſos ita habere. Sed noſter non *alit*, ſed *ait* habebat. mendoſe, ut puto Niſi legendum eſſet: *Quid eſt, ai ſiniſtra liberalitas.* ut Nævius, auctore Priſciano dixit. -- *vel ai, vel nega.*

Parum expatravit) Hunc locum habebat in animo auctor Gloſſarii, quum ſcribebat, *Patrat*, μαστροπεύει, κατεμφαίνως, ὡς ἐπὶ αἰσχρῶν. Nam non ſemper ſignificat μαστροπεύειν. Sed expatrare eſt ſcortando μαστροπεύειν imo ἀφροδισιάζειν. Sed omnium linguarum feliciſſime Germanica *Verhuren*. In vetuſto Gloſſario Latino-Arabico: *Patratio eſt rei Veneriæ conſummatio*. Aliæ Gloſſæ: ἐκχέειν ἐπὶ συνουσίας, *Expatro*.

Paterna primum) vel puer divinaverit legendum eſſe, *Paterna prima*. Quia omnes ſunt meri Jambi.

Quam

Secunda præda Pontica, inde tertia
Ibera, quam ſcit amnis aurifer Tagus.
Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ?
Quid hunc (malum) foveris, aut quid hic poteſt,
Niſi uncta devorare patrimonia?
Eone nomine Imperator unice,
Socer generque perdidiſtis omnia?

Ad

J. SCALIGER.

Quam ſcit amnis aurifer Tagus.) Miror doctis viris de hujus loci abſurditate nihil in mentem veniſſe, aut ſaltem nihil admonuiſſe. Atqui iſta lectio a ſcriptura & illa quoque mendoſa diſcrepat. ita enim ſcriptum eſt *Ibera qua ſe amnis aurifer Tagus*, Sed quomodo legendum ſit, mox ſequenti verſu aperiam.

Hunc Gallia timent]Quorſum hæc, obſecro? aut unde tam interruptus ſermo? aut quid habebant in mente correctores, qui iſta monſtra nobis pepererunt? Noſter liber plane habet· *Hunc Gallia timent tellus, & Britannia.* prodigioſa prorſus lectio, & quæ oſcitabundum correctorem non poſtulet. Nam ſane primum hoc ſatis acceptum eſto, Catullum hic non niſi jambis puris uſum eſſe. Deinde antedens verſiculus ſententiam cum hoc claudit. Quare ita Catullum ſcripſiſſe quavis ſponſione auſum contendere.

--- *Quas & amnis aurifer Tagus*:
ſubaudi quas prædas attulit Tagus. De ſequenti verſiculo quid faciam, multas machinas adhibuimus ut ex eo veram aliquam ſententiam extunderemus Sed fruſtra. Nam puto eſſe ſpurium, quod res ipſa loquitur. Neque enim ſyllabæ conveniunt, neque ſententia cohæret. Nam quorſum Mamurram timeret?

Quid hunc malum fovetis?) O Cæſar, quid hunc Mamurrā fovetis. Nā ſane hic perperam τὸ *Hunc*, Cæſarem expunebant.

Niſi uncta devorare) Propterea ſemper vocatur Decoctor. ut in illo, *Decoctoris amica Formiani.*

Eone nomine urbis opulentiſſima) Si hæc natio correctorum viveret, nihil eſt, quod e re illorum melius optem, quam bonam mentē. Nam ſane hic eorum judicium requiro. quid enim eſt illud, *urbis opulētiſſimæ?* Sane ad quid referam neſcio, Deinde quid opus eſt urbis opulentiſſimæ mentionem facere, ſi hic Roma intelligitur, quum hoc non Catullus voluerit? Poſtremo quomodo conſtabit Jamborum purorum modus, ſi hanc lectionem recipiamus? Quid ergo? Quid? niſi hunc verſum intercalarem dimidium tantum a librario poſitum fuiſſe, quia ſatis notus eſſet, & a quovis expleri poſſet, quum ſuperius integer appoſitus ſit:

Eone nomine, imperator unice
Socer, genereque perdidiſtis omnia?

Eone nomine inquit, tu Cæſar, & tu Pompei ita omnia perdidiſtis, ut iſte illa devoraret? Pompejus & Cæſar perdiderunt omnia: quia ipſi cauſſa fuerunt bellorum civillum. ex quibus præda opima obtigit Mamurræ quam ille in voraginem ventris ſui omnem immerſit. Propterea perdita bona vocat, quæ Mamurra abligurivit.

Socer generque] Facete in allum ſenſum detorſit Virgilius in Proluſionibus:

Socer beate nec tibi, nec alteri,
Genereque Noctuine, putidum caput:
Tuone nunc puella talis, heu tuo
Stupore preſſa rus abibit? hei mihi
Vt ille verſus uſquequaque convenit!
Gener, Socerque perdidiſtis omnia.

VARIORVM.

Hunc Gallia timent Britanniæ.) Correxit unus & unicus ille omnis eruditiotionis pater Turnebus:

Timentque Gallia hunc, timent Britannia.

Cui utique hac in parte aſſentior lubens:

Digitized by Google

Ad Alphenum. XXXI.

Alphene immemor, atque unanimis falſe
ſodalibus,
Jam te nil miſeret, dure, tui dulcis amiculi.
Jam me prodere, jam non dubitas fallere perfide.
Nec facta impia fallacum hominum cælicolis
placent.
Quæ tu negligis, ac me miſerum deſeris in malis.
Eheu quid faciant, dic, homines, cuive habeant
fidem?
Certe tute jubebas animam tradere, inique me
Inducens in amorem, quaſi tuta omnia mi forent.
Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factaque
Ventos inrita ferre & nebulas aërias ſinis.
Si tu oblitus es, at Dii meminerunt, meminit Fides:
Quæ te ut pœniteat poſtmodo facti faciet tui.

Ad Sirmionem peninſulam. XXXII.

Peninſularum Sirmio, inſularumque
Ocelle,

ſimul ut *cæſuræ* ratio habeatur, nuſquam a Catullo temere alias neglectæ, nedum in jambis, puris præſertim ac meris. & tamen ut leniter & leviter quoque a certiſſimo conjectore in partem diſſentiam, malim reſcribi:

Timetque Gallia hunc, timent Britannia.

ut Comata ſolum provincia intelligatur: Singulari enim numero Galliam extulerat antea. *Dauſa P.*

J. SCALIGER.

Alfene] Alfenus Varus idem cum eo de quo ſupra, *Varus me meus ad ſuos amores.* Conciliaverat eum Catullo ſtudiorum ſimilitudo. Erat enim & Juriſconſultus & poëta. Servius: *Alfenus Varus licet juriſconſultus & ſucceſſor Servii Sulpitii eſſet, etiam carmina aliqua compoſuiſſe dicitur.*

inique me inducens in amorem] Putant τὸ *inique* vocandi caſu enunciatum. ego puto adverbium, & ultimam correptam more antiquo. Horatius

--- *per aquas dure volubiles.*

Virgilius. *Flos adprime tenax.* non *adprima*, ut magiſtelli edendum curarunt.

Peninſularum Sirmio) Scaligerorum principum amœniſſimus ſeceſſus Sirmio a Theodorico uſque Scaligero quem *Diedrich von Berna* vocant Germani, ad avum uſque meum Benedictum Scaligerum,

Ocelle, quaſcumque in liquentibus ſtagnis,
Marique vaſto fert uterque Neptunus,
Quam te libenter, quamque lætus inviſo,
Vix mi ipſe credens Thyniam, atque Bithynos
Liquiſſe campos, & videre te in tuto.
O QUID ſolutis eſt beatius curis
Cum mens onus reponit, ac peregrino
Labore feſſi venimus Larem ad noſtrum,
Deſideratoque acquieſcimus lecto?
Hoc eſt, quod unum eſt pro laboribus tantis.
Salve, o venuſta Sirmio, atque hero gaude:

gerum, qui profugit ad gentilem ſuum Matthiam regem Ungariæ cognomine Corvinum. Ab eo Theodorico, qui patruelis fuit Theodorici, magni Gotthorum Regis, ad Guilielmum uſque hiſtoriam Scaligerorum quatuor libris complexus eſt Paulus Æmilius Veronenſis. Is Guilielmus abavus fuit patris mei Julii. Oppida quædam Benaci paruerunt etiamnum avo meo Benedicto. Parthenius in hunc locum ita ſcribit de Sirmione: *Nunc quidem eſt anguſtum cum theatri lateritii reliquiis oppidũ. Olim autem urbs neq; exigua, neque obſcura, a Pannonicis ſive Ungaris aliquando inſtaurata, ut ego in quodam eleganti, atque antiquo Grammatici cujuſdam epigrammate comperi.* Bene ſane Parthenius. Nam verum eſt Ungaros Attila duce ea loca deveniſſe, & quum jam ſe in agrum Veronenſem effundere vellent, repulſi ſunt a Theodorico Scaligero Tiroliæ principe, quem, ut dixi, Germani Theodoricum Veronenſem vocant: illa vero nubes in Aquileiam incubuit, ut inde Veneti ſubito Barbarorum adventu conſternati proximas inſulas Adriatici maris petere coacti fuerint. Hæc fuerunt incunabula Venetiarum. vide rerum viciſſitudinem. Si Theodoricus Scaliger non fuiſſet, nunquam fuiſſent Venetiæ. Si Venetiæ nunquam fuiſſent, nunc eſſet imperium Scaligerorum. Hæc volebam neſcius ne eſſes, candide lector.

Ocelle) Euripides Ἀρτέμιδος χιονοτρόφον ὄμμα Κιθαιρών. Hoc autem Epigramma tempore conjunctum eſt cum Epigrammate de Phaſelis. Nam Phaſelo vectus eſt Sirmionem.

V A R I O R U M.

Uterque Neptunus) Probabilis eorum eſſe ſententia videtur, qui *mare ſuperum* & *Inferum* quibus Italia cingitur, interpretantur. verius tamen fortaſſe videri poteſt, cum ſignificet Neptunus eam vim quæ humori præeſt, ut *utrumque Neptunum* intelligamus, & eum qui dulcibus, & eum qui ſalſis aquis imperat. Sic enim Sirmio inſulis & peninſulis omnibus maris & fluminum & lacuum antepone tur. Huic expoſitioni favent Catulli verba, qui & liquentium ſtagnorum, & maris mentionem facit. *Turneb.*

O quid ſolutis &c.) Locus hunc in modum nobis conſtruendus videtur: O quid beatius eſt (quam) cum mens onus reponit ſolutis curis: cumque peregrino i. e. peregrinandi labore, itinerumque moleſtiis perfuncti, reduces domum & quidem ſalvi, poſtliminio aliquando convortimur? Perperam omnibus in libris interpunctum eſt, vitio maxime interrogationis, quæ ubique voci *curis* appenſa legitur, nullo ſenſu; quis enim Latine dicat, *curas ſolutas beatas eſſe*, ac non potius *animum curis ſolutum?* Douſa P.

Gaudete voſque Lydiæ lacus undæ:
Ridete quidquid eſt domi cachinnorum.

Ad Ipſithillam XXXIII.

Amabo mea dulcis Ipſithilla,
Meæ deliciæ, mei lepores,
Jube, ad te veniam meridiatum.
Quod ſi juſſeris, illud adjuvato,

Ne

J. SCALIGER.

Lydia lacus undæ) Hic viri docti colonias neſcio quas Tyrrhenorum ſomniant. Laudo conatum: ſed ſane longe aliud voluit poëta. neque ulla hic hiſtoria eſt. Nam ſi ita eſſet, legendum erat, *Lydii lacus unda*. At falſa omnia ſunt iſta. Itaque aliud quærendum. Legendum enim *Salvete voſque ludiæ lacus undæ*. Ludius proprie eſt ὀρχηστής. Ovidius:

Ludius æquatam ter pede pulſat humum.

Statius:

Hoc plaudunt grege ludiæ tumentes.

Prudentius:

Saltat Tonantem tauricornem ludius.

At ubique ſemper hoc nomen per ypſilon ſcribitur, male. adeo ut eximius vir Adrianus Turnebus graviter peccaverit, qui vult apud Statium Lydias tumentes dici, quia Lyde apud Juvenalem dicitur turgida: quaſi Lyde idem ſit cum Ludia, alterum Latinum purum putum eſt, alterum Græcum λυδὴ proprium. At ludius, ut jam dixi, ſaltatorem ſignificat. unde eo nomine Luperci dicti, quod per totam urbem diſcurrerent ſaltitando. auctor Tertullianus. Hinc Plautus: *Peſſuli heus peſſuli, vos ſaluto lubens, Fite cauſſa mea ludii barbari, Subſilite, obſecro, & mittite iſtam foras.* Varro rerum ruſticarum tertio: *Quum inſulas ludianorum choreuſas vidiſſes* Lege. *Quum inſulas ludiano ritu choreuſas vidiſſes*, hoc eſt, ὀρχηστῶν, δηλαδὴ χορεύσας. Hinc duæ ſtellæ in cauda Cynoſuræ, quæ præcedunt ultimam, dicuntur Græce χορευταὶ, quia circa ultimam moventur, LUDENTES autem ab interprete Germanici. Ludius igitur & Ludens ὀρχηστής, χορευτής. Gloſſæ, σαλευτὴς, ὁ σαλευτικός. *Ludio.* Hic igitur ludiæ undæ dictæ, quæ perpetuo motu agitantur. Nemo paulo doctior negaverit hunc ſenſum Catulli fuiſſe. Itaque totam Lydiam cum Tyrrhenis miſſam faciamus. Quibuſdam tamen non probatur, ut ſolet.

Amabo mea dulcis Hypſithilla) Hypſithea, Græcum ὑψιθέη. ὑποκοριστικὸν Latinum Hypſithilla. Non eſt ergo ut Turnebi ſententia hic locum habeat, qui hoſpitilla legit.

Illud adjuvato) Ita etiam Ciceronem in epiſtolis ad Atticum locutum memini. Plautus Prologo Pœnuli: *Valete atque adjuvate ut nos ſervet ſalus.* Petronius: *Quod ſi non adjuviſſetis de hac medicina, quam peto, jam parata erat in craſtinum turba.* At Turnebus hoc mutare voluit: & legendum cenſet, *adjubeto*. male. Ultimum autem verſiculum pene ad verbum exprimit ille in Cyclope Euripidis:

ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα πέ-
πλον κρεῶν.

VARIORUM.

Adjuvato) i. e: addito operam. Plautus in Pœnulo:

Valete, atque adjuvate ut vos ſervet ſalus,

i. e. addite operam, adnitimini pariter, atque in eam curam cogitationemque incumbite. Errant igitur qui hic *adjubeto*, monſtrum verbi, ſubſtituunt. *Douſa P.*

Nam

Ne quis liminis obſeret tabellam,
Neu tibi lubeat foras abire:
Sed domi maneas, pareſque nobis
Novem continuas fututiones.
Verum, ſi quid ages, ſtatim jubeto.
Nam pranſus jaceo, & ſatur ſupinus
Pertundo tunicamque palliumque.

In Vibennios. XXXIIII.

O furum optime balneariorum,
Vibenni pater, & cinæde fili.
Nam dextra pater inquinatiore,
Culo filius eſt voraciore.
Cur non exilium, malaſque in oras
Itis? quandoquidem patris rapinæ
Notæ ſunt populo, & nates piloſas
Fili non potes aſſe venditare.

Sæculare carmen ad Dianam. XXXV.

Dianæ ſumus in fide
Puellæ

J. SCALIGER.

Nam dextra pater inquinatiore] Qui in hoc verſu VORACIORE reponunt. & in altero INQUINATIORE, tantum eos rogabo, ut reſipiſcant, & patiantur receptam lectionem antiquum jus ſuum obtinere, & quod in altero verſu τὸ VORACIORE eos offendat, diſcant prius, quam alios ducere inſtituant. Diſcant, inquam, quare βαλανοβόρον vocavit Diogenes adoleſcentem φιλαυδεῖον. Nam quis dextram voracem diceret?

VARIORUM.

Nam dextra &c.) Cum ita in aliis omnibus editionibus legebatur, Carrion tranſpoſitis comparativis reſcribendum aſſeverare non dubitat:

Non dextra pater eſt voraciore
Culo filius inquinatiore.

Argute quidem ille, cæterum non credo a Catullo unquam ita ſcriptitatum fuiſſe, atque eo minus, quod hoc ipſum loquendi genus in re prorſus conſimili a Martiali videam uſurpatum: lib. 2. Epigr. 51.

Infelix venter ſpectat convivia culi,
Et ſemper miſer hic eſurit, ille vorat.
Douſa P.

Puellæ & pueri integri,
Dianam pueri integri,
Puellæque canamus.
O Latonia, maximi
Magna progenies Jovis,
Quam mater prope Deliam
Depoſivit Olivam.
Montium domina ut fores,
Silvarumque virentium,
Saltuumque reconditorum,
Amniumque ſonantium,
Tu Lucina dolentibus,
Juno dicta puerperis,
Tu potens Trivia, & notho es
Dicta lumine Luna.
Tu curſu Dea menſtruo
Metiens iter annuum,
Ruſtica agricolæ bonis
Tecta frugibus exples.
Sis quocunque placet tibi
Sancta nomine, Romulique
Ancique, ut ſolita es, bona
Soſpites ope gentem.

Cæcilium

J. SCALIGER.

Dianam pueri integri) Quum deeſſet hic verſus in manuſcriptis, ἀδιοχώτας hunc ſupplerunt docti viri. neque puto aliter Catullum ſcripſiſſe.

Romulique antiquam, ut ſolita es) vetus ſcriptura *Romulique Antique.* lege. *Romulique, Ancique.* Romulus & Ancus reges Romæ. Quoties hic acciderit, ut C, & T ſe commutaverint, longum eſſet in unum oſtendere Gens Romuli & Anci, eſt Populus Romanus.

VARIORUM.

Ancique) Apud Veteres Romanos non. modo *DI boni*, *Dea bona*, *bona preces*, *bona verba*, & ſimilia; ſed etiam *boni viri*, *bona femina:* adpellatione, quam vulgus opinatur ſecretiore. Apud Ennium lib. III. Ann. *Bonus Ancus.* ut & apud Lucret. *Lumina ſis oculis etiam bonus Ancu' reliquit*, quos imitatus Catullus hoc carm. ſecul. & inibi potius legendum exiſtimo *boni* quam *bona*. Addo, ſolere Regibus *Boni* Epitheton adtribui, quo monerentur, quid maxime ab iis exſpectandum eſſet civibus. *Merula.*

An

Cæcilium arceſſit. XXXVI.

Poëtæ tenero, meo ſodali,
Velim Cæcilio papyre dicas,
Veronam veniat Novi relinquens
Comi mœnia, Lariumque litus.
Nam quaſdam volo cogitationes
Amici accipiat ſui, meique.
Quare, ſi ſapiet, viam vorabit.
Quamvis candida millies puella
Euntem revocet, manuſque collo
Ambas injiciens roget morari:
Quæ nunc, ſi mihi vera nuntiantur,
Illum deperit impotente amore.
Nam, quo tempore legit inchoatam
Dindymi dominam ex eo miſellæ,
Ignes interiorem edunt medullam.
Ignoſco tibi, Sapphica puella,
Muſa doctior. eſt enim venuſte,
Magna Cæcilio inchoata mater.

In Annales Voluſii. XXXVII.

Annales Voluſi, cacata charta,
Votum ſolvite pro mea puella.
Nam ſanctæ Veneri, Cupidinique
Vovit,

J. SCALIGER.

Annales Voluſi cacata charta) Ita dicebatur de omnibus ridiculis ſcriptis. Seneca: *Annales Tanuſii ſcis quam non decores ſint, & quid vocentur.* Innuit Seneca Annales Tanuſii eadem appellatione exagitatos, qua Annales Voluſianos. Martialis: *Scribat carmina, quæ legant cacantes.* Annales Voluſii poëſin fuiſſe non prorſam orationem, quales Ennianos & Furii Bibaculi, ex hoc ipſo epigrammate colligimus.

VARIORUM.

Sancta.) forte *Sanctæ.* Livin.

Vovit, ſi ſibi reſtitutus eſſem,
Deſiſſemque truces vibrare jambos,
Electiſſima peſſimi poëtæ
Scripta tardipedi Deo daturam
Infelicibus uſtulanda lignis:
Et hoc peſſima ſe puella vidit
Jocoſe, & lepide vovere Divis.
Nunc, o cæruleo creata ponto,
Quæ ſanctum Idalium, Urioſque apertos,
Quæque Ancona, Cnidumque arundinoſam
Colis,

J. SCALIGER.

Tardipedi Deo daturam) Neſcio, an Catullus dixerit, illa vovit daturam. Melius *datura*. Vovit datura. ut, *Ait fuiſſe navium celerrimus*: Propertius: *Viſura & quantus nunquam ſperaſſet Ulyſſem* Vulgaris lectio tamen Latina eſt. Tibullus: *Iuravi quoties rediturum ad limina nunquam?*

Jocoſe & lepide vovere divis) copula ET addita a correctoribus. nam libri ſcripti non habent, ne antiquæ quidem editiones. *Joco ſe* autem duabus vocibus non una legendum. Hic eſt argutia Epigrammatis. Inter Catullum & Leſbiam diſſidium intervenerat. Leſbia joco vovit Veneri, ſi reconcilietur ſibi Catullus, ſe Annales Voluſii illi crematuram. Catullus, qui illius poëtæ annalibus iniquior erat, quod puella joco voverat, id uti ſerio fieret, effecit: atque amicæ in gratiam rediit. Venuſtum ſane argumentum, & elegantia Catulli dignum. Nam totus, ut dixi nodus erat in illa voce *joco*. Repetitur autem bis *ſe ſe*, more Græcorum, præſertim Atticorum, ut ego innumeris locis apud Demoſthenem notavi. Euripides Phœniſſis.

ἐμοὶ μὲν εἰ καὶ μὴ καθ' Ἑλλήνων χθόνα
τεθράμμεσθ' ἀλλ' οὖ ξυνετά μοι δοκεῖ
λέγειν.

Hic enim τὸ ἐμοὶ repetitur eodem modo, quo hic *Se*.

VARIORUM.

Electiſſima) Scio & e malis eligi poſſe peſſima, puto tamen legendum *ſceleſtiſſima*. Sic infra vocat nefaria ſcripta, & orationem plenam veneni & peſtilentiæ. *Paſſeratius.*

Infelicibus) Veteres ſoliti fuerunt plerumque prodigia & portenta ſic procurare, ut exurerent lignis infelicibus: Macrob. lib. III Sat. c. XX. *Arbores*, inquit, *quia inferum deorum avertentiumque in tutela ſunt, eas infelices nominat*: ſubjiciturque *quibus portenta, prodigiaque comburi jubere oportet*. Græci ea ſpinoſis lignis, quæ infeliciora videbantur, comburere ſolebant, & cinerem in profluentem projicere. Ergo Catulli puella, ut malum quoddam prodigium, voverat ſe crematuram verſus optimos Voluſii lignis infelicibus, eoque latet in epigrammate arguta laſcivia *Turnebus.*

Urioſque apertos.) Hos, niſi fallor, Strabo Uxios appellat. apud quos *Ἀφροδίτης Numinis* colebatur, ut in alterutro vitium eſſe neceſſe ſit. At quid voluit Turnebus, quum *Murios* legit? oblitus enim pedis ponit dactylum pro trochæo.

Accentum

Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos,
Quæque Durrhachium, Adriæ tabernam.
Acceptum face, redditumque votum,
Si non inlepidum, neque invenuſtum eſt.
At vos interea venite in ignem
Pleni turis & inficetiarum,
Annales Voluſi cacata charta.

Ad Contubernales. XXXVIII.

Salax taberna, voſque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila,
Solis putatis eſſe mentulas vobis?
Solis licere, quidquid eſt puellarum,
Confutuere, & putare ceteros hircos?
An continenter quod ſedetis inſulſi Cen-

J. SCALIGER.

Acceptum face) Tertullianus dixit *Accepto* facere, non *Acceptum*, libro de pudicitia: *Quanto delicta iſta ante lavacrum accepto facit, tanto poſt lavacrum inremiſſibilia conſtituit*

Pleni thuris) Hæc eſt lectio, quæ invenitur non ſolum in noſtro ſcripto, ſed & in antiquis editionibus. Notum Perſianum: -- *nec ſcombros metuentia carmina, nec thus.*

Horatius:

Deferar in vicum vendentē thus & odores.

Martialis:

Et thuris piperiſque ſis cucullus,

Athenæus de Anaxandride poëta: μικρὸς ἦν τὸ ἦθος ἐποίει τι τοιοῦτο περὶ τὰς κωμῳδίας· ὅτε γὰρ νικῴη, λαμβάνων ἔδωκεν εἰς τὴν λιβανωτὴν κατατεμεῖν. Sed & *turis* legi poteſt, præſertim, quum ſequatur *inficetiarum*. melius enim hæc inter ſe conveniunt. Sic Græci ἀγχῶ πλίας. Gloſſæ Heſychii: ἀγχῶ πλίας, ἐγχωρίας πλήσεις.

An continenter) Illud continenter Heſiodi poëtæ ἐπιχειρὰ dicunt, ut ἐπιχειρὰ ἑδριάαζ, quod hic quoque dicitur. imo duo hi verſus ad verbum heroico & carmine & charactere reddere poſſumus: νήπιοι, ἦ ῥ' ὅτι δὴ ἴσχεσθε τι δηλήσοισθε λεσχηνευόμενοι ἐπιχειρὰ ἑδριάασθε. Nam ſedere hic eſt καθιζόμενοι λεσχηνεύεσθαι. Taberna, quam vocat, eſt λέσχη, ad quam jocandi & confabulandi gratia conveniebant, ut alibi:

Oramus, ſi forte non moleſtum eſt,
Demonſtres, ubi ſint tuæ tabernæ.

Heſiodus, καὶ ἐπαλέα λέσχην.

VARIORUM.

Taberna) Tabernæ Romæ per pilas deſignabantur: nam cuique tabernæ ſua pila adponebatur; & cum pilæ eſſent faciliores proſpectu, quam tabernæ, per pilas tabernæ numerabantur ut hoc loco Catull. qui hic ſignificat nomen tabernæ a Caſtoris templo. *Ramirez.*

Continenter.) i. ordine perpetuo, & quaſi in lineam continuato frequentes: vel potius, ſpiſſiore velut orbe facto in unum pariter conglobati, quaſi in velabro olearii de compacto gerentes omnia. *Douſa. P.*

Me

Centum, aut ducenti, non putatis auſurum
Me una ducentos inrumare ſeſſores?
Atqui putate: namque totius vobis
Frontem tabernæ ſcipionibus ſcribam.
Puella nam mea, quæ meo ſinu fugit,
Amata tantum, quantum amabitur nulla,
Pro qua mihi ſunt magna bella pugnata,
Conſedit iſtic. hanc boni, beatique
Omnes amatis: & quidem, quod indignum eſt,

Omnes

J. SCALIGER.

Me una ducentos) Flagitioſum verbum, quo hic utitur, nihil habet flagitii, quod ad iſtam quidem ſententiam ſpectat, eſt enim σουβελίζειν. Sic ſupra: *O Memmi bene me*, &c. Quem σουβελισμὸν intelligat, ſubjungit.

namque totius vobis Frontem tabernæ ſcipionibus ſcribam. Nam ſi quis flagitium hic intelligit, multum a ſententia Catulli abhorret.

Namque totius vobis frontem tabernæ) Si Synecdochicῶs tabernam accipimus, eodem modo intelligemus tabernam ſcipionibus ſcriptam, quomodo apud Ariſtophanem:

ἀπόλωλα δ᾽ ἐκ τοῦ σιζόμβρου βακτηρίᾳ.

Nam σιζόμβρου βακτηρίᾳ dictum, ut hic ſcipionibus ſcribere. Sed non ita eſt. Nam frons tabernæ ſine ulla figura ſimpliciter ponitur. Tertullianus de Anima. *Ipſi poſtremo philoſophi, ipſique medici, quamvis de anima quoque diſputarunt, faciem tamen operis frontemque materia de anima unuſquiſque proſcripſit.* Alludit enim Tertullianus ad illos, qui rerum promercalium titulos in fronte tabernæ proſcribunt. Minatur haud dubie Catullus, ſe elogiorum carbonibus, ut Plautus loquitur, frontem tabernæ ſcripturum.

Scipionibus ſcribam) Scipionibus præuſtis ſcilicet. Nam frons tabernæ omni ſtatura humana editior non poterat pingi carbone, quia manus Catulli illam propter altitudinem contingere non poſſet. Igitur, quod ſolet, longis ſcipionibus præuſtis, vice carbonis, ſe famoſum carmen tabernæ inſcripturum minatur.

Magna bella pugnata) Noſter codex, *bella patata*. Fortaſſe ſcripſit Catullus *patrata*?

VARIORUM

Scipionibus ſcribam.) Illud Plaut. Merc. II. II. LXXIV. *Implere fores elogiorum carbonibus* dixit. Solebant quippe veteres, quos diffamare vellent, eorum, imprimis lenonom & meretricum, ædium fores hujuſmodi elogiis, hoc eſt, dicteriis probroſis pingere, & quidem carbone, aut ſemi-uſto ſtipite literis ductis. Etiam amatores ab amatis duriter nimis excepti fores horundem depingebant. Ovid. lib. III. el. I. Gruterus exiſtimat id fieri, face exſtincta. Jam enim diu eſt quod Lipſius docuit, amantes cum non reciperentur a puellis intra ædes, deficientes faculas ſub auroram ad oſtium abjicere ſolitos. Sed hoc fuerit patientiorum; calidiores accenſa etiam lumina oſtio illidebant, & minitabantur exuſtionem domus: ut Perſ. IV. IV. Inter hos medii erant, quibus ſufficiebat janitas amicarum calcibus impetere, aut ferro incidere, aut conſcribillare extincto titione.

Omnes

Omnes puſilli, & ſemitarii mœchi.
Tu præter omnes une de capillatis
Cuniculoſæ Celtiberiæ fili,
Egnati, opaca quem bonum facit barba,
Et dens Ibera defricatus urina.

Ad Cornificium. XXXIX.

Male eſt, Cornifici, tuo Catullo.
Male eſt, mehercule, & laborioſe,
Et magis magis in dies & horas:
Quem tu, quod minimum, facillimumque eſt,
Qua ſolatus es adlocutione?

Iraſcor

J. Scaliger

Omnes puſilli.) Poſt hunc verſiculum ſequuntur illi in veteribus ſcriptis: *Tu præter omnes.* & recte. Itaque eos ſuis ſedibus ſollicitare noluimus.

Une de capillatis) Hiſpani enim capillati, non tonſi etiam ſæculo Martialis. *Hiſpanis ego contumax capillis.*

Et magis magis in dies, & horas) Tranſpoſitio facta eſt verſuum hoc loco. Nam poſt hunc verſiculum ſequi debebat, *Iraſcor tibi*, ſic:

Et magis magis in dies, & horas.
Iraſcor tibi, ſic meos amores.
Quem tu, quod minimū facillimumq; eſt,
Qua ſolatus es adlocutione?
Paulum quidlibet adlocutionis
Mœſtius lacrimis Simonideis.

Iraſcor, inquit, tibi te ita puerum meos amores accepiſſe. Quem puerum quo ſolatus es colloquio? Parum quidpiam conſolationis adhibuiſti; ſi modo ea eſt conſolatio, quæ triſtior eſt threnis Simonidis. Hæc eſt vera hujus poemarii difficultatum explicatio. Nam omnis difficultas inde nata, quod, *meos amores* non accipiebant de puero, quem Cornificius mœſtum conſolatus non erat. Idcirco facta erat tranſpoſitio.

Variorum.

Semitarii mœchi.] Pro ſcortatoribus viliſſimis in agrorum ſemitis ſub dio ſcortilla ſubigentibus dicuntur. Contra *devium ſcortum*, non proſtitutum in propatulo omnium libidini, ſed honeſtius, minuſque vulgare ab Horat. ode v. lib. II. dicitur *Turneb.*

Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.) Antiquiores Catulli codices aut hiatū hoc loco oſtendunt, aut ita legunt, *celtiberoſa Celtiberia fili* Sic quoque habent omnia vetuſta Priſciani exemplaria duobus aut tribus locis verba hæc citantis. Ego non dubito quin Catullus ſcripſerit, *Celtis peroſa Celtiberia fili.* Iſ. Voſſius ad Melam. p. 233. Nihil muta. Cuniculoſa dicitur Hiſpania, quod in leporino genere cuniculus olim Hiſpaniæ fuit prope peculiaris. Varro de Re Ruſtica III, 12: *Tertii generis eſt quod in Hiſpania naſcitur ſimile noſtro lepori, ex quadam parte, ſed humile, quem cuniculum appellant.* vid. Ælian. de anim. XIII, 15. Plin. VIII, 55, 58, 29. Strab. XIII. *Bochard.*

Cornifici) Meminit Ovidius *Et par Cornifici, parque Catonis opus.* Fuit æmulus Virgilii in quem ejus hic verſiculus. *Ordea qui dicit, ſupereſt ut tritica dicat.* Auctor Cledonius Grammaticus. Huic cognomen fuit Gallus. Joſ. Scaliger in Euſeb. p. 160.

Quem

Iraſcor tibi. ſic meos amores?
Paulum quid lubet adlocutionis
Mæſtius lacrymis Simonideis.

In Egnatium. XL.

Egnatius, quod candidos habet dentes,
Renidet uſque quaque. ſeu ad rei ventum eſt
Subſellium, cum orator excitat fletum,
Renidet ille: ſeu pii ad rogum fili
Lugetur, orba cum flet unicum mater,
Renidet ille: quidquid eſt, ubicunque eſt,
Quodcumque agit; renidet. hunc habet morbum,
Neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum.
Quare monendus es mihi, bone Egnati,
Si urbanus eſſes aut Sabinus, aut Tiburs,
Aut porcus Umber, aut obeſus Etruſcus,
Aut Lanuvinus ater, atque dentatus,
Aut Tranſpadanus, ut meos quoque attingam,
Aut quilibet, qui puriter lavit dentes,
Tamen renidere uſquequaque te nollem.
Nam RISU inepto res ineptior nulla eſt.

Nunc

J. SCALIGER.

Quum flet unicum mater] Cicero ad Pætum: *Patriam eluxi jam & gravius, quam ulla mater unicum filium.*

Aut parcus Umber) Jam notum ſtudioſis, olim adoleſcentes nos hic *porcus* pro *parcus* legiſſe. Ea emendatio noſtra confirmatur Lexico P. Danielis, cui partle ego vidi in Monaſterio Vindocinenſi. In eo Gloſſario antiquo hic verſus producitur cum interpretamento, *id eſt, graſſus, pinguis.*

Nam riſu inepto) verſus παροιμιώδης Græcorum: γέλως ἄκαιρος δεινὸν ἐν βροτοῖς κακόν.

VARIORUM.

Lavit.) *Lavere*, *vit* pro *lavare*, *vat.* Multa commemorat Nonius hujuſmodi verba. quæ & primi ſunt ordinis & tertii. Ex quo genere ſunt & hæc apud Feſtum minus nota ut. *Deſinare*; ſic enim leg. *fodare*. apud Terent *Comare*. *Pinſere*. Perſ. ſat. 1. *Giſanius.*

Nunc

Nunc Celtiber in Celtiberia terra
Quod quiſque minxit, hoc ſibi ſolet mane
Dentem, atque ruſſam defricare gingivam:
Ut, quo iſte veſter expolitior dens eſt,
Hoc te amplius bibiſſe prædicet loti.

Ad Ravidum. XLI.

Quænam te mala mens, miſelle Ravide,
Agit præcipitem in meos jambos?
Quis Deus tibi non bene advocatus
Vecordem parat excitare rixam?
An ut pervenias in ora vulgi?
Quid vis? qua lubet eſſe notus optas?
Eris: quandoquidem meos amores
Cum longa voluiſti amare pœna.

De

J. SCALIGER.

Nunc Celtiberus) Scriptus liber, & veteres editiones:

Nunc Celtiber ex Celtiberia in terra.

Lege:

Nunc Celtiber in Celtiberia terra.

Nam metaplaſmo iſto uſi ſunt veteres. Horat.

Diſcet Iber, Rhodanique potor.

Lucanus:

--- occurrat Iberus alter:

Silius

Omnis Iber, omnis Latio ſub nomine miles.

Idem:

Omnis Iber, omnis rapidis fera Gallia turmis.

Idem:

--- ceditque loco Libys, & omnis
Late cedit Iber ---

Sic eodem Metaplaſmo dicebant *Illiribus & Megaribus*, ut Plautus.

Atque ruſſam) Olim adoleſcentes *Ruſſam*. ex Apuleio repoſuimus. Hunc autem ſpurcum morem præter Strabonem notat & Diodorus libro quinto. παρ' ἑκάστην σῶμα λούουσιν οὔρῳ, καὶ τοὺς ὀδόντας παρατρίβοντες τούτῳ, ἡγοῦνται θεραπείαν εἶναι σώματος.

Quænam te mala mens) Omnino huic ſimile illud ex epodis Archilochi:

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
τίς σὰς παρήειρε φρένας;

Agit præcipitem) Præcipitem in meos jambos, Lucianus dixiſſet περιπετῆ τοῖς ἰάμβοις. Sic enim, ἐν τῷ περὶ ἀποφράδος. de Archilocho loquens: μηδὲν ὀκνοῦντα ὀνειδίζειν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα λυπήσειν ἔμελλε τοὺς περιπετεῖς ἐσομένους, τῇ χολῇ τῶν ἰάμβων αὐτοῦ.

VARIORUM.

Ruſſam.) Ruſſam & ruſſeum, rubrum dicebant. Gloſſis κόκκινον. Verbum vetus & egregium, ſed pleriſque locis ita male acceptum, ut malæ tractationis in grammaticorum comitio agere jure poſſit. *Giſanius.*

At me

De Acme. XLII.

Acme illa, illa puella defututa.
Tota millia me decem popoſcit:
Iſta turpiculo puella naſo,
Decoctoris amica Formiani.
Propinqui, quibus eſt puella curæ,
Amicos, medicoſque convocate.
Non eſt ſana puella: nec rogate
Qualis ſit. ſolet hæc imaginoſum.

J. SCALIGER.

Ac me illa, illa puella) vetus ſcriptura, *A mean.* Recte. *A* pro *Ah* ſemper in hoc libro exaratum fuit. *Ah me.* οἴμοι. Supra: --- *quod eſurire Ah meme puer, & ſitire diſcit.* At docti viri Acmen Septimii hic imaginati ſunt: & decoctorem Formianum Septimium intelligunt. ἄγαυος τῆς δυσχρίας.

Decoctoris amica Formiani) Mamurræ. Infra: poſtea:

Salve nec nimio puella naſo,
Decoctoris amica Formiani.

Solet hæc imaginoſum) verbo *ſolet*, infinitivum non ſubjungebant veteres Latini. in Epigrammatis:

Conſule Pompejo primum duo, Cinna ſolebant
Mœchi ---

Subaudiendum μοιχεύειν. Plautus Ciſtellaria:

Quæ cum viris ſuis prædicant nos ſolere

Non eſt obſcurum quid ſubaudiatur. Hic *ſolere imaginoſum* eſt, ſolere imaginoſum morbum ægrotare. Imaginoſus morbus eſt φρενῖτις quum φαντάζεται animo occurrunt. De quo ſatis Celſus libro tertio, & Cælius Aurelianus. Alius eſt morbus imaginoſus κορυβαντιασμὸς Græcis dictus, cujus medicini libri mentionem non faciunt. Imagines ſunt ſonores, quales tinnitus, quibus aures noſtræ perſonantur. unde ἦχος Græcorum Latini vertunt imagines. Horatius

--- *cujus recinet jocoſa*
Nomen imago.

Varro de apibus, *ſonorum imagines*, hoc eſt, ἦχος. οἱ κορυβαντιῶντες videbantur ſibi ſemper aures muſica & carminum ſonoribus perſonari. Plato Critone: ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν. Item: ταῦτα, ὦ φίλε ἑταῖρε Κρίτων, εὖ ἴσθι ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν, καὶ ἐν ἐμοὶ ἡ αὕτη ἠχὴ τούτων τῶν λόγων βομβεῖ, καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν. Qui autem hoc morbo laborant, inſomniis & vigiliis vexantur, aut ſaltem patentibus oculis dormiunt. Semper enim illis imaginibus intentum animum habent. Unde eos, qui patentibus oculis dormiunt, Corybantiare dicebant, hoc eſt, κορυβαντιᾶν. Quicunque enim patentibus oculis dormiunt, inrutum ſomnium propter imagines & ſonores habent. quod ſuperſtitioſa vetuſtas a Corybantibus immitti credebat Plinius loquens de oculis animalium: *Dormiunt & quidam patentibus, quos Corybantia regredtunt.* Hæc eſt veterum Plinii manuſcriptorum lectio, ex qua monſtrum ipſis Corybantibus formidoloſius con

Finxit princeps harum literarum Adrian. Turnebus, quum legit, *quos Corybantia regrediuntur*. Putavit noſtræ ætatis doctiſſimus vir poſſe Latine dici: *Medicina ſalutem regreditur agris*: quia ſcilicet apud Ennium legerat *regredi greſſum*: quum ibi ſit eodem modo dictum, quo, currere curſum, ſervitutem ſervire, & ſimilia. Deinde fœdiſſime lapſus eſt, quum putavit a Corybantibus morbum illum ſanari, qui contra a Corybantibus immitti vulgo putabatur. Sed indubitata emendatio eſt: *quos corybantiare credunt*. Qui enim patentibus oculis dormirent, putabantur imaginoſum pati, idque a Corybantibus immitti. Alii ſcripti codices Pliniani habent: *quas Corybantias Græci dicunt*. optime, modo *quos* non *quas* legeris: ut ii homines κορυβαντιῶν dicti fuerint. Nam verum eſt, qui hoc imaginoſo morbo conflictantur, inſomnio, aut ſaltem levi ſomno vexari, neque oculos illis claudi etiam dormientibus. Varro Prometheo:

Leviſomna mens ſonorinas imagines
Adfatur. non umbrantur ſomno pupulæ.

Quibus verſibus quid aptius excogitari potuit ad Plinium explicandum? Nam in illis verſibus ſonorinæ imagines ſunt ἦχοι ἴναυλοι, & manifeſto indicat imaginoſis ſeu κορυβαντιῶσι non umbrari ſomno pupulas, quod de patentibus oculis jam Plinius dixerat. Qui in verbis Varronis legunt, *ſomnormas* a ſomno oſtendant mihi, ubi legerint ſomnorem pro ſomno. Nugæ. Igitur, *Solet imaginoſum*, hoc eſt, κορυβαντιᾷ, niſi mavis, φρενιτιᾷ, interpretatione, quam primo loco poſuimus. Memineris ergo τὸ *ſolet imaginoſum* ſine infinitivo alterius verbi dictum, ut ſupra ex Plauto docuimus

Quæ cum viris ſuis prædicant nos ſolere.

Honeſte enim hæc ſubintelliguntur. Sic apud Euripidem Iphigenia in Aulide. ὡς ἔτυχε Λῆδ' ὄρνιθι πτωμένῳ, ſupple μιγεῖσα. Turnebus legit

— nec rogare
Qualis ſit, ſolet hæc imaginoſum.

& amicus noſter imaginoſum pro ſpeculo ſumit. quod Catulli interpretes omnes jam ante eum fecerant. Fruſtra.

VARIORVM.

Tota millia) Durum *tota millia*; quamvis exponi poſſit, ne nummo quidem minus. Sed malo ita interpingere.

Acme illa; illa puella defututa
Tota, millia me decem popoſcit.

Paſſeratius.

Imaginoſum) Corybantas inter inſaniæ genera ab Aretæo medico vetuſtiſſimo relatos eſſe jamdudum lib. III var. lect. indicavimus, & quamquam credamus, ejuſmodi ægrotem imaginoſum a poeta vocari, quod qui eo teneantur, ſonitus atque cantus audire videantur, ut ex Platone comprobavit Scaliger; attamen minime aſſerendum ab ipſo fuit, medicos hujuſmodi morbum aut ignoraſſe, aut tacuiſſe, cum Galenus lib. περὶ διαφορᾶς συμπτωμάτων, c. III. referat Theophilum quemdam medicum imaginatione ita laboraſſe, ut putaret tibicinas quoſdam in angulo domus aſſiduo ſonare, & pulſare, & propterea illos expelli poſtularet. Catullum autem potius tertium inſaniæ genus a Celſo propoſitum nobis deſignaſſe exiſtimo, de quo is lib. III. c. XVIII. loquens ita ſcribit. Tertium inſaniæ genus eſt ex his longiſſimum, adeo ut vitam ipſam non impediat, quod robuſti corporis eſſe conſuevit. Hujus ipſius ſpecies duæ ſunt: nam quidam imaginibus, non mente falluntur, qualem inſanientem Ajacem vel Oreſtem poëtarum fabulæ ferunt: quidam animo deſipiunt. Nam phrenitim non intelligi a poëta ex eo puto, quod ſemper cum febre ſit, quam eum in muliere alioqui ſana non finxiſſe par eſt. Fallitur in eo quoque Scaliger, quod *Corybantiſmum* putet eſſe morbum a Græcis vocatum ἄγρυπνον κῶμα, quoniam in hoc languentes oculis quidem apertis manent a variis imaginibus occupati; at quod cantus, aut ſonitus ſentiant, a nemine medicorum ſcriptum, a nemine obſervatum eſt, cum hujſcemodi ægri non loquantur. Quapropter miror quoque Plinium, ſi tamen ita ſcripſit. lib. XI. c XXXVII. dixiſſe. oculis apertis dormire, Corybantiam Græcos dicere, cum non ſit quemquam invenire

In quandam. XLIII.

Adeſte hendecaſyllabi, quot eſtis
Omnes undique, quotquot eſtis omnes.
Jocum me putat eſſe mœcha turpis,
Et negat mihi veſtra redditurum
Pugillaria, ſi pati poteſtis.
Perſequamur eam, & reflagitemus.
Quæ ſit, quæritis? illa, quam videtis
Turpe incedere, mimice, ac moleſte,
Ridentem catuli ore Gallicani.
Circumſiſtite eam, & reflagitate.
Mœcha putida redde codicillos,
Reddeputida mœcha codicillos.
Non aſſis facis o lutum, lupanar,
Aut

apud Præcos hujuſce ſententiæ auctoré, neque morbo ulli adaptari poſſit, quod Plinius aliquibus hominibus ſanis quaſi ex natura contingere narrat. *Mercurial.*

J. SCALIGER.

Et negat mihi veſtra redditurum) Puto Catullum ſcripſiſſe, *reddituram*. vide ſupra: *vovit datura.* Quanquam vulgatam lectionem ſcimus probam eſſe.

Turpe incedere) Jamdudum docti viri hic *mimice* legunt. Quod valde placet. Sic Seneca libro ſeptimo Declamationum: *Nihil eſt tam mimicum, quam manifeſta præparatio.* Ego admodum adoleſcens legebam, *ritmice*. ita enim ſcribebant pro *rithmice*. Et fortaſſe non omnino male conjiciebam. Sic Petronius: *Quo inceſſus tute compoſitus, & ne veſtigia quidem extra menſuram aberrantia, niſi quod formam proſtituis, ut vendas?* Illa vero:

Quod ſi nil aliud poteſt, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore,
Conclamate iterum altiore voce.

Illa, inquam, hoc ſignificant: Quod ſi nil aliud poteſt efficere, ut exprimamus ruborem. & ita, uti diſtinximus, legendum. Subauditur enim UT. Sic in illis: *Utor tam bene, quam mihi pararim.* ſubauditur, *ſi.* quam ſi mihi pararim.

VARIORUM.

Si pati poteſtis] Lego & diſtinguo ex conjectura: *ſic pati poteſtis? Meleager.*

Illa quam videtis &c.] Nihili iſta eſt diſtinctio, & mirum adeo doctos viros nihil hactenus mutaſſe. Haud dubie vero ſic diſtinguendum:

--- illa, quam videtis
Turpe incedere, mimice ac moleſte
Ridentem Catuli ore Gallicani.

ita ut τὸ *mimice ac moleſte* referatur non ad inceſſum, ſed ad riſum. *Meleager.*

Mimice.] Nihil eſt id quidem, atque adeo plane mimicum. Nam *Myrmice* rectum eſt & ſanum. utq; Plautus *Formicinum gradum* vocat, ſic hoc loco, *Myrmice incedere*, nil eſt aliud, quam vix pedem pedi præferre, & moleſte ambulare *Douſa. P.* Nihil poterat fingi abſurdius. Apage iſtud *myrmice*, Græcis Latiniſque ridendum, ac retine cum doctis illud. *mimice.*

Ridentem catuli, &c.) Eſt turpiter ac late inter ridendum os diducere, ut patulus erat oris rictus canibus Gallicis venaticis. *Turneb.*

Salve

Aut ſi perditius poteſt quid eſſe.
Sed non eſt tamen hoc ſatis putandum.
Quod ſi non aliud poteſt, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore.
Conclamate iterum altiore voce,
Mœcha putida redde codicillos,
Redde putida mœcha codicillos.
Sed nil proficimus: nihil movetur.
Mutanda eſt ratio, modusque vobis,
Si quid proficere amplius poteſtis.
Pudica, & proba redde codicillos.

In Acmen. XLIIII.

Salve, nec minimo puella naſo,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore ſicco,
Nec ſane nimis elegante lingua,
Decoctoris amica Formiani.
Ten' provincia narrat eſſe bellam?
Tecum Lesbia noſtra comparatur?
O ſæclum inſipiens, & inficetum!

Ad

J. SCALIGER.

Salve nec minimo] Noſter liber melius, meo judicio, *Salve nec nimio.* Indicat enim pene nullum naſum habuiſſe. Propterea alibi dixit eſſe turpiculo naſo. Neque enim de immani naſo turpiculum dixiſſet.

Ten provincia) PROVINCIA, hoc eſt, Provincia Gallia, cujus pars Tranſpadana, in qua & amica Mamurræ & Catullus, quum hæc ſcriberet, erant. Ibi enim Mamurra præfectus fabrorum Cæſaris erat. quod ſupra ex Plinio attigimus.

VARIORUM.

Ferreo ore.) duro, ut impudentem Veteres dicebant. Terent. Eunucho. Ovid. *Plus iſto duri ſi precer oris ero.* Livin.

Ad Fundum. XLV.

O Funde noſter, ſeu Sabine, ſeu Tiburs,
Nam te eſſe Tiburtem autumant quibus non eſt
Cordi Catullum lædere: at quibus cordi eſt,
Quovis Sabinum pignore eſſe contendunt.
Sed ſeu Sabine, ſive verius Tiburs,
Fui libenter in tua ſuburbana
Villa, malamque pectore expuli tuſſim:
Nom immerenti quam mihi meus venter,
Dum ſumptuoſas appeto, dedit, cenas.
Nam Sextianus dum volo eſſe conviva,
Orationem in Attium petitorem
Plenam veneni & peſtilentiæ legit.
Hic me gravedo frigida & frequens tuſſis
Quaſſavit, uſquedum in tuum ſinum fugi,
Et me recuravi ocimoque, urtica.

Quare

J. SCALIGER.

Malamque pectore expuli tuſſim] Recte docti homines, quicunque illi fuerunt, divinarunt ex illis corruptis, quæ extant in manuſcriptis

--- *aliamque petere expulſus ſum.*

Mallem tamen *expui tuſſim.* neque aliter ſcripſit Catul Terentius Eunncho: *Quaſi ubi illam expueres miſeriam ex animo.* Illud autem *petere*, præfert antiquitatem & bonitatem libri. Nam *pectere* pro *pectore* antiquo more ſcriptum erat, ut alibi *fulgeret* pro *fulgaret.*

Non immerenti] Jam ante quadraginta annos plus minus; docti viri veram lectionem eruerunt, *quam mihi meus venter.*

Et me recuravi] Noli dubitare quin Catullus ſcripſerit, *& me procuravi.* Primam enim corripit. Tibullus· *ipſe procuravi, ne poſſent ſæva nocere Somnia* - Attius Annalibus: *Excercent epulas læti famuloſque procurat. Quiſque ſuos* -- quod qui dubitabant, locum corruperunt. Plautus dixit *ſe in lecto procurare.* Pro *ocimo* vetus ſcriptura babet *otio.* quod negligendum non eſt. quanquam *ocimo*, quod repoſuerunt docti viri, non diſplicet.

VARIORUM.

Seu Sabine ſeu Tiburs.) Auctor vitæ Horatii: *Vixit plurimum in ſeceſſu ruris Sabini aut Tiburtini*: Non quod duo prædia habuerit; ſed quod id prædium in confinio agri Tiburtini & Sabinorum ſitum eſſet, ut dubium foret ad quam regionem pertineret Sic Horat. lib. II. Sat. I. anceps eſſe ſcribit ſ num Appulus, an Lucanus ipſe ſit. nimirum quod Vennſia, cum in finibus utriusque regionis ſita eſſet, an ad Lucanos, an ad Appulos pertineret, incertum foret. *Rutgerſius.*

Hoc

Quare refectus maximas tibi grates
Ago, meum quod non es ulta peccatum.
Nec jam recuſo, ſi nefaria ſcripta
Sexti recepſo, quin gravedinem, & tuſſim,
Non mi, ſed ipſi Sextio ferat frigus:
Qui tunc vocat me, cum malum legit librum.

De Acme, & Septimio. XLVI.

Acmen Septimius, ſuos amores,
Tenens in gremio, mea inquit, Acme,
Ni te perdite amo, atque amare porro
Omnes ſum aſſidue paratus annos,
Quantum qui pote plurimum perire,
Solus in Libya, Indiave toſta,
Cæſio veniam obvius leoni.
Hoc ut dixit, Amor ſiniſtra, ut ante
Dextra, ſternuit adprobatione.

At

J. SCALIGER.

Hoc ut dixit, amor ſiniſtra, ut ante) Locus corruptus ex eodem verſu qui infra legitur. Nam jam primum *amor dextram ſternuit approbationem.* quomodo ergo convenient illa verba VT ANTE? Fortaſſe:

Hoc ut dixit, Amor ſiniſtra inante,
Dextram ſternuit adprobationem.

Inante ἔμπροσθεν apud Propert. Hæc lectio videtur vera At infra poſt Acmen, recte ponitur, VT ANTE: quia jam ſemel Septimio hoc factum eſt. Quare merito illum locum corruptum putamus. *Dextram adprobationem* legendum præter veteris ſcripturæ auctoritatem probat & Latinitatis ratio. Propertius:

Aridus argutum ſternuit omen amor.

VARIORUM.

Caſio veniam obvius leoni) *Caſium* hic pro glauco accipi, & cur cæſium fulgorem leoni tribuerit Catullus docte explicat Julius Scaliger in Exoteric. Exercit. CCCXXV. Sect. XV. Ubi quod idem ſcribit & colore & ſævitia ſimiles eſſe παρδάλεις, confirmari poteſt Simonidis verſibus apud Galenum περὶ ἄρθρων, Douſa F.

Amor ſiniſtra, ut ante.) Recte notat Scaliger iſta verba, *ut ante*, hic locum non habere, quoniam hoc primum eſt ſternutamentum neque aliud præceſſit. Emendo itaque *amanti.* Librarii in ſequentibus iteratis verſibus legerant: *Amor ſiniſtra, ut ante.* ideoque ad eandem faciem hunc verſum reformandum ſtatuerunt, & ex *amanti* fecerunt *ut ante. Meleager.*

At Acme leviter caput reflectens,
Et dulcis pueri ebrios ocellos,
Illo purpureo ore ſuaviata,
Sic, inquit, mea vita Septimille,
Huic uni domino usque ſerviamus,
Ut multo mihi major, acriorque
Ignis mollibus ardet in medullis.
Hoc ut dixit, Amor ſiniſtra, ut ante
Dextra, ſternuit adprobatione.
Nunc ab auſpicio bono profecti,
Mutuis animis amant, amantur.
Unam Septimius miſellus Acmen
Mavult, quam Syrias, Britanniasque:

Uno

J. SCALIGER.

Huic uni domino) vetus ſcriptura *uno* ὀρχοίκως..

Mavolt, quam Syrias Britanniasque] Solenne Romanorum provincias numero plurali enunciare. Propertius: *Dic alias iterum naviget Illyrias*. Sed & Græcis aliquando Homerus: ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχομαι εὐρειάων. Has vero blanditias, quibus nihil elegantius fingi poteſt, a poëta *εἰρωνικῶς* referri, unde colligat, & qua via nobis perſuadere poſſit vir diſertiſſimus, equidem nullus video. Ut enim ab amantibus dicta, hoc eſt, ſincere & ex animo, ita bona fide a poëta relata minime dubito, Nos vero totum hoc amatorium argumentum olim ab Hendecaſyllabis blanditiarum præconibus, ad elegos amorum miniſtros tranſtulimus, Siquis tanti facit, ut legere non dedignetur, neque nobis grave erit communicare.

Acmen Septimius teneros complexus amores
O Acme mea lux delitiumque meum,
Ni miſere te, dixit, amo, ni perdite amare
Diſcupio vitæ tempus in omne meæ,
Quantū qui potis eſt capitis diſcrimē adire
Plurimum, & immanem perniciē oppetere,
Solus apud Libyas vel toſtos æſtibus Indos
Occurram fulvis obvia præda feris.
Hæc effatus ubi, læva de parte ſecundis
Alitibus dextrum ſternuit omen Amor.
Aſt Acme reſupina caput, puerīq; laceſſens
Ebria purpureis lumina ſuaviolis,
Sic, inquit, mea vita, meus lepor, huic Domino uni,
Huic devoti omni tempore ſimus, ait,
Ut mihi vividior molle eſt flā̄ma in medullas,
Acrior & miſtogiſcit amore furor.
Hoc poſtquam effata eſt, læva de parte ſecundis
Alitibus dextrum ſternuit omen Amor,
Nunc bono ab auſpicio, fauſtis avibusque profecti
Mentibus unanimis mutua amantur, amant.
Unam Septimius nunc mavult ſaucius Acmen,
Quam Syrias, aut quæ regna Britannus habet.
Uno in Septimio totis nunc ſenſibus Acme
Perdita conſpirat, delitiasque facit.
Quis par candidius tenerorum vidit amantum?
Aut fuit auſpicio quæ melior Venus?

VARIORUM.

At Acme.] Leg. Laurçab. *Ad Acme leviter*

Uno in Septimio fidelis Acme
Facit delicias, libidineſque.
Quis ullos homines beatiores
Vidit? quis Venerem auſpicatiorem?

Ad ſeipſum de adventu Veris. XLVII.

Jam ver egelidos refert tepores,
Jam cæli furor æquinoctialis
Jucundis Zephyri ſileſcit auris.
Linquantur Phrygii, Catulle, campi,
Nicææque ager uber æſtuoſæ,
Ad claras Aſiæ volemus urbes.
Jam mens prætrepidans avet vagari:
Jam læti ſtudio pedes vigeſcunt.
O dulces comitum valete cœtus,
Longe quos ſimul a domo profectos,
Diverſos variæ viæ reportant.

Ad

viter caput. pro *At.* ut apud Salluſt. orat. Cottæ Cos. *Ad contra in his miſeriis cuncta me cum fortuna deſeruere.* Sic contra *at* pro *ad*. Cic. lib. 11. ep. ad Saluſt. *Ac quem intelligebat ejus belli periculum ſpectare.* Lucret. lib. V *At ſedare ſitim fluvii fonteſque vocabant,* id eſt, ad ſedandum

J. SCALIGER.

Jam ver egelidos) Catullus decedens provincia Bithynia, fratre ejus languorem nacto, coactus eſt in Troade ſubſiſtere: ubi fratrem ex morbo amiſit, eumque ibi tumulavit. Poſt exequias fratris vere novo ſolvens hoc epigramma compoſuit. In Bithynia vult hoc carmen ſcriptum vir eloquentiſſimus. A quo diſſentimus. Illene exequias fratris? Ridiculum.

Ad claras Aſiæ volemus urbes) claræ urbes Aſiæ ſunt quatuor illæ præcipuæ, quas propterea a numero quadrigam Aſiæ vocat Propertius: Epheſus, Smyrna, Colophon, Miletus. Imo ſi credas Mimnermo, ne Miletus quidem eſt in Aſia, ſed ab Ionia ad Bithyniam, in qua erat Catullus, recte dicebatur Aſia. Ejus verſus hi ſunt:

ἡμεῖς δ' αἰπύπυλον νηλήϊον ἄςυ λιπόντες
ἱμερτὴν ἀσίην νηυσὶν ἀφικόμεθα
ἐς δ' ἄρα τὴν κολοφῶνα βίην ὑπέροπλον ἔχοντες
ἑζόμεθ', ἀργαλέης ὕβριος ἡγεμόνες.
κεῖθεν δ' ἀςύεντος ἀπορνύμενοι ποταμοῖο
θεῶν βουλῇ σμύρνην εἵλομεν αἰολίδα.

Sic Libyam Latine Africam vocamus: quum vera Africa ſit, in qua Carthago, non in qua Numidia & Mauritania.

Ad Porcium & Socrationem. XLVIII.

Porci & Socration, duæ ſiniſtræ
Piſonis ſcabies, fameſque Memmi,
Vos Veraniolo meo, & Fabullo
Verpus præpoſuit Priapus ille?
Vos convivia lauta ſumptuoſe
De die facitis, mei ſodales
Quærunt in triviis vocationes?

Ad Juventium. XLIX.

Mellitos oculos tuos, Juventi,
Si quis me ſinat uſque baſiare,
Uſque ad millia baſiem trecenta:
Nec umquam ſaturum inde cor futurum eſt,
Non ſi denſior aridis ariſtis
Sit noſtræ ſeges oſculationis.

J. SCALIGER.

Fameſque Memmi) ita liber noſter. Sed mendoſe. Quare viderint docti. Alii *Mandi.* alii *Mundi.* Omnino aliquod mendum latet.

VARIORUM.

Porci & Socration.) interpungendum puto:

Porci, & Socration, duæ ſiniſtræ
Piſonis, ſcabies fameſque Memmi.

Significat enim eorum opera furari & compilare ſocios ſolitum eſſe Piſonem. Lævam eſſe furtificam notum ex Plauto, & Catullo ipſo. *Paſſeratius.*

Diſtinxeram: *Porci & Socratio duæ ſiniſtræ Piſonis, ſcabies* &c. *duas* autem *ſiniſtras Piſonis* vocat, quod ei operam navarent. Siniſtram enim furtis aptam eſſe, patet ex Catullo. *Manu ſiniſtra non belle uteris.* h. e. furaris *Meleager*

Scabies fameſque Memmi) Indicat Scaliger ſub *Memmi* cubare mendum: id & ego ſentio, MSS. præſertim vel *mendi*, vel *myndi*, vel *mandi* ſuggerentibus. Simplicius legendum puto. *Scabies fameſque mundi*, quaſi dicas *Scabioſiſſimi & jejunioſiſſimi in mundo.* Meleager.

De die facitis.) *De die fieri* convivia dicebantur, quæ de meridie fiebant. tunc enim dies κατ᾽ ἐξοχὴν ſumitur pro meridie. Ut *de mane* aliquid fieri dicebant, quod mane fiebat ſic *de die*, quod meridie. hinc Ciceronis dictum in homines gulæ & ventri deditos, *de die*, & *in diem eos vivere.* Corrigendus in hac re & loquutione ſic Livius lib. XXV. *Inde ubi id temporis viſum, quo de die epulatis vini ſatias, principiumque ſomni eſſet.* Hora quinta vel ſexta epulari hoc *de die epulari* vocabant, & convivia illud horæ agitata, *tempeſtiva* dicebantur. a medio die ad mediam noctem trahebantur, *Salmaſ,*

Ad Marcum Tullium. L.

Diſertiſſime Romuli nepotum,
Quot ſunt, quotque fuere, Marce Tulli,
Quotque poſt aliis erunt in annis,
Gratias tibi maximas Catullus
Agit, peſſimus omnium poëta:
Tanto peſſimus omnium poëta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

Ad Licinium. LI.

Heſterno, Licini, die otioſi
Multum luſimus in meis tabellis,
Ut convenerat eſſe delicatos,
Scribens verſiculos uterque noſtrum,
Ludebat numero modo hoc, modo illoc,
Reddens mutua per jocum, atque vinum.
Atque illinc abii tuo lepore
Incenſus, Licini, facetiiſque,
Ut nec me miſerum cibus juvaret,
Nec ſomnus tegeret quiete ocellos,
Sed toto indomitus furore lecto
Verſarer, cupiens videre lucem,
Ut tecum loquerer, ſimulque ut eſſem.
At defeſſa labore membra poſtquam

Semi-

J. SCALIGER.

Vt convenerat eſſe delicatos) Cave τὸ *Eſſe* ab *Edo* derivandum putes. Nam qui condicebant operam ad cœnam, ita dicebant: una erimus hodie. Juvenalis:

Tertia ne vacuo ceſſaret culcita lecto, Una ſimus, ait --- Terentius: *Dionyſia hic ſunt. hodie apud me ſis volo.* Id eſt, apud me cœnes. Poſt: *Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum eſſet hodie amplius.* id eſt, ampliore cœna exciperetur. τὸ *ut* autẽ eſt τοπικῶς dictum, ubi. Cicero in Arateis: -- *ut prius illa chela* -- Aratus: ἠχί περ ἀκρῃσι χηλῇσι. --

Semimortua lectulo jacebant,
Hoc jucunde tibi poëma feci,
Ex quo perſpiceres meum dolorem.
Nunc audax cave ſis, precéſque noſtras,
Oramus, cave deſpuas ocello,
Ne pœnas Nemeſis repoſcat a te,
Eſt vehemens Dea: lædere hanc caveto.

Ad Lesbiam. LII.

Ille mi par eſſe Deo videtur,
Ille, ſi fas eſt, ſuperare divos,
Qui ſedens adverſus identidem te
Spectat, & audit
Dulce ridentem, miſero quod omnes
Eripit ſenſus mihi. nam, ſimul te
Lesbia aſpexi, nihil eſt ſuper mi
* * *
Lingua ſed torpet, tenues ſub artus
Flamma dimanat, ſonitu ſuopte

Tintinant

J. SCALIGER.

Nunc audax cave ſis) Præcipit μὴ μέγα φρονεῖν. Ne ſcilicet νεμεσητόν τι τύχῃ. Hoc eſt enim, *Ne pœnas Nemeſis repoſcat a te.* Sic Græci quum aliquem ſupra modum felicem laudarent, ita dicebant, εὐτυχεῖς· φθόνος δ' ἀπέστω. Itaque plus eſt arguti ſenſus in hoc Epigrammate, quam primo limine quis inſpicere poſſit.

Deſpuas ocello) Noſter ſcriptus *ocello*.

VARIORUM.

Ille mi.] Elegantiſſimum carmen ad Lesbiam eſt, in qua Sapphus ſuaviſſimam oden expreſſit Veronenſis Poëta, quæ comparare invicem ac contendere operæ pretium eſt. Nam & ſecundum verſum totum adjecit de ſuo, & in tertio detraxit illud ἀδὺ φωνείσας, cujus loco poſuit *ſpectat*, quod in Græco non eſt. In nono autem ac ſequentibus ſententiæ ordinem invertit plane ut non tam Latinam eam reddere, quam certare cum ea voluiſſe videatur. *Douſa F.*

Tinniunt

Tintinant aures, gemina teguntur
Lumina nocte.
Otium, Catulle, tibi moleſtum eſt:
Otio exultas, nimiumque geſtis.
Otium & reges ſimul & beatas
Perdidit urbes.

Ad Seipſum de Struma & Vatinio. LIII.

Quid eſt, Catulle, quid moraris amori?
Sella in curuli Struma Nonius ſedet:
Per conſulatum pejerat Vatinius.
Quid eſt, Catulle, quid moraris amori?

In quondam, & Calvum. 54.

Riſi neſcio quem modo in corona,
Qui, quum mirifice Vatiniana

Admirans

J. SCALIGER.

Tinniunt aures) Recte liber ſcriptus, *Tintinant aures.* Afranius: *Oſtiarii impedimenta tintinare audio.* Nævius *Tantum ubi molle crepitum facient, tintinabunt compedes.* Inde Tintinabulum.

Struma Nonius) Victorino citatur non ſemel

Scrofa Nonius.

At eſt *ὠνομαστικὸν ἀμάρτημα*. Sed & Boëtius hallucinatur, qui Strumam non cognomen Nonii putat, ſed convicium. Verba ejus ex proſa IIII libri III. de Conſol. Philoſophiæ: *Unde Catullus licet in curuli ſedentem Nonium Strumam vocat* Cicero ad Atticum libro VII. *Deinde Vatini Strumam ſacerdotii dibapho veſtiant.* Videtur eodem anno Conſul deſignatus & Nonius Struma Prætor fuiſſe. Cicero in Vatiniana corrigendus: *Si Strumæ denique ab ore improbo demigrarant.* Lege: *Si Strumæ denique ebore improbo. d.* id eſt, ſella curuli. Plinius XXXVII. cap. VI. *Siquidem exſtat hodieque hujus generis gemma, propter quam ab Antonio proſcriptus Nonius Senator eſt, filius Strumæ Nonii ejus, quem Catullus poëta in ſella curuli viſum indigne tulit.*

VARIORUM.

In corona) Papir. Palat. habet *& corona* Comel. liber *e corona*, recte hoc poſterius. *Homo* enim *neſcio quis e corona* dicitur ut *puer e triviis* apud Tibul. ὀτυχαῖν. *Meleager.*

Admirans ait hæc, manuſque tollens,
Di magni ſalaputium diſertum.

Othonis

J. SCALIGER.

Di Magni ſalaputium) Hæc eſt omnium antiquitus excuſorum lectio. item noſter ita habet. denique Senecæ exemplar non aliter clamat. olim quid eſſet explicavimus. Nutrices pueros ita ſolent appellare. Feſtiviſſima concluſio hujus epigrammatis tota verſatur in ea voce. Nam quum eſſet Calvus ſtaturæ perexiguæ, ut teſtatur etiam Seneca, ille de corona, qui admiratus eſt Calvum recitantem, revera ac ſerio putavit Calvum eſſe puerum, non virum. Itaque erupit in exclamationem, in quam ſolebant nutrices, quum plauſu pueros exciperent, o feſtiviſſimum, o lepidiſſimum ſalaputium. Itaque feſtivius, quam argutius eſt epigramma. Quantum autem iſte locus Grammaticorum vulgus torſerit notius eſt, quam ut a me repetatur. Tantum hac in re, ubi multum ſibi placere videntur, nobis ferendi non ſunt. Calvum vero exiguum fuiſſe præter Senecam teſtatur & Ovidius.

Par fuit exigui, ſimilisque licentia Calvi.

Propterea ſalaputium, ut dixi, vocat. Græce, ut alibi docemus, πόσθων idem, quod Latine Salaputium. Idem erat & Pipinna, apud Martialem. Non audiendus ſummus vir Adr. Turnebus cum ſuo Calabotio, quod hic nobis ſupponit.

VARIORUM.

Di magni ſalaputium diſertum) In loco Catulli emendando, Salmaſ. nihilomagis eſt felix quam Scaliger. Ait nãque, nullo tamen autore fretus, *σαλοπύγιον* vocari motacillã *ἀπὸ τοῦ σαλεύειν τὴν πυγήν.* Addit dein Catullum ſic appellaſſe Calvum hominem puſillum & aſſidue ſubſultantem & fringutientem. Sed ſane Calvus iſte ſi omnium Romanorum cum Cicerone diſertiſſimus fuerit, nõ tam ridiculus fuit orator. Parum præterea urbanus & officioſus erga amicum ſuum fuiſſet Catullus, ſi tam obſceno vocabulo ipſum pupugiſſet. Miſeret me non Turnebi tantum ut inquit Scaliger, ſed ipſius Scaligeri & Salmaſii quod tales nugas produxerint, cum veram lectionem & jam ab aliis approbatam, ob oculos habuerint. *Di magni, Salicippium diſertum.* Quid urbanius hoc dicto Catullo, quodque ne vel ipſe Calvus male interpretari potuerit? Ipſe ſiquidem cum cippum aſcendit ut conſtat ex Seneca, non inficiatus eſt ſtaturam ſuam. Hoc Latinum vocabulum, dignum populo Romano, ac ſenſui Senecæ conveniens Sed & antiquiſſimi codices hanc lectionem confirmant. *Salii putum* habent veteres membranæ Senecæ. At vero optimus Catulli codex, qui olim fuit Commelini, maniteſte hoc loco legit *ſalpitcium. Iſ Voſſius in Melam. pag.* 215. *Salicipium diſertum*, veram eſſe iſtius loci lectionem ex Senecæ ſuaſoriis patet, quidquid alii diſſentiant. Heinſius ad Ovid. Heroid. Epiſt. 18. v. 102.

Othonis

* * * LV.

Othonis caput oppido eſt puſillum.
Heri ruſtici ſemilauta crura

Subtile,

J. S C A L I G E R.

Othonis caput] Hic incipit Epigramma uſque ad illud: ad Camerium. *Oramus, ſi forte non moleſtum eſt.* Eſt autem ſcriptum in quoſdam ex decuria ſcribarum Cæſaris. poſtremo in ipſum Cæſarem invehitur. Quod Epigramma præter paucas maculas, quibus oblitum eſt, tantum abeſt, ut mutilum, aut ex diverſis poëmatiis diſtractum ſit, ut etiam non putem ullum ſtomachoſius, aut virulentius in toto Catullo extare. Videtur enim poëta ab officio Cæſaris læſus in Transpadana regione, ubi tum ipſe, & Mamurra erant, hæc ſcripſiſſe. Igitur totum adponam epigramma, ut & legendum & coniungendum cenſeo:

Othonis caput oppido puſillum
Peri, ruſtice. ſemilauta crura,
Subtile, & leve peditum Libonis:
Si non omnia diſplicere vellem
Tibi, & Fuffitio ſeni recocto.
Iraſcere iterum meis Jambis
Immerentibus, unice Imperator.

Nunc omnia ſingillatim explicanda.

Othonis caput) Sic in Proluſionibus Virgilianis:

Superbe Noctuine putidum caput.

Licinius Calvus:

Sardi Tigelli putidum caput venit.

Peri ruſtice) Ita minima licentia legimus, quum antea legeretur *Heri.* Nos *Peri* ſcribimus. Idque plane Græcorum ἔῤῥε, & φθεῖρε exprimit. Plautus Menæchmis *Seu tu Cylindrus ſeu Coriendrus, periisti*, id eſt, ἔῤῥοις. Eſt autem poſt *ruſtice* τελεία στιγμή. Nam *ruſtice*, non *ruſtica* legendum & ſcripti libri, & antiquæ editiones probant.

Semilauta crura] Hæc omnia ad Libonem, in quem poſt Othonem invehitur, manifeſto referuntur. Hæc autem κατὰ τὸ σημαινόμενον intelligenda ſunt. quod revera & imbalnitie, ut Lucillius loquitur, ſqualleret, & laboraret eo morbo. qui ridiculoſior, quam periculoſior eſt. Notum quid ſit peditus. Morbum vocavi, quia quibuſdam invitis id excidit. Exemplo erit Claudius Cæſar, qui eo laborabat. Gloſſæ, *Peditus, Peditum* πορδή. Duo recte exprimunt Græci πορδὴν, ſi cum ſonitu: βδεσμὸν, ſi nares potius, quam aures feriat. Videtur lingua Latina hoc carere. ſed non ita eſt. In Gloſſariis enim βδέσμα ſeu βδεσμὸς dicitur *Viſium*, βδεῖν, *Viſire.* Quod hodie & Italorum, & Gallorum idiotiſmus retinet. Sed non credes fortaſſe illi Gloſſario. Utinam meliores nunquam Grammaticos haberemus, modo omnium pædagogulorum barbariem a nobis amoliri liceret. Sed age alium ἐγχυητικὸν tibi dabo. Cicero Pæto: *Quid enim? num honeſtum verbum diviſio? At ineſt obſcœnum, cui reſpondet intercapedo.* Cedo ſis mihi unum ex iſtis Ciceronianis, qui nihil obſcurum in Cicerone eſſe dicunt. Profecto hic hæreat neceſſe eſt. Sed luce clarius eſt ex animadverſione noſtra in verbo *Diviſio* eſſe obſcœnum. Nam in eo τὸ *Viſio* eſt βδέω. ſicut in verbo *intercapedo*, τὸ *pedo* non ſine flagitio eſt. Eſt enim πέρδω. Dices: non multum referre utrum hæc quis ſciat; an neſciat. Si ita vis, age pergamus ad reliqua. verbum non amplius addam.

V A R I O R U M.

Heri ruſtica ſemilauta crura, Scribendum reor. Quod ſi quid hic mutandum eſſet, legerem, *heri ruſtica & armilauſa curta.* Sic brevis veſtis quædam ab Iſidoro explicatur & a Paulino uſurpatur. *Turn.*

Peditum]

Subtile, & leve peditum Libonis:
Sed non omnia diſplicere vellem
Tibi, & Fuffecio ſeni recocto.
Iraſcere iterum meis jambis
Immerentibus unice Imperator.

Ad Camerium. LVI.

Oramus, ſi forte non moleſtum eſt,
Demonſtres, ubi ſint tuæ tenebræ.

Te

J. SCALIGER.

Peditum) Satis ſupra de hoc. Græci vocant etiam μαλαισμὸν verbo non tam flagitioſo ac πορδή. Herodotus· ἄρας τὸ σκέλος ἀπεματάισε. Athenæus lib. III Γλυκυσίδην τινὰ καλεῖσθαί φησι σύκου τὴν μορφὴν μάλιστα ἐοικυῖαν. φυλάττεσθαι δὲ τὰς γυναῖκας. ἐσθίειν διὰ τὸ ποιεῖν μαλαισμούς.

Si non omnia diſplicere) Subintelligendum eſt: Diſpeream. Hęc autem nonnullæ editiones & ſcripti libri improbe a ſuperioribus disjunxerant. ergo his verbis non minus Liboni, quam ſuperioribus Othoni imprecatur.

Tibi & Suffetio) Scripta lectio, *Suffetio* propius accedit ad germanam lectionem. Legendum enim *Fuſſitio* ex Dione, ubi eſt Φυφίτιος.

Seni Recocto) Gloſſarium interpretatur ἄπεφθον γέροντα quum hunc locum in animo haberet. Sed fallitur, meo judicio, quanquam illum Grammaticum ſequutus ſit Turnebus, ut in aliis. Intelligit enim non recoctum ſenem, ſed recoctum ſcribam. Horatius:

--- *ſæpe recoctus*
Scriba ex quinqueviro corvum deluſit hiantem.

Ibi Helenius Acro· *Recocti dicuntur Scribæ, qui ſæpius cum proconſulibus ad provincias miſſi, exercitatiores facti ſunt uſu ipſo & frequentia. Solent autem mitti quinqueviri: qui quum rediiſſent, vendebant decurias ſuas, & Quinqueviri dicebantur. Quod ſi voluiſſent iterum magiſtratibus appa ere, & fructus priores percipere, Cocti dicebantur. quique ſæpius hoc factitabant, Recocti.* Si quis ſenem recoctum, non ſcribam intelligit, eodem modo dictum putet a Catullo, quo dixit Petronius; *Anus recocta vino Trementibus labellis.*

Iraſcere iterum) Et hæc quoque male a ſuperioribus divulſa erant. Poſtquam ſatis officio Cæſaris imprecatus eſt, nunc ipſi proconſuli comminatur. & jubet illum iterum Jambos ſuos expectare, quibus impetitus iterum ſibi pœnas det. Virulentum, ut dixi, Epigramma eſt, ac ſtomachi plenum. quod nos primi, ſicut multa alia Catulliana, in integrum reſtituimus.

Demonſtres ubi ſint tuæ tenebræ) Repono *Tabernæ* pro *tenebræ* ex antiqua ſcriptura. Jam ſupra attigimus hunc locum, quum tabernas λέσχας Græce dici notavimus, ad quas ſcilicet confabulandi cauſa convenirent, ut Heſiodus etiam docet, quum ait καὶ ἐπαλέα λέσχην. unde λεσχηνευστής. Nam ſane parum putum Syriacum eſt λέσχη, quo uſus eſt Eſdra magnus ille divinæ legis ſcriba. Scripſit enim Babylonica lingua. Ad pilas autem ſitæ erant tabernæ illæ. Horatius:

Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos. Et ſupra:
Salax taberna, voſque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila.

Te qua

Te quæſivimus in minore campo,
Te in circo, te in omnibus tabellis.
Te in templo ſuperi Jovis ſacrato,
In Magni ſimul ambulatione.
Femellas omnes amice prendi,
Quas vultu vidi tamen ſereno,
Has vel te ſic ipſe flagitabam,
Camerium mihi peſſimæ puellæ.
Quædam, inquit, nudum ſinum reducens,
Et hic in roſeis latet papillis,
Sed te quærere jam Herculis labos eſt.

Tanto

J. SCALIGER.

Te quæſivimus in minore campo.) Scribe ex noſtro libro:

Te campo quæſivimus minore.

De induſtria enim captat ſpondeum in ſecunda ſede.

In minore campo) In Cælio. Quũ Campus Martius diluvio Tiberis ſtagnabat, Circenſes fiebant in Cælio. Ovidius:

Cælius accipiet pulverulentus equos.

Te in omnibus tabellis) Palladius primus *labellis* repoſuit, quum in antiquis editionibus, & manuſcriptis legeretur *libellis.* quod rectum erat. *In omnibus libellis*, hoc eſt in tabernis librariis. Eo enim confabulandi gratia honeſtiores perſonæ confluebant, ut in tonſtrinas viliores. Gellius: *Apud Sigillaria forte in libraria ego, & L. Paulus conveneramus.* Dictum autem *in libellis* μετωνυμικῶς pro in librariis tabernis, Attico more, qui ἐν ἰχθύσιν, ἐν λαχάνοις dicebant, pro ἐν ἰχθυοπωλείοις, ἐν λαχανοπωλείοις. At *Labellis*, quod olim repoſuit Palladius, non magis hic convenit, quam labra pro balneis accipere. Labrum enim, aut labellum eſt ποδονιπτῆρ, aut ſaltem ſolium. Gloſſæ, *labrum*, λουτήρ. At λουτὴρ non eſt Balneum.

Avelli ſinite) Ita emendavit Avantius. Noſter liber ſic:

Ah vel te ſic ipſe flagitabam:
Camerium mihi peſſima puella.

Recte. & lepide. ego te illas ſic flagitabam o peſſimæ puellæ Camerium mihi. ἐλλειπτικῶς. hoc eſt reddite. Hæc ſane meliora ſunt, quam illa commentitia. Sed non dubium quin ita legendum:

Quas vultu tamen vidi ſereno
Has vel te ſic ipſe flagitabam.

Duo accuſativi. Plautus:

Quas ſponſiones pronuper tu exactus es.

Sed te quærere jam Herculis labos eſt) Et hæc quoque de correctorum officina. Noſter codex optime:

Sed te jam ferre Herculei labos eſt.

ubi *Herculei* genitivus antiquus, ut apud Ciceronem in epiſtolis probiſſimus, ac doctiſſimus ſenex P. Victorius notavit ſcriptum in veteribus libris, *Themiſtoclei*, *Theophanei*. Sic *Simonidei* apud Auſonium. *Concedat Cei Muſa Simonidei.* Eſt autem proverbialiter dictum. Propertius:

Deinde, ubi pertuleris, quos dicit fama labores Herculis.

Tanto

Tanto ten' faſtu negas amice?
Dic nobis ubi ſis futurus, ede
Audacter, committe, crede luci.
Num te lacteolæ tenent puellæ?
Si linguam clauſo tenes in ore,
Fructus projicies amoris omnis.
Verboſa gaudet Venus loquela.
Vel, ſi vis, licet obſeres palatum,
Dum voſtri ſim particeps amoris.
Non cuſtos ſi fingar ille Cretum,
Non Ladas ſi ego, pennipeſve Perſeus;
Non ſi Pegaſeo ferar volatu,
Non Rheſi niveis, citiſque bigis.
Adde huc plumipedes, volatileſque,
Ventorumque ſimul require curſum,
Quos junctos, Cameri, mihi dicares;
Defeſſus tamen omnibus medullis,
Et multis languoribus pereſus
Eſſem te, mi amice, quæritando.

Ad

J. SCALIGER.

Tanto ten' faſtu] Et hæc quoque peſſime accepta a correctorum temeritate. Legendum enim ex noſtro libro ſine interrogatione:

Tanto te in faſtu negas amice.

Eſt enim ἐπιφώνημα.

Committe. lucet) In Gallicano exemplari puto fuiſſe: *Lucet* antiquo more ſcribendi. Neque dubium, quin ita fuerit. Committere luci eſt in medium proferre, vel, ut veteres loquebantur, propalare.

Sis noſtri quoque particeps) Vetus ſcriptura,

Dum noſtri ſis particeps amoris.

Senſus communis expertem eſſe oportet, cui non pateat legendum,

Dum voſtri ſim particeps amoris.

Nam *voſtri* in *noſtri* mutaverant, qui non meminerant ἀρχαϊκὸν eſſe characterem hujus auctoris.

Non cuſtos] Quædam editiones hunc verſiculum cum illis novem ſequentibus conjungunt cum ſuperiore verſiculo, quod non diſplicet. alii medium Epigramma his inſititiis diffindunt, ut Aldus. Noſter liber diverſum Epigramma facit, & alio loco ponit.

VARIORUM.

Non cuſtos ſi fingar ille Cretum.] Ærei gigantis, qui ſingulis diebus totam circumibat Cretam, quemque veneficiis ſuis ſuſtulit Medea, meminere complures. Hiſtoriam fuſe deſcribit Apollonius in Argonauticis. Catullus vocat hunc *cuſtodem Cretum*, quod perperam de Dædalo interpretati ſunt omnes hactenus interpretes. *Iſ. Voſſius in Melam pag.* 213.

Orem

Ad Catonem. LVII.

O rem ridiculam, Cato, & jocoſam,
Dignamque auribus, & tuo cachinno.
Ride, quidquid amas, Cato Catullum,
Res eſt ridicula, & nimis jocoſa.
Deprendi modo pupulum puellæ
Truſantem: hunc ego, ſi placet Dionæ,
Pro telo rigida mea cecidi.

In Mamurram & Cæſarem. LVIII.

Pulchre convenit improbis cinædis
Mamurræ pathicoque, Cæſarique.
Nec mirum: maculæ pares utriſque,
Urbana altera, & illa Formiana,
Impreſſæ reſident, nec eluentur.
Morboſi pariter, gemelli utrique,
Uno in lectulo erudituli ambo.
Non hic, quam ille, magis vorax adulter,
Rivales ſocii & puellularum:
Pulchre convenit improbis cinædis.

Ad

J. SCALIGER.

Orem ridiculam Cato) Cato iſte autor Dirarum, ut ſuo loco oſtendimus. De quo Ovidius:

Et par Cornifici, parque Catonis opus.

Et Suetonius in libro de claris Grammaticis, quod non admonuiſſem, niſi error diſerti viri aurem mihi velleret.

Dignamque auribus, & tuo cachinno) Profecto legendum eſt:

Dignam naribus, & tuo cachinno.

ut Satyricus

--- *rides, ais, & nimis uncis*
Naribus indulges --- &
--- *naſo ſuſpendere adunco.*

Sic apud Tibullum viciſſim naribus pro auribus mutatum erat. *Oſcula comprenſis naribus eripies.* Legendum enim *auribus.*

Pro telo] *Protelo* conjunctim legendum. Protelo eſt quod Juriſconſultus dicit, *in continenti*. De hoc ſatis in Varronis libros rerum ruſticarum diximus.

Rivales, ſocii &) Lego *Rivales ſociei puellularum.* Scriptum *ſociei*, antiquitus, pro *ſocii*, ut *Lucei*, pro *luci* ſupra Rivales ſocii, ut diſtinguantur a Rivalibus æmulis.

VARIORUM

Gemelli.) Latine *gemellum* pro *ſimili* recte dixeris. Horatius Sat. 3. lib. 2.

-- *par nobile fratrum*
Nequitia, & nugis, pravorũ & amore gemellum.

Et Epiſt. 10. lib. 1.

-- *hac in re ſcilicet una*
Multum diſſimiles, ad catera pene gemelli.

Buchartus.

 Bono-

ad Cælium, de Lesbia. LIX.

Cæli, Lesbia noſtra, Lesbia illa,
Illa Lesbia, quam Catullus unam
Plus quam ſe, atque ſuos amavit omnes,
Nunc in quadriviis, & angiportis,
Glubit magnanimos Remi nepotes.

De Rufa. LX.

Bononienſis Rufa Rufulum fellat
Uxor Meneni, ſæpe quam in ſepulcretis

Vidiſtis

J. SCALIGER.

Bononienſem Rufa) Hic ſpurci homines verbum ſpurcum ſubſtituerunt. in quo non ſolum eos reprehendo, ſed etiam quum eorum temeritate, qua hunc locum contaminarunt, ex uno Epigrammate duo non integra facta ſunt. Atqui integrum totum hoc epigramma, ſi veterem lectionem in ſuas ſedes reſtituas. plane enim exaratum eſt:

Bononienſem Rufa Rufulum fallat.

Fallare, eſt fallere. verbum antiquum eodem modo, quo & vanare. Attius Alcmena:

Timeo ut fruſtrando vanans, lactans, protrahat.

Lactare, Vanare, Fallare, idem prope ſignificare videntur. Id enim eſt falſa ſpe producere. eſt ergo manifeſta ſententia Epigrammatis: Rufam, quæ nuper poſtremum mendicimonium erat, ut pote quæ e media flamma cibum petebat, nunc delitias facere, ac ſuperbo aſtu amantis Rufuli preces eludere. Miror tam pueriliter omnes in hujus epigrammatis enarratione lapſos, ut putarent hæc eſſe diverſorum poëmatiorum fragementa. At quid clarius illo, ſi veterem lectionem reſtituas? Si enim conſideraſſent quid eſſet verbum *Fallat*, & illud, *ut ſupplicis vocem*, &c. profecto aliter pronunciaſſent.

Uxor Meneni] vetus ſcriptura: *uxor nemeni.* lege — *uxorne Meni?* Horatius: *Menius, ut rebus maternis, atque paternis.* & profecto ἐμφατικώτερον eſt cū interrogatione. Illane, quæ nuper in ſepulchretis rapiebat ſilicernium? Neque dubium, quin ſit is ipſe Menius, de quo Horatius ſcripſit paterna atque materna bona abliguriſſe: adeo, ut. propterea dicatur ejus uxor coacta ſilicernia in ſepulchretis vorare. De columna Meniana notum.

VARIORUM.

Bononienſis.] ſubjunge ſignum interrogantis.

Bononienſis Rufa Rufulum fallat?

Uxorne Meni?

Stomachantis eſt. *Meleager.*

Neque

Vidiſtis ipſo rapere de rogo cænam,
Cum devolutum ex igne proſequens panem,
A ſemiraſo tonderetur uſtore.

* * * LXI.

Num te leæna montibus Libyſinis,
Aut Scylla latrans infima inguinum parte,
Tam mente dura procreavit, ac tetra,
Ut ſupplicis vocem in noviſſimo caſu
Contemptam haberes? o nimis fero corde?

Col-

J. SCALIGER.

Rapere de rogo cænam) In ſepulchretis uſtrinæ erant, quæ ſepulchris ipſis applicabantur, ad quas culinæ erant. Græci ἔυςρας vocant, in quibus Silicernium, hoc eſt funebris cæna coquebatur. inter proluſiones Virgilianas:

Neque in culinam, & uncta compitalia,
Dapeſque ducis ſordidas.

Silicernia autem in illis culinis a pauperibus abſumebantur, ut in Græcia τὸ τῆς ἑκάτης δεῖπνον. In illis uſtrinis ſæpe proſtabant ſcortilla. Artemidorus ſcribit bonum eſſe γυναιξὶν ἑταίραις ταῖς ἐπὶ τοῖς καυστηρίοις ἑστώσαις μίσγεσθαι, διὰ τὸ οὐδενὶ ἀρνουμένας περιέχειν ἑαυτάς. quo magis ſtomachatur Catullus, eam, quæ nemini negaret Ruffulo negare. Quare inſigniter hallucinatur is, qui hanc Rufam veneficam eſſe ait, quod raperet oſſa de tepidis rogis, ut illa apud Ovidium:

Raptaque de tepidis colligit oſſa rogis.

Nam pauperem, & ignobile ſcortum intelligit.

A ſemiraſo] vel, ut vetus ſcriptura, *Ab ſemiraſo.* Uſtor νεκροκαύτης redditur a vetere magiſtro. Id genus hominum ſervilis conditionis erat. Horatius:

Huc prius anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca.

Atque adeo abjectiſſimum genus mancipiorum. Nam ejuſmodi ſemiraſi erant, qui ad aliquod opus publicum damnati erant, ut ad molendinas, ad remum, ad vilia cadavera efferenda: qui veſpillones dicebantur. Artemidorus: ὁπότερον δὲ αὐτῆς κεφαλῆς ψιλὸν ἔχοι τις σὺν αὐτῷ συνειδότι, καταδικασθήσεται εἰς ἔργον δημόσιον καὶ δουλείαν. τοῦτο γὰρ κἀκεῖ παρεσκευασμένον ἐστὶ τοῖς δικαζομένοις. Apulejus: *frontem literati, & capillum ſemiraſi, & pedes annulati.* Nam & ſtigmatias, & catenatos innuit, Martialis:

Has cum gemina compede dedicat catenas,
Saturne, tibi Zoilus, annulos priores.

Idem:

Annulus iſte tuis fuerat modo cruribus aptus

Horatius:

--- jamne catenam Ex voto Laribus donaſſet ---

Montibus Libyſinis] Male. Lege *Libyſtinis.* ut:

-- & pelle Libyſtidos urſæ.

VARIORUM.

Uſtore.] Uſtores ſunt pyrarum in quibus mortui cremabantur, ædificatores, & cadavera in uſtrinam conjiciebant, ut cremarentur & ſilicernium, id eſt, feralem cœnam cuſtodiebant a pauperibus & mendicis, qui eas dapes in rogum conjectas ſemiuſtulatas ſibi ſolebant rapere. *Ramirez.*

In nuptias Juliæ, & Manlii. LXII.

Collis o Heliconii
Cultor, Uraniæ genus,
Qui rapis teneram ad virum
Virginem, o Hymenæe Hymen,
Hymen o Hymenæe.
Cinge tempora floribus
Suave olentis amaraci.
Flammeum cape. lætus huc
Huc veni, niveo gerens
Luteum pede ſoccum:
Excituſque hilari die,
Nuptialia concinens
Voce carmina tinnula,
Pelle humum pedibus, manu
Pineam quate tædam.

J. SCALIGER.

Collis o Heliconei] A. Ticida hoc genere carminis Hymenæon ſcripſit. Sappho non Hymenæon, ſed epithalamion. Servius nondum excuſus: *Sappho*, inquit, *in libro, qui inſcribitur*, ἐπιθαλαμιοι·

-- χαῖρε ἡ νύμφα
χαῖρε τίμιε γαμβρέ.

Quod & ipſum eſt ejuſdē generis metrū.

Heliconii] vetus, *Heliconei*. Ita omnino ſcribere neceſſitas carminis cogit. ἑλικώνιος, ἑλικώνειος. κυκλώπιος, κυκλώπειος -- *vos & Cyclopea ſaxa Experti* - Sic διώνειος, διώνιος. *Sacra Dionea matri*. non Dionææ. διώνη, διώνεια, ut πηνελόπη, πηνελόπεια.

Pineam] Non *Spineam*. Seneca Medea:
Candida thyrſigeri proles generoſa Lyæi,
Multifidam jam tēpus erat ſuccēdere pinū.
Excute ſolennem digitis marcentibus ignē.
Feſta dicax fundat convicia Feſcenninus.

At qui Spineam hic ponebant, dicant mihi, ubi viderint tædam in ſpinu, quæ propria eſt reſiniferarum arborum.

VARIORUM.

Pineam.) Hoc loco Palladius Fuſcus, Anton. Parthenius, Muretus, & Beroaldus in lib. IV. & X. Apul. ex Feſto & Plinio reponunt *Spineam*. ejuſdem opinionis eſt Alex. Sardius lib. I. de morib. & rit. gent. E. VII. Me autem valde movent omnia Senecæ exemplaria, quæ ſemper *pinum* continent. Virgil. etiam in Ciri ſcripſit, *Pronuba nec caſtos incendet pinus odores.* nec eſt qui eo loci aliter legerit. quid? quod in Nonio, ubi Varroni hac de re verba ponuntur, quas vidi membranæ omnes vulgatis libris conſentiunt? Et vero ex diverſis arborum generibus hæ faces confici potuerunt. Plinius ſane ſuis temporibus ex corylo fieri conſueviſſe ſcribit. Quamobrem Briſſonio adſentior, exiſtimanti tam pineam quam ſpineam tedam huic uſui ſolitam accommodari. *Delrio.* *Pineam* lego non *ſpineam*. *Livin.*

Namque Julia Mallio,
Qualis Idalium colens
Venit ad Phrygium Venus
Judicem, bona cum bona
Nubit alite virgo.
Floridis velut enitens
Myrtus Aſia ramulis.
Quos Hamadryades Deæ
Ludicrum ſibi roſcido
Nutriunt humore.
Quare age, huc aditum ferens
Perge linquere Theſpiæ
Rupis Aonios ſpecus,
Lympha quos ſuper inrigat
Frigerans Aganippe:
Ac domum dominam voca,
Conjugis cupidam novi,
Mentem amore revinciens,
Ut tenax edera huc, & huc
Arborem implicat errans.

Vos

J. SCALIGER.

Floridis velut enitens) Lyricus Græcus:

τίῳ σ', ὦ φίλε γαμβρὲ, κάλως εἰκάσδω;

ὄρπακι βραδινῷ σ' μάλιστ' εἰκάσδω.

VARIORUM.

Ac domum) Vet. libri inquit Achilles Statius *ad domum*. ſed veretur ne Latini non ita loquantur. Atqui Gellius cap. 1. lib. 12. *proſequuti cum ſumus ad domum quo pergebat*. Fortaſſe legendum *ac domo*. pro e domo evoca, vel, ab domo, ut Horat. od. 5 lib. 4. *dulci diſtinet ab domo*. Paſſeratius.

Quis

Vos item ſimul integræ
Virgines, quibus advenit
Par dies, agite, in modum
Dicite: o Hymenæe Hymen,
Hymen o Hymenæe.

Ut lubentius audiens,
Se citarier ad ſuum
Munus, huc aditum ferat,
Dux bonæ Veneris, boni
Conjugator amoris.

Quis Deus magis ah magis
Eſt petendus amantibus?
Quem colant homines magis
Cælitum? o Hymenæe Hymen,
Hymen o Hymenæe.

Te ſuis tremulus parens
Invocat: tibi virgines
Zonula ſoluunt ſinus:

Te

J. SCALIGER.

Quis Deus magis optimis) Audacia Avantii, qui *optimis* repoſuit, ubi priſca ſcriptura habebat, *Quis Deus magis amatir.* In Langobardico charactere nihil omnino T differt a C. & viciſſim altera pro altera hic poſitæ ſunt. At illo optimo Gallicano, *a macis*, ſcriptum erat, C, pro G. ut alibi *junctier* pro *jungier*, *porcentur* pro *porgentur*. Scribe igitur *Quis Deus magis ah magis Eſt petendus amantibus.* A ſemper habet etiam noſter liber pro *Ah*. Magis ah magis, nimis ah nimus, Miſer ah miſer veteris elegantiæ ſunt.

VARIORUM.

Magis an magis) malim *magis ac magis*. ut *magis magis*, *magis magisque*, *magis atque magis*. Paſſeratius.

Zonula,) Non putem ζώνην pro clauſtro virginali poni. Zona enim eſt inter ornamenta muliebria 1. *Veſtis* §. *muliebria*, ff. *de aur. & argent.* quod autem *ſolvere virgineam Zonam* honeſte de concubitu dicatur, hinc ortum eſt, quod, ut notat Scholiaſtes Apollonii, quæ primum pariunt, Zonas ſolvunt & deponunt apud Dianam Λύουσι τὰς ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι, καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι, quanquam illuſtr. Scaliger pro πρώτως τίκτουσαι, legendum putet, πρῶται, ἀπὸ παρθενικῆς λύσεως. Hinc *Λυσίζωνα Diana* Athenis templum, & quæ pepererunt βαθύζωνοι Pindaro od. III. Olymp. dicuntur. Ex hoc ritu manavit, quod virgines Zonula cingebantur, quæ a viro, primo nuptiarum die ſolvebatur, hinc illud apud noſtrum,

tibi

Te tumens cupida novos
Captat aure maritos.
Tu fero juveni in manus
Floridam ipſe puellulam
Matris e gremio ſuæ
Dedis, o Hymenæe Hymen,
Hymen, o Hymenæe.
Nil poteſt ſine te Venus,
Fama quod bona comprobet,
Commodi capere: at poteſt,
Te volente. quis huic Deo
Comperarier auſit?
Nulla quit ſine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe dicier: at poteſt,
Te volente. quis huic Deo
Comperarier auſit?
Quæ tuis careat ſacris,
Non queat dare præſides
Terra

tibi virgines Zonula, &c. hujus cinguli meminit Feſtus. laneum autem erat, & hoc puellarum virginalis venter, pro pudicitiæ cuſtodia, cinctus ſervabatur; nec licebat ſponſo potiri ſponſa, niſi hæc zona ſoluta. *B. Lydius.* adde quæ adnotata ſunt ad ep. 11.

J. SCALIGER.

Nec parens ſtirpe dicier) Scriptus liber, & priſcæ editiones *Stirpe vincier*. Male aſſecutus eſt lectionē Gallicani exemplaris librarius. Nam in eo ſcriptum fuit: *junciει*. C, pro G; ut modo notabamus, *macis* pro *magis*, in eo ſcriptum fuiſſe. Elegantiſſime Catullus dixit parentes ex non juſto conjugio non poſſe jungi ſtirpe. h. e. non poſſe tranſmittere hereditatem ad liberos, quia ex non juſto conjugio ſuſceptus eſt peregrinæ conditionis: Peregrinus autem nihil capit de bonis civis Romani. At ſuus heres, quum immiſcet ſe hereditati, continuat jus patris ſui potius, quam patri ſuccedit. Hoc eſt, quod Catullus dixit, jungi ſtirpe parentes, quum eorum jus ab heredibus, qui ſui dicuntur, continuatur. At *nitier*, quod Avantius repoſuerat, omnino cum ipſius Avanti fautoribus exibilandum eſt.

Non queat dare præſides) Pendent ab eodem jure. Nam qui ex non juſtis nuptiis concepti ſunt, peregrini ſunt, quibus nulla erat munerum populi Romani participatio. Non ergo magiſtratum capere poterant. Nihil eſt apertius hac ſententia. Putant tamen docti viri hic abſtruſum neſcio quid latere, cujus hiſtoria penitus nos fugerit. In quo ſane in ſirpo nodum quærunt.

Terra finibus: at queat
Te volente. quis huic Deo
Compararier auſit?
  Clauſtra pandite januæ
Virgo adeſt. viden', ut faces
Splendidas quatiunt comas?
Sed moraris, abit dies.
Prodeas, nova nupta.
  Tardat ingenuus pudor,
Quæ tamen magis audiens
Flet, quod ire neceſſe ſit.
Sed moraris, abit dies.
Prodeas, nova nupta.
  Flere deſine: non tibi
Aurunculeia periculum eſt,

Nequa

J. SCALIGER.

Virgo adeſt, viden' ut faces Splendidas quatiunt comas) Ad eum modum Callimachus:

καὶ δή που τὰ θύρετρα καλῷ ποδὶ Φοῖ-
βος ἀράσσει.
οὐχ ὁράας; ἐπένευσεν ὁ Δήλιος ἡδύ τι
φοῖνιξ.

Tardat ingenuus pudor) & vetus ſcriptura, & primæ editiones conſtanter habent *Tardet* quod retinendum eſt omnino. Sic veteres *Denſet* pro denſat dicebant. Virgilius:

Denſet enim quæ laxa. ---

Quem tamen magis audiens) Legendum ſine dubio, *Qua tamen*. Error hinc fluxit, quod Gallicanum exemplar ut conjicimus, ſine diphthongo *Que* pro *quæ* ſcriptum habuit: id quod in aliis nobis ſuboluit. *Qua tamen* dictum pro Quæ tandem. Horatius:

--- *ſi tamen*
Non tangenda rates tranſiliunt vada.

Hoc eſt, ſi tandem. Propertius:

Quippe ubi nec cauſſas, nec apertos cernimus ictus,
Unde tamẽ veniant tot mala, cæca via eſt.

Vel potius παρέλκει, ut alibi pronunciamus.

Aurunc leia) Ita omnino legendum, ut habent ſcripti codices. Media autem ſyllaba exteritur, ut in *Singulum*:

Singulum fæcundum ſemen adulterio.

Auruncuiejus eſt Cottarum alterum cognomen. ex qua familia hæc noſtra videtur fuiſſe. mirum tamen ei fuiſſe nomen Juliæ. quod adoptione contigiſſe putamus.

VARIORUM.

Splendidas quatiunt.) Vibrant flammas diffuſas in comarum modum. *Comas* dixit, quia in modum comarum & capillorum diffunditur lumen. Itaque Feſtus. *Iubar quem Græci Φωσφόρον, quod ſplendor ejus diffunditur in modum jubæ Leonis.* Paſſerat.

Prodeas

Nequa femina pulcrior
Clarum ab Oceano diem
Viderit venientem.
Talis in vario ſolet
Divitis domini hortulo
Stare flos hyacinthinus.
Sed moraris, abit dies.
Prodeas, nova nupta.
Prodeas, nova nupta, ſi
Jam videtur, & audias
Noſtra verba. viden? faces
Aureas quatiunt comas.
Prodeas, nova nupta,

Non

J. SCALIGER.

Prodeas nova nupta ſi Jam videtur) Qui has literas tractant, oportet eos non id tantum ſpectare quomodo qualitercunq; levi interpretatione defungantur: ſed videre num quid lateat, quod etſi prima fronte vulgo patere videtur, tamen, ſi diligentius inſpiciatur, etiam doctioribus negotium faceſſere poſſit. Id. quod nunc præ manibus habemus, ejuſmodi eſt. Quum Catullus dixerit paulo ante nuptam nimium morari, quare nunc illam vult prodire ſub ea conditione, modo illi ita videatur? Id enim ſonat,

Prodeas, nova nupta, ſi Jam videtur ——

Sed nemo hactenus leporem horum verſuum aſſecutus eſt. Nos leviſſimo adminiculo adiuti, veram, ut ſperamus, lectionem eruimus. Legimus ergo:

Prodeas nova nupta ſis:
(Jam videtur) ut audias
Noſtra verba. (viden'? faces
Aureas quatiunt comas.)
Prodeas nova nupta.

Non eſt elegantior locus, meo judicio, in hoc toto poëmatio. Elegantiſſimus poëta imitatur feſtinationem votorum in vulgo. Nam cum vulgus optat aliquid, tametſi id non evenit, tamen quaſi id evenerit, ſibi ipſum perſuadere conatur. Rutilius Numatianus:

Pulſato nota redduntur ab æthere voces,
Vel quia perveniunt, vel quia fingit amor.

Sic ſimillimus locus apud Callimachum λωτροχόοις παλλάδος.

Ὢ ἴτ᾽ ἀχαιιάδες καὶ μὴ μύρα, μηδ᾽ ἀλαβάστρως,
(συρίγγων αἴω φθόγγον ὑπαξονίων)
μὴ μύρα, λωτροχόοι, τᾷ παλλάδι, μηδ᾽ ἀλαβάστρως, &c.

Nam Parentheſis illa, συρίγγων ὑπαξονίων, eadem eſt cum iſtis, JAM VIDETUR & VIDEN? FACES AUREAS QUATIUNT COMAS. Quæ omnia μιμητικῶς, ut dixi, ex vulgi perſona dicta ſunt. Illud, SIS, notum eſt apud Latinos idem eſſe, quod, Age, Agedum. Eſt exhortantis. Negari non poteſt, quin hujus egregii loci reſtitutionem ſtudioſi nobis acceptam referre debeant.

VARIORUM.

Ne qua fœmina pulcrior) Nota morem antiquum laudandi novam nuptam: ita enim fere accinebant, NULLA TE HODIE PULCRIOR. id diligenter hoc loco obſervavit Catullus. *Guiljelmus.*

 Probra

Non tuus levis in mala
Deditus vir adultera,
Probra turpia perſequens,
A tuis teneris volet
Secubare papillis:
Lenta quin velut aſſitas
Vitis implicat arbores,
Implicabitur in tuum
Complexum. ſed abit dies.
Prodeas, nova nupta.
O cubile, quot omine
Candido pede lectuli.

*   *   *
*   *   *
*   *   *

J. SCALIGER.

Probra turpia perſequens) Probra turpia. Sic alibi turpe probrum

-- a turpi mentem inbibere probro.

Vetus tamen lectio diſertim habet, *Proca turpia.* Ego interpretor adulteram procam, viroſam. Neque aliter ſcripſit Catullus & quanvis in hoc toto poëmatio Jambum prima ſede non poſuerit, tamen in Hymno Dianæ poſuit: *Puella, & pueri integri.*

Lenta quin velut) τὸ QVIN confictum ex veteri ſcriptura, QVE. Ita non ſemel hic QVE pro QVI ſcriptum notavimus, quod putamus ex archaica ſcriptione manaſſe. Videtur enim QVEI in exemplari Gallicano ſcriptum fuiſſe ut ſupra LVCEI pro LVCI. Ita ſcribebant veteres illi longam I. Lucillius libro nono de orthographia ſcribens id videtur præcipere, quum ait:

Jam puerei venere: e poſtremum facito, atque i,
Ut plures puerei fiant. i ſi faci' ſolum
Pupilli, pueri, Lucilli: hoc unius fiet.
Hoc illi factum eſt uni: tenue hoc facies i.
Hæc illei fecere: addes e, ut pinguius fiat.
Meile hominum, duo meilia, item huic utroque opu', meiles,
Meilitiam. tenues i, pilam qua ludimu'. pilum,
Quo piſo, tenues i, plura hæc feceri', pila.
Qua jacimus, addes e, peila, ut plenius fiat.

O cubile, quot omine) Incredibile dictu, quam hæc corrupta ſint, quæ tamen nos nullo negotio divinavimus. Nam illud, *Gaudeas*, quantum abſurditatis habeat, nemo non videt: quum Catullus non lectum velit gaudere, (quæ enim hæc eſſet præpoſtera gratulatio;) ſed ipſum herū lecti. Non eſt enim obſcurum gaudia illa non ad cubile, ſed ad herum ſpectare, ſiquidem aliquis κοινὸς λόγος eſt in nobis. Quid igitur? Haud dubie

Quæ tuo veniunt hero,
Quanta gaudia, quæ vaga
Nocte, quæ media die
Gaudeat? ſed abit dies.
Prodeas, nova nupta.
Tollite, o pueri, faces:
Flammeum videor videre.
Ite, concinite in modum,
O Hymen Hymenæe Hymen,
Hymen o Hymenæe.
Neu diu taceat procax

Feſcen-

tres poſtremi verſiculi hujus Strophæ huc ab ineptis magiſtris inculcati ſunt, quum Strophen mutilam tribus primis verſibus viderent. Abſunt enim illi tres verſiculi ab omnibus manu ſcriptis, ſine ulla exceptione; item ab omnibus vetuſtioribus editionibus. Itaq; ſunt παρεγκεχαραγμένοι. Ita enim hæc digerenda erant:

O cubile, quot (o nimis
candido pede lecti)
Quæ tuo veniunt hero,
Quanta gaudia, quæ vaga
Nocte, quæ media die
Gaudeat?

Horam ratio nobis reddenda, quanquam ſententia aperta, & elegans.

Quot omine) Vetus ſcriptura, itemque antiquitus excuſi libri non *omine* habent, ſed *omnibus*. Non dubium, quin primitus ſcriptum fuerit, *omnis*, non *omnibus*. Ita ſemper ſcriptum reperies, *omnis*. pro *o nimis*. ſic ſupra. *omnis fero corde*, pro, *o nimis fero corde*. & in nuptiis Pelei. *omnis optato*, pro, *o nimis optata*.

Candido pede lectuli) Qui putabant ab his incipere initium Strophæ, pro *lecti*. quæ erat germana ſcriptura, ut etiamnum in noſtro diſertim apparet, repoſuerunt *lectuli* Sed quũ legatur *lecti*, hæc manifeſto convincunt ſuperiora νοθείας, quum & tres illi verſus importuna & aliena ſententia hic inculcati fuerint, & ſequentia tam bene cohæreant. Quod autem dicit, *o nimis candido pede lecti*, eſt, μεγαλεῖος τῆς τύχης. ut Horatius: *I pede fauſto*. hoc eſt, ἀγαθῇ τύχῃ.

J. SCALIGER.

Quæ media die gaudeas) *Gaudeat* repoſuimus, ita & ſententia, & ſcriptura vetere poſtulante.

Flammeum videor venire) Videor venire δοκῶ ἐλθεῖν. Non enim ſolum dicitur videor hoc dixiſſe, id eſt, puto me hoc dixiſſe: ſed etiam videor illum hoc dixiſſe. Terentius Prologo Phormionis: *Ceruam videri fugere, & ſectari canis*. Nam procul dubio ita ſcriptum reliquit Comicus. quod verbum magis aptum perſonæ inſanienti, de qua intelligit; quia videri, id eſt, τὸ δοκεῖν καὶ φαντάζεσθαι longe accommadatius turbatæ menti, quam τὸ ὁρᾶν. Nam ejuſmodi homines putant ſe videre quod non vident. Et hoc eſt δοκεῖν. In noſtro tamen ſcripto legebatur *video* non *videor*: unde correctores legunt, *Flammeum video venire*.

Nec

Feſcennina locutio:
Neu nuces pueris neget
Deſertum domini audiens
Concubinus amorem.
Da nuces pueris iners
Concubine: ſatis diu
Luſiſti nucibus: lubet
Jam ſervire Thalaſſio.
Concubine, nuces da.
Sordebant tibi villicæ
Concubine hodie, atque heri.
Nunc tuum cinerarius

Ton-

J. SCALIGER

Neu nuces pueris neget deſertum domini audiens) Pueri meritorii, qui erant in domo patrisfamilias, quum a turpi officio dimitterentur, nuces a novo ſponſo accipiebant, quas ſpargerent, nuptialia & feſcennina canentes. Ideo Plinius nuces nuptialium, ac feſcenniorum vocat comites. Hoc inſtitutum e Græcis fontibus manaſſe perſpicue verum eſt. Nam in ea gente novus ſponſus nuces juglandes, amygdalas, & id genus ſpargebat, quæ ipſi καταχύσματα vocabant. Addunt Grammatici nuces ob hoc ſpargi, ut ſtrepitum ederent pueri, ne clamor nuptæ audiretur. Et ſane Græci idem ſimile, quanquam non nucibus, prope faciebant. Nam apud eorum Grammaticos hæc leguntur: κτυπεῖν, τῶν ἐπικεχυμένων τῷ θαλάμῳ, ἃ ἐπικτυποῦσιν ἔξωθεν, ὅπως συγκατακλίνεται τῷ νυμφίῳ ἡ γαμουμένη. Hinc intelligitur, quare deſertum amorem domini dicat, ut pote quem dominus a concubino ad novam nuptam tranſtulerit.

Sordebant tibi villicæ) omnino legendum: *Sordebant tibi villicæ concubine hodie atque heri*, verba ſponſi. Nuper delitias faciebas ac me deſpiciebas. Nunc tibi naſcente barba hic faſtus excidit. Villicum concubinum, id eſt, ruſticum vocat: Et exoletum ex eo intelligit. quod eum tradat Cinerario.

Hodie atque heri) Proverbium Græcorum, χθὲς καὶ πρώην. Quod inepte Avitus mutare voluit.

Cinerarius) Gloſſæ: *Cinerarius*, δοῦλος ἑταίρας. *Cinifio*, γυναικῶν κοσμητής.

VARIORUM.

Cinerarius.] Qui & Ciniflo teſt. Porphyr. & Acron. ad Horat lib. 1. ſat. 11. dicti Cinifiones. quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum; M. Cato, ut author eſt Soſipater lib. 1. in originib. ſcripſit. Cinerarium muliebre miniſterium eſſe, qui unguenta ex cinere compoſita, quibus mulieres capillum ungitabant, ut rutilior eſſet crinis, conficiebat. Varr. lib. IV. d. L. L. *Calamiſtri, quod his calfactis in cinere capillus ornatur. Qui ea miniſtrabat à Cinere Cinerarius eſt adpellatus. Cinerarii fines*, ſunt ſepulturarii. Auctor de Limit. *Fines cinerarios, ſive ſepulturarios ſic intelligis quo vadant rigores inter poſſeſſiones. Cinerarium* etiam ſunt ollæ & urnæ cinerum, ſeu vaſculum, quo condebantur mortua corpora. Ex Veteri Inſcriptone, quæ in D. Pauli æde ad primum ab urbe Roma lapidem, via Oſtienſi, legitur id elici poſſe videtur:

Diceris

Tondet os. miſer, ah miſer
Concubine, nuces da.
  Diceris male te a tuis
Unguentate glabris marite
Abſtinere: ſed abſtine.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
  Scimus, hæc tibi, quæ licent,
Sola cognita: ſed marito
Iſta non eadem licent.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
  Nupta tu quoque, quæ tuus,
Vir petet, cave ne neges,
Ne petitum aliunde eat.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
  En tibi domus ut potens,
Et beata viri tui,

Quæ

J. SCALIGER.

Diceris male) Ita docti viri, quum vetus ſcriptura haberet, *Diceres.* Nam E pro I non raro in Gallicano exemplari fuit, ut ſupra *acquieſcet* pro *acquieſcit.*

Hæc tibi quæ licent) Lege, *quæ licent.* item tertio verſiculo:

Iſta non eadem licent,

ſpondeus eſt pro dactylo. Nam τὸ *eadem* eſt adverbium.

VARIORUM.

Tondet os.) Tonſio in pueris ſignum erat emeritæ libidinoſæ militiæ; quod jam pubertatem ingrederentur. Martial. lib. I. ep. XXXII. lib. V. ep. XLIV. Et nova nupta domum cum ducebatur, primo die capillatos mariti pueros tondebat. Mart. lib. II. ep. LXXIX. *Ramirez.*

T. CLAV-

Quæ ſeni tibi ſerviet.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Uſque dum tremulum movens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes,
Raſilemque ſubi forem.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Aſpice, intus ut accubans

Vir

T. CLAVDIVS
ZOSIMVS FECIT
LICINIÆ. PRIſCÆ. MAMM.
CLAVDIÆ — ROICHODO. IOR
MASSA — CVM. CINERARIO
ET. TIBERIO. VERCVN
DO. PATRONO. ET. SIBI
ET. SVIS. POSTERISQ. EORVM
LONG. PED. IV. LAT. PED. VI.

Tondet os) Tonſio in pueris ſignum erat emeritæ libidinoſæ militiæ; quod jam pubertatem ingrederentur. Mart. lib. I. ep. XXXII. lib. V. ep. XLIV. Et nova nupta domum cum ducebatur, primo die capillatos mariti pueros tondebat. Mart. lib. II. ep. LXXIX. *Ramirez.*

J. SCALIGER.

Quæ tibi ſine fine erit) Et ſcriptus liber, & veteres editiones, non *Erit*, ſed *ſerviet* habent. Ego puto τὸ *Fine* vacare, & leviter immutatam eſſe veram lectionem, quæ videtur ita fuiſſe: *Quæ tibi ſene ſerviet. ſene* pro *ſeni*. Lucillius:

Eſuriente leoni ex ore exculpere prædam.

Propertius:

Si placet inſultet, Lygdame, morte mea.

Boetius:

Et longa ſite perditus ſpernit flumina Tantalus. Site pro ſiti.

Omnia omnibus annuit) τὸ *Annuit* conjunctivi modi, ut Edim, edis, edit. Eſt autem lepida ſententia de tremulis ſenibus. quod antea Sophocles Oedipode Coloneo: ἅτε νεαρὸς, γηρὸς, σημαίνων.

Adſpice, intus ut accubans) Lege: *Adſpice, imus ut accubans*. hoc eſt in interiore lecti ſponda. Unde apud Horatium *imus faber*. hoc eſt, interiore angulo fori. In interiore igitur ſponda præſtolatur novam nuptam maritus, ut oſtendat præceps ſtudium re cupita potiundi. Non enim, ut ipſe loquitur, poteſt imminere ſponſæ, niſi ſponſa introducatur exteriore ſponda, ſponſus autem ſit in interiore. quod quare cuidam docto viro diſplicuerit, ſatis mirari non poſſum. Itaque melius mutaverit ſententiam. Nam præter jus eſt iniquus huic emendationi.

VARIORVM.

Aſpice imus) Male exponit & corrigit

vir

Vir tuus Tyrio in toro,
Totus immineat tibi.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Illi non minus, ac tibi
Pectore uritur intimo
Flamma, ſed penite magis.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Mitte brachiolium teres
Prætextate puellulæ,
Jam cubile adeat viri.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.

Vos

vir maximus verſus hos: qui ſic legendi ſunt & intelligendi:

Aſpice intus & accubans
Vir tuus Tyrio ut toro
Totus immineat tibi

in ſinu mariti, cui totus imminet maritus, ut pote ſupra accubans. Sic illi verſus exponendi. Apuleius: *Accumbebat ſummum torum maritus, Pſychen gremio ſuo complexus*. Salmaſius.

J. SCALIGER.

Ille non minus atque tu) Aliam lectionem in noſtro reperimus, quæ nihilo hac deterior eſt.

Illi non minus, ac tibi
Pectore uritur intimo
Flamma, ſed penite magis.

Quæ ſane ſunt γνήσια Catulliana. offendit correctores inſolens locutio, *Flamma uritur*. Quum tamen id Catullus more Græcorum dixerit, πῦρ δαίεται, Tertullianus in Marcionem libro primo cap. XXVII. *Cui nullus ignis coquitur in gehenna*. Claudianus:

--- *largos hac nectaris imbres*
Irrigat. Lucanus ita quoque loquitur. Hanc eandem lectionem retinent antiquæ editiones. Itaque apparet haud pridem a ſciolis hæc mutata eſſe.

Mitte brachiolum) Miſſum fac brachiũ puellæ. nam patrimi matrimi pueri deducebant novam nuptam, quod & in Græcia fiebat. Gallimachus αὐτίκα τὸν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ. Nam τᾶλις eſt nova nupta παῖς ἀμφιθαλὴς, puer patrimus matrimus.

Jam cubile adeat viri) vel, ut noſter liber, *adeant*. pronubæ ſcilicet quæ cum ipſa nupta ſunt. & hæc eſt vera lectio.

Fa

Vos bonæ ſenibus viris
Cognitæ bene feminæ,
Collocate puellulam.
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe.
Jam licet venias marite:
Uxor in thalamo eſt tibi
Ore floridulo nitens,
Alba parthenice velut,
Luteumve papaver.
Non diu remoratus es.
Jam venis. bona te Venus
Juverit, quoniam palam
Quod cupis, capis, & bonum
Non abſcondis amorem.
At marita tuum tamen
Celites, nihilo minus

Pulcra

J. SCALIGER.

Vos unis ſenibus bona] Scriptus liber, *Vos bone ſenibus unis Cognite breve femine.* Lege, *Vos bona ſenibus viris Cognita breve femina.* Breve eſt præteriti temporis, Brevi futuri. *Breve cognita*, hoc eſt paulo antè. Servius in ſchedis. *Varro pronubam dixit, qua ante nupſerit, & qua uni tantum nupſerit.* In Gloſſis Iſidori: Unicuba unius viri uxor. Dicuntur & univiræ.

At marita tuum tamen] Locus inquinatiſſimus, quem ita, uti hodie legitur, reconcinnavit Parthenius. Mallem veterem lectionem depravatam reliquiſſet, quam ſuum ſomnium nobis interpretaretur. Nam ante illius interpolationem ita legebatur, ut etiam in noſtro inveni:

Ad maritum tamen juvenem
Cælites nihilominus Pulcre res.

Monſtrum lectionis, ut vides: ſed in quo ſolo iſtius loci depravandi & emendandi cardo verſetur. Tranſpoſita hæc Strophe locum cum ſuperiore commutare debet, itaque ſic omnia ſuo ordini reponimus, & tunc facile menda ipſa tollemus.

Jam licet venias, marite.
Uxor in thalamo eſt tibi
Ore floridulo nitens,
Alba Parthenice velut,
Luteumve Papaver.
At, marite, ita me juvent
Cælites, nihilominus
Pulcher es. neque te Venus
Negligit. ſed abit dies:
Perge, ne remorare.
Non diu remoratus es.
Iam venis ---

Nolo eruditorum judicio diffidere. Nam & mediocriter docti facile videre poſſunt quantum commiſſũ erat illu tranſpoſitu Stropharum, & quam bene inter ſe cohæreant illo, quo poſuimus, ordine.

At

Pulcra res: neque te Venus
Negligit. ſed abit dies.
Perge ne remorare.
  Ille pulvis Erythræi,
Siderumque micantium
Subducat numerum prius,
Qui veſtri numerare vult
Multa millia ludi.
  Ludite, ut lubet, & brevi
Liberos date. non decet
Tam vetus ſine liberis
Nomen eſſe, ſed indidem
Semper ingenerari.
  Torquatus, volo, parvulus
Matris e gremio ſuæ
Porrigens teneras manus,
Dulce rideat ad patrem,

Sed

At multum Grammaticos torſit hic locus, ſed præter omnes vir ſummæ eruditionis Turnebus mirum quantum in hoc nodo ſolvendo æſtuat. ut mihi non minus laborandum fuerit ejus lectionem legendo, quam illi hoc pravum Parthenii commentum interpretando. Quia igitur dixit novam ſponſam pulchram eſſe, nihilominus tamen ipſum ſponſum pulchrum ait.

J. SCALIGER.

Iam Venus] lege, *Iam venis*. veteres editiones, & manu ſcriptus liber.

Ille pulueris eritkei) Ita habebat priſca ſcriptura. Cui opem ego ferre non poſſum. Nam vulgatam ; ut commentitiam reijcimus. Scriptura præ ſe ferre videtur *enthei*, ut alludi poſſit ad entheos Bellonæ, quos bellonarios vocabant, qui ſurſum vim magnam pulueris ſubiectabant. Sic abreptitia illa loquitur apud Tibul.

Attigerit, labentur opes, ut vulnere noſtro
Sanguis. ut hic ventis diripiturque cinis:

Multa millia luſuum) verſus hyperthetros. noſter codex: *Multa millia ludere.* Quæ lectio ex priſca ſcriptione manavit. Habuit enim Gallicanus codex *ludei*, pro *ludi*, ut ſæpe. ex quo fecerunt *ludere Millia ludi*, ut Mille æris.

Dulce rideat ad patrem) Virgilius ſine præpoſitione:

Incipe parve puer riſu cognoſcere matrem.
Incipe parve puer, qui non riſere parentes,
Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata
cubili eſt.

Manifeſto hortatur puerum, ut ad matrem rideat, non contra ut illi parentes. Itaque adverſatur hoc Quintiliano, qui τὸ *Qui* pro *Quei* accipit. At ſi Virgilius dixit, *riſere parentes*, pro riſere ad parentes, ut hic loquitur Catullus, jam explodenda erit Quintiliani ſententia. & ſane apud Martialem depravatiſſime ſimilis locus legitur:

Nec cito ridebit peregrini gloria partus.
Romanam ducat quam magis eſſe nurum.

Nam quid eſt, *gloria peregrini partus*? Satis mendoſa illa ſe produnt. Itaque lego:

Te cito ridebit peregrinis Claudia partus,
Romanam ducat quam magis eſſe nurum:

Mar-

Semihiante labello.
Sit ſuo ſimilis patri
Manlio, & facile inſciis
Noſcitetur ab omnibus,
Et pudicitiam ſuæ
Matris indicet ore.
Talis illius a bona
Matre laus genus adprobet,
Qualis unica ab optima

Matre

Martialis enim uxori Marcellæ cognomen erat. Cui neceſſe eſt Clodiæ nomen eſſe. Nam notum qui fuerint in gente Claudia Marcelli. qui erant plebeii, & ab iis patricii Clodii diſtinguebantur Pulchrorum cognomine. Apud Virgilium eſt ἐναλλαγὴ numerorum, *qui non riſere*, & poſtea dicit *hunc*. Nam naſcentibus putabant adeſſe mari Genium, qui eſt deus menſæ, feminæ Junonem, quæ Dea eſt cubilis. Quis, inquit, non riſere parentes, nec Genius illum accepit menſa, nec Dea hanc cubili. Quæ, ſi verum fateri volumus, etiam ſine enallage ulla, ſed ſimpliciter dicta ſunt. quanquam & enallage numerorum ipſum Virgilium hactenus corruperit in quarto Georgico:

Quod ſurgente die mulſere, horiſque diurnis,
Nocte premunt. quod jam tenebris & ſole cadente,
Sub lucem exportant calathis (adit oppida paſtor)
Aut parco ſale contingunt.

Omnium poëtarum principem ita interrupte cum ſuis parentheſibus loquentem faciunt, ne in jure apud Grammaticum tribunal ſolœciſmi poſtuletur. Atqui una literula mutanda germanam Virgilii lectionem effeceris.

— quod jam tenebris, & Sole cadente,
Sub lucem exportans calathis adit oppida paſtor,
Aut parco ſale contingunt.

Sed ad locum ſuperiorem Virgilii revertamur. Qui non ridebant parentes, ii putabantur tota vita ἀγέλαστοι & contra, qui nolunt ſe paulo liberalius invitare, ii Genium ſuum defraudare dicuntur. Propterea in Natali die invocabatur Genius: ne mireris quare hic Virgilius ejus meminerit. Virgilio, ut diximus, ridere parentes eſt ridere ad parentes, ut infantes, quibus blandiuntur nutrices. Eodem modo uſurpavit Plautus Capitivis:

--- quaſi muti ſilent Neque me rident.

ἀντεγγελῶσιν ἐμοί. Statius primo Thebaidos:

--- umbraſq; petunt, & nubila latrant.

ἀνθυλακτοῦσι. Græci etiam dicunt ὑλακτεῖν τινά. Herodotus in vita Homeri: τῶν δὲ κυνῶν μὴ ἐσθιόντων, καὶ ὑλακτεόντων αὐτόν. Itaque Politianus, qui mentem Virgilii aſſecutus eſt, dictionem capere non potuit. Nam *Parentes*, quod ipſi videtur, non eſt vocativi caſus, ſed accuſativi.

Sed micante labello) Melior pars erratorum in hoc poëta accepta referenda eſt Hieronymo Avantio. qui etiam hic SED MICANTE poſuit. pro eo quod legebatur antea SED MIHI ANTE. Una litera minus veram lectionem expreſſeris, *Semihiante labello*. Gellius:

Dum ſemihiulco baſio
Meum puellum ſavior.

Quis de hujus loci emendatione potius dubitabit, quam elegantiam non mirabitur?

Nimirum

Matre Telemacho manet
Fama Penelopæo
Claudite oſtia virgines,
Luſimus ſatis. at boni
Conjuges bene vivite, &
Munere adſiduo valentem
Exercete juventam.

Carmen Nuptiale. LXIII.

VEſper adeſt, juvenes conſurgite. Veſper Olympo
Exſpectata diu vix tandem lumina tollit.
Surgere jam tempus, jam pingues linquere menſas.
Jam veniet virgo, jam dicetur Hymenæus.
Hymen o Hymenæe, Hymen ades o Hymenæe
Cernitis, innuptæ, juvenes? conſurgite contra.
Nimirum Oetæo ſe oſtendit noctifer imbre.
Sic certe viden' ut perniciter exiluere?
Non temere exſiluere. canent quos vincere par eſt:
Hymen o Hymenæe Hymen ades o Hymenæe.

Non

J. SCALIGER.

Nimirum eons) Hæc omnia interpolata ſunt ex veteri ſcriptura, quæ ita concepta eſt.

Nimirum hoc aos oſtendit noctifer imber. Nullam opem adferre poſſumus. Valde arridet adhuc conjectura noſtra prior, qua legebamus,

Nimirũ Oceano ſe oſtendit Noctifer imbre. Nam vetus ſcriptura *hoceos*, videtur eſſe hoceãos', id eſt, Oceano 'ſe. Oceanus imber, ut Oceanum mare. Sic Ennius dixit imber Neptuni, pro mari.

--- ratibusque fremebat Imber Neptuni, id eſt, aqua marina.

Noctifer) Calpurnius:

Frigidus æſtivas impellit Noctifer horas.

Canent quo vincere par eſt) Ineptiſſime. cui lectioni depravandæ non poſtremus audaciam ſuam contulit Avantius, ut jam in multis fecit. vetus ſcriptura erat:

--- cavent quo viſere parent.

Neque hic mihi ſuppetit conjectura, quæ explicat animum meum.

Nec

Non facilis nobis, æquales, palma parata eſt.
Aſpicite, innuptæ, ſecum ut meditata requirunt.
Non fruſtra meditantur. habent memorabile quod ſit
Nos alio mentes, alio diviſimus aures:
Jure igitur vincemur. AMAT victoria curam.
Quare nunc animos ſaltem committite veſtros.
Dicere jam incipient, jam reſpondere decebit:
Hymen o Hymenæe Hymen ades o Hymenæe.
Heſpere, qui cælo fertur crudelior ignis?
Qui natam poſſis complexu avellere matris,
Complexu matris retinentem avellere natam,
Et juveni ardenti caſtam donare puellam.
Quid faciant hoſtes capta crudelius urbe?
Hymen o Hymenæe Hymen ades o Hymenæe.
Heſpere, qui cælo lucet jucundior ignis?
Qui deſponſa tua firmes connubia flamma.
Quod pepigere viri pepigerunt ante parentes,
Nec junxere prius, quam ſe tuus extulit ardor.
Quid datur a Divis felici optatius hora?
Hymen o Hymenæe Hymen ades o Hymenæe.
Heſperus e nobis æquales abſtulit unam.
* *
Namque tuo adventu vigilat cuſtodia ſemper.
Nocte latent fures, quos idem ſæpe revertens

Veſpere

J. SCALIGER.

Nec mirum tota) Abeſt hic verſiculus a noſtro libro. Et profecto nullam bonam ſententiam concipit.

Heſpere, qui cælo fertur) *Fertur* de aſtro dixit, quemadmodum Aratus ſemper, ut, ϑεῶν ὑπὸ ποσὶ φορεῖται.

Heſperus a nobis] Deſunt poſt hunc verſiculum. Id ſine ope melioris codicis explere non poſſumus.

Veſpere

Veſpere mutato comprendis nomine eoſdem.
At lubet innuptis ficto te carpere queſtu.
Quid tum ſi carpunt, tacita quod mente requirunt?
Hymen o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.
Ut flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optavere puellæ:
Idem cum tenui carptus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nullæ optavere puellæ:
Sic virgo, dum intacta manet, tum cara ſuis. ſed
Cum caſtum amiſit polluto corpore florem,
Nec pueris jucunda manet, nec cara puellis.
Hymen o Hymenæe Hymen ades o Hymenæe.
Ut vidua in nudo vitis quę naſcitur arvo,
Nunquam ſe extollit, nunquam mitē educat uvam.
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus,
Jam jam contingit ſummum radice flagellum:
Hanc nulli agricolæ, nulli accoluere juvenci:
At ſi forte eadem eſt ulmo conjuncta marito,
Multi illam agricolæ, multi accoluere juvenci:
Sic virgo, dum intacta manet, tum inculta ſeneſcit:
Cum par connubium maturo tempore adepta eſt,
Cara viro magis, & minus eſt inviſa parenti.
Hymen o Hymenæe Hymen ades o Hymenæe. At

J. SCALIGER.

Veſpere mutato) Lege, ut in veteri ſcriptura eſt: *Heſpere* vocandi caſu.

Tacita quod mente requirunt] QVOD non legebatur in noſtro, ſed QVEM. & melius. At juvenes illi apud Callimachum citante Olympiodoro primo Commentario in Meteora, aliter ac diverſe ab his puellis faciunt.

αὐτ᾽ μὲν φιλέουσ᾽ αὐτοὶ δέ τι πεφρίκασι
ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀποστυγέουσιν
ἑῷον.

Contra puellæ in Ciri Virgiliana, divino poëmate:

Quem pavida alternis fugiunt, optantque puellæ.
Heſperium fugitant, cupiunt ardeſcere ſolem.

Seneca in Medea facit cum Callimacho:

Et tu, quæ gemini pravia temporis
Tarde, Stella, redis ſemper amantibus.
Te matres avidæ, te cupiunt nurus
Quam primum radios ſpargere lucidos.

At tu ne pugna cum tali conjuge virgo.
Non æquum eſt pugnare, pater cui tradidit ipſe.
Ipſe pater cum matre, quibus parere neceſſe eſt.
Virginitas non tota tua eſt: ex parte parentum eſt;
Tertia pars patri data, pars data tertia matri,
Tertia ſola tua eſt. noli pugnare duobus,
Qui genero ſua jura ſimul cum dote dederunt:
Hymen o Hymenæe Hymen ades o Hymenæe.

De Aty. LXIIII.

Super alta vectus Atys celeri rate maria,
Phrygium nemus citato cupide pede tetigit,
Adiitque opaca ſilvis redimita loca Deæ.
Stimulatus ubi furenti rabie, vagus animi,
Devoluit ille acuto ſibi pondera ſilice. Ita-

J. SCALIGER.

Super alta vectus Attys) In noſtro ſcripto titulus legebatur: *De Attine furore percito.* Et ſane ita legitur apud Macrobium & in veteri inſcriptione Hiſpana.

M. BADIVS. MONO
ET. CORNELIVS. SILV
TEMPLVM T. MA
ATTHIN. DE. S. P

Nam Ἄττιν, Ἄττινος: & Ἄττυς, ἄττυος: ut Φόρκυν, Φόρκυνος: & Φόρκυς, Φόρκυος: Nero enim dixit — *Berecynthius Attin*, Perſius irridens verſum Neronis: *Claudere ſic didicit verſum Berecynthius Attin.* Dio de Nerone: ἐκιθαρῴδησεν ἄττιν τινά, ἢ βάκχας. Lege: ἐκιθαρῴδησεν ἀττίνας, ἢ βάκχας. Quibus etiam explicatur ſequens verſus Neronis apud eundem Perſium:

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Nam inde cognoſcimus eſſe verſiculum Neronis.

Stimulatus ut furenti) Melius noſter liber, *ſtimulatus ubi furenti.* At ſecundo verſu VT, quod legitur, omnem ſententiam perturbat. Itaque deleo, quanquam legitur apud Terentianum Maurum. Sed, ut dixi, inſultum eſt.

Devoluit lactos) Noſter. *illectas.* alii, *illactas.* quæ propius ad germanam lectionem accedunt. Legendum enim ſine ullo dubio:

Devoluit ill' acuta ſibi pondera ſilice.

Hic ſynalœphen notaverat doctus librarius in Codice Gallicano: quod genus plures ita temporibus Catulli perſcribebantur, ut auctor eſt Cicero libris de oratore. Quare, ignoratio hujus ſynalœphæ alios loces veterum depravavit: ut illud in Jambo Dei hortorum: *Agellulum hunc, ſiniſtra tute quem vides.* Nam ſcriptum fuerat, *ſiniſterante*, pro *ſiniſtra ante.* quod tam verum, quam falſum quod vulgo editum, ubi ultima in *ſiniſtra* eſt longa. *Acuta ſilice* protulit feminino. Virgilius: — *ab ſilice in nuda connixa reliquit.* *Illa pondera* quod dixit, non cuivis ſtatim obvium eſt. In rebus, quas nominare pudor non ſinebat, ſemper hoc pronomine ILLE utebantur. Supra:

Hi

Itaque ut relicta ſenſit ſibi membra ſine viro,
Etiam recente terræ ſola ſanguine maculans,
Niveis citata cepit manibus leve typanum,
Typanum, tubam, Cybebe, tua mater initia:
Quatienſque terga tauri teneris cava digitis,
Canere hæc ſuis adorta eſt tremebunda comitibus.
Agite: ite ad alta Gallæ Cybebes nemora ſimul,
Simul ite Dindymenæ dominæ vaga pecora,
Aliena quæ petentes, velut exules, loca
Sectam meam executæ duce me, mihi comites
Rapidum ſalum tuliſtis, truculentaque pelagi,

J. SCALIGER.

Ibi illa multa tam jocoſa fiebant. Infra:
Et quirendum unde unde foret nervoſius illud.

Sed clarius Arnobius: *Priapum circumferentem res illas præliorum ſemper expeditioni paratas.* Itali in ſuo idiotiſmo dicunt, *El cotale: Devoluit* autem legendum ex illius ſcripturæ auctoritate. Hoc eſt in terram projecit. Qui vero antea legebant *ille*, non *illa*, quomodo Latine loqui Catullum intelligunt, ipſi viderint. Non enim, opinor, Catullus dixiſſet, Atys, ille devoluit, ſed: Atys devoluit.

Membra ſine viro] Arnobius, quum de Acti loqueretur, ita etiam loquutus eſt. In quo ſequutus Græcorum morem dicendi, qui viros exectos ἠνδρογυνωμένους vocant. Sextus Empiricus: κρόνος τὸν πατέρα ἠνδρογύνωσε. Hieronymus ad Gerontiam: *Hierophanta apud Athenas evirat virum.*

Manibus leve tympanum) Et hic, & in ſequenti verſiculo legendum ſine conſonante, *Typanum*, ut apud Homerum:

ἢ κροτάλων, τυπάνων τ' ἰαχὴ, σύν τε βρόμος αὐλῶν. Apollonius:

ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται.

Sic infra *Didymi*, non *Dindymi*:

Dea, magna Dea, Cybele, Didymi Dea domina.

Tua, mater, initia] Non hic ſacra, ſed plane crepundia. Apuleius in Apologetico: *Etiamne cuiquam mirum videri poteſt, cui ſit ulla memoria religionis, hominem tot myſteriis Deum conſcium, quædam ſacrorum crepundia domi adſervare?* Nam tuba, & tympanum ſunt crepundia Cybeles, quum adhuc in cunis eſſet, ut Bacchi κῶνος καὶ ῥόμβος, καὶ παίγνια καμπεσίγυια. παίγνια, crepundia, initia. Sic Pindarus in Hyporchemate vocat κατάρχας.

Σοὶ μὲν κατάρχειν, μᾶτερ, πάρα
Μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐν δὲ κεχλάδειν κρόταλα, ...)κρις,
αἰθομένα τε δαῒς ὑπὸ ξανθαῖσι πεύ-

Hic locus apud Strabonum libro x. corrupte legitur.

Truculentaque pelagi] Horat. -- *acuta belli.* Propert,

Sæpe ego multa tuæ levitatis dura timebam.

Alii tamen Græca inflexione legunt, *pelage.* ut apud Lucretium -- *pelageque ſonora.* Utrum melius neſcio: utrunque ſane mihi probatur.

Et corpus eviraſtis Veneris nimio odio.
Hilarate excitatis erroribus animum.
Mora tarda mente cedat: ſimul ite, ſequimini
Phrygiam ad domum, Cybebes Phrygia ad nemora
Deæ;
Ubi cymbalum ſonat vox, ubi tympana reboant.
Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo,
Ubi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ,
Ubi ſacra ſancta acutis ululatibus agitant,
Ubi ſuevit illa Divæ volitare vaga cohors,
Quo nos decet citatis celerare tripudiis.
Simul hæc comitibus Atys cecinit nova mulier,
Thiaſus repente linguis trepidantibus ululat,
Leve tympanum remugit, cava cymbala recrepant,
Viridem citus adit Idam properante pede chorus.
Furibunda ſimul, anhelans, vaga vadit, animo egens,
Comitata tympano Atys, per opaca nemora dux,
Veluti juvenca vitans onus indomita jugi.
Rapidæ ducem ſequuntur Gallæ pede propero.
Itaque ut domum Cybebe tetigere laſſulæ,
Nimio e labore ſomnum capiunt ſine Cerere.
Piger his labantes languore oculos ſopor operit,
Abit in quiete molli rabidi furor animi.
Sed ubi oris aurei Sol radiantibus oculis
Luſtravit æthera album, ſola dura, mare ferum,
Pepulitque noctis umbras vegetis ſonipedibus,

Ibi

J. SCALIGER.

Celerare tripudiis) Noſter liber *celebrare*. quod germanum Catullianum puto: Sic celebrem gradum pro celeri dicebant. Attius Ægyſtho:

Celebri gradu greſſu ad celeraviſſe addecet.

Nova mulier) Sic in noſtro; non NOTHA ut in Aldino.

Onus indomita jugi) Hoc fecerunt docti viri ex veteri ſcriptura JVCI. C pro G. ut ſæpe jam docuimus, ut ſupra, *juncler*, *macus*.

Anim

Ibi ſomnus excitum Atyn fugiens citus abiit:
Fugientem eum recepit Dea Paſithea ſinu.
Ita de quiete molli rabida ſine rabie,
Simul ipſa pectore Atys ſua facta recoluit.
Liquidaque mente vidit ſine quis, ubique foret;
Animo æſtuante rurſus reditum ad vada retulit.
Ibi maria vaſta viſens lacrymantibus oculis;
Patriam adlocuta eſt ita voce mæſta miſeriter.
Patria o mea creatrix, patria o mea genetrix,
Ego quam miſer relinquens, dominos ut herifugæ
Famuli ſolent, ad Idæ retuli nemora pedem,
Ut apud nivem, & ferarum gelida ſtabula forem,
Et earum omnia adirem furibunda latibula:
Ubinam, aut quibus locis te poſitam patria rear?
Cupit ipſa pupula ad te ſibi dirigere aciem,
Rabie fera carens dum breve tempus animus eſt.
Egone a mea remota hæc ferar in nemora domo?
Patria, bonis, amicis genitoribus abero?
Abero foro, palæſtra, ſtadio, & gymnaſiis?
Miſer, ah miſer, querendum eſt etiam, atque etiam
animc.

J. SCALIGER.

Animo æſtuante rurſus) In noſtro, *uſum*, non *rurſus*. Quæ ſunt veſtigia priſcæ ſcripturæ olim extantia in exemplari Gallicano. Nam priſco & Archaico more ſcriptum erat *rusum*, pro *rurſum*. Quam lectionem veteres excuſi retinent, in quibus legitur: *Animo æſtuantur uſum reditum i. n, t.*

Patriam adlocuta] Pro *mæſta* quidem libri habuerunt *majeſtas*. quod nihil aliud eſt quam priſcus mos ſcribendi. maiſtus pro mæſtus, ut Æmilius pro Æmilius. Sic infra *nainia* pro *nænia*. unde fecerāt *janua*.

Dominos ut herifugæ famuli) Idem expoſtulat tiam extulit Pindarus Pythionicarum quarto carmine. ὁ γὰρ καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει. εὖ νιν ἔγνωκε. θεράπων δ' οἱ οὐ δράστας ὀπαδεῖ.

Ut apud nivem & ferarum) τὸ NIVEM commentum eſt correctorum. noſter liber liquido habet, *Ut apud, miſer, ferarum* quod retinemus. Interjectum illud *miſer* σχετλιαστικὸς, ut τάλας, & τλήμων apud Tragicos Græcos.

Et omnia earum) Legendum, *Et ut omnia earum adirem*. Ita enim ratio verſus poſtulat.

Quod

Quod enim genus figuræ eſt ego quod non habuerim?
Ego mulier, ego adoleſcens, ego ephebus, ego puer,
Ego gymnaſii fui flos, ego eram decus olei:
Mihi januæ frequentes, mihi limina tepida,
Mihi floridis corollis redimita domus erat,
Linquendum ubi eſſet orto mihi Sole cubiculum.
Egone Deum miniſtra, & Cybeles famula ferar?
Ego Mænas, ego mei pars, ego vir ſterilis ero?
Ego viridis algida Idæ nive amicta loca colam?
Ubi cerva ſilvicultrix, ubi aper nemorivagus?
Ego vitam agam ſub altis Phrygiæ columinibus?
Jam jam dolet, quod egi, jam jamque pænitet.
Roſeis ut huic labellis palans ſonitus abiit,

J. SCALIGER.

Quod enim genus figura eſt) Verſus etiam in manuſcripto corruptiſſimus. Et tamen nemo hactenus, quod ſciam, ne de mendo quidem admonuit. Legendum vero: *Quod enim genus figura eſt, ego non quod habuerim?* Sequentia, ut alia taceam, & conjecturam noſtram probant, & quid velit poëta, declarant.

Ego mulier) Ne hic quoque ineptiſſimam lectionem odorati ſunt. Quum deploraret mutationem fortunæ ſuæ, inter alia, conquereretur ſe mulierem fuiſſe: immo nunc eſt, quod conqueratur, ſe eſſe. Sed, quia jam certiſſime conſtat, depravatum locum eſſe; non dubium quin legendum ſit, *Ego puber, ego adoleſcens*. Vide quid in Feſtum annotavimus. Ibi enim, ſi bene memini, hunc locum attigimus.

Mihi limina tepida] Tepida limina, frequentia. Sic Virgilius & alii poetæ vias & litora fervere populo dicunt. Contra Perſius -- *ne majorum tibi forte limina frigeſcant*. id eſt, ne parum teras veterum ſcripta.

Nive amicta loca colam) Nihil muto. Vereor tamen ne commentitia ſit hæc lectio. Nam, quæ in noſtro ſcripto eſt, valde mihi probatur. Eſt autem hæc:

Ego viridis algida Ida neamicta loca colam.

Neamicta, ut nemancupi, nefunera, neſapus, hoc eſt non ſapiens. Qu. Terentius Scaurus: *Nam*, inquit, NE *pro* NON *poſitum eſt apud antiquos, ut Nefrendes porcos, qui fabam frendere non poſſunt: Neſapus, qui non ſapit*, &c.

Phrygia columinibus) Male Turnebus columna hic interpretatur arbores. Caveſis illi fidem haberis.

Palam ſonitus abit) Lege, *palans ſonitus abiit*.

Geminas Deorum ad aureis nova nuntia referens,
Ibi juncta juga reſolvens Cybele leonibus,
Lævumque pecoris hoſtem ſtimulans, ita loquitur.
Agedum, inquit, age ferox, hunc agedum aggrede-
re furor,
Face, ut hinc furoris ictu reditum in nemora ferat,
Mea libere nimis qui fugere imperia cupit,
Age cæde terga cauda, tua verbera patere.
Face, cuncta mugienti fremitu loca retonent.
Rutilam ferox toroſa cervice quate jubam.
Ait hæc minax Cybebe, religatque juga manu.
Ferus ipſe ſeſe adhortans rapidum incitat animum,
Vadit, fremit, refringit virgulta pede vago.
At ubi ultima albicantis loca litoris adiit,

Tene-

J. SCALIGER.

Geminas deorum ad auris] Corruptus verſiculus. &, quod non leve eſt, loco ſuo motus. Quæ tranſpoſitio illi has mendas creavit. Totus igitur locus ita legendus:

Roſeis ut huic labellis palam ſonitus abiit
Ibi juncta juga reſolvens Cybele leonibus,
Geminas eorum ad auris nova nunciat ferens,
Lævumque pecoris hoſtem ſtimulans ita loquitur.

Vides & ordini ſuo & integritati hunc locum reſtitutum. Geminas aures ut olim monuimus, etiam dixit Virgilius Culice: vide quæ in eum locum notavimus. Non interpretabor verba Catulli, quæ ipſa per ſe clara ſunt.

Agedum, inquit,) Hæc omnia interpolata ſunt ab iis, quibus nimis otii ſupererat ab re ſua. Et liber noſter, & priſcæ editiones ita habent:

Agedum, inquit, age ferox, fac ut hunc furoribus,
Fac ut hunc furoris ictu reditum in nemora ferat.

Parum licentiæ in illis emendandis ab æquo lectore peto. Ita enim ſcripſit Catullus:

Agedum, inquit, age ferox, i. face ut hinc furoribus,
Face ut hinc furoris ictu reditum in nemora ferat.

Quę omnia concitatum animum, ac contentam ἐμοχλίῳ exprimunt.

Mea libere) Aliquantum variat ſcriptura in noſtro. *Mea libera nimis qui* Profecto legendum: *Mea liber ah nimis qui. A* pro *Ah*, ut jam monuimus, ſemper in hoc libro ſcriptum fuit.

Tua verbera patere) Sic recte docti viri ex ſcriptura corrupta, *tua utrumvera patere.* quia ſcilicet Gallicanum exemplar habuerat *ververa*, ut non ſemel in Pandectis Florentinis ſcriptum fuit. Eſt autem ad verbum ex Homero:

οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν
μαστίεται, ἑὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.

Dea

Tenerumque vidit Atyn prope marmora pelagi,
Facit impetum. ille demens fugit in nemora fera.
Ibi ſemper omne vitæ ſpatium famula fuit.
Dea magna, Dea Cybele Didymi, Dea domina,
Procul a mea tuus ſit furor omnis, hera, domo:
Alios age incitatos, alios age rabidos.

DE NVPTIIS PELEI *& Thetidos* LXV.

PELIACO quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per undas
Phaſidos ad fluctus, & fines Æeteos:
Cum lecti juvenes, Argivæ robora pubis,
Auratam optantes Colchis avertere pellem,
Auſi ſunt vada ſalſa cita decurrere puppi,
Cærula verrentes abiegnis æquora palmis:
Diva quibus retinens in ſummis urbibus arces,
Ipſa levi fecit volitantem flamine currum,
Pinea conjungens inflexæ texta carinæ.

Illa

J. SCALIGER.

Dea domina Dindymi] Tranſpoſita a Correctoribus. Lege: *Dea, magna Dea, Cybele, Didymi, Dea, domina. Didymi* ſine *n.* ſupra *typanum.* Martialis:

Quales nec Didymi ſciant puellæ.

Peliaco quondam] Epithalamium Pelei & Thetis ſcripſit exemplo Heſiodi τῶ ἐπιθαλαμίω εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν γεγραμμένω, inquiunt Græcorum magiſtri, qui ex illo poëmate hæc adducunt:

τρὶς μάκαρ Αἰακίδη καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ,
ὃς τοῖσδ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις.

Ipſa levi fecit] Ad verbum Apollonius: αὐτὴ γὰρ καὶ νῆα θοὴν κάμε -- Sed Argus Areſtorides eam fecit Ἀθηναίης ὑποθημοσύνῃσιν. Nam Argū πανόπτην male Areſtoridea vocat Ovidius, quum Argus Areſtorides fuerit faber Argus navis, Argus autem πανόπτης cuſtos Ius erat filius Agenoris.

Texta carina) Texere naves veteres dicebant, a quo locus, quo naves fabricantur, Textrinum dicebatur, auctor Servius in ſchedis nondum vulgaris. Ennius:

Idem campus habet textrinum navibu' longis.

hoc eſt, ναυπήγιον. τὰ ὕφη νεώς dixit Archimelus poëta in navem Ieronis.

ἄστρων γὰρ ψαύει καρχήσια, καὶ τριελίκτους
θώρακας μεγάλων ἐντὸς ἔχει νεφέων.

Malo

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten.
Quæ ſimul ac roſtro ventoſum proſcidit æquor,
Tortaque remigio ſpumis incanuit unda,
Emerſere feri canenti e gurgite vultus,
Æquoreæ monſtrum Nereides admirantes.
Illaque, atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore Nymphas,
Nutricum tenus extantes e gurgite cano.
Tum Thetidis Peleus incenſus fertur amore:
Tum Thetis humanos non deſpexit Hymenæos:
Tum Thetidi pater ipſe jugandum Pelea ſenſit.
O nimis optato ſæclorum tempore nati.
Heroës ſalvete. Deum genus: o bona mater:
Vos ego ſæpe meo vos carmine compellabo.
Teque adeo eximie tædis felicibus aucte
Emathiæ columen Peleu, cui Jupiter ipſe,
Ipſe ſuos Divum genitor conceſſit amores.
Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?

Tene

J. SCALIGER.

Male enim apud Athenæum νεφίων. Ovidius:

Texitur & coſtis panda carina ſuis.

Silius:

Flumineam texit, qua tranſvehat agmina, claſſem.

Panegyriſtes ad Maximianum: *ut navalia texerentur, ut trabes caderentur.* dixit navalia pro navibus. Silius lib. XI.

Æratas juſſi texamus mille carinas.

Nutricum tenus) Eleganter ſane. ſed mirum in noſtro liquide ſcriptum, *Jam crurum tenus.* Atqui Avantius hoc ſe dicit in ſuo reperiſſe: quem omnes editiones ſecutæ ſunt, imo & libri, qui ante hos centum annos ſcripti ſunt, habent *Nutricum.*

VARIORUM.

Illaque atque alia luce.) An die nuptiarum Pelei Thetis nuda viſa? An legend. *Haudque.* ut ſenſus ſit: Illo tantum die, nec ullo alio hominum oculi viderunt Nereidas ſine veſte & nube, eminentes e mari mammarum tenus. Ea ſane lectio probatur Ant. Sabellico in annot. in var. Anth. *Paſſ.*

Teque adeo eximie) Haud placet nobis Mureti expoſitio ſuper vocem, *Eximie:* i. *cum alios heroas compellabo, tum te, o Peleu, eximie, ac præter cæteros.* Mihi enim adverbialiter poſitum accipi id ipſum, melius æquiusque videtur. & *Tedis felicibus* conjungi; quod ſi admittant Critici, inducendum erit comma ante τὸ *Tædis,* reſcribendumque hoc modo:

Teque adeo, eximie tædis felicibus aucte. *Dousa F.*

Graja-

Tene ſuam Tethys conceſſit ducere neptem?
Oceanusque mari totum qui amplectitur orbem?
Quæ ſimul optatæ finito tempore luces
Advenere, domum conventu tota frequentat
Theſſalia, oppletur lætanti regia cœtu.
Dona ferunt præ ſe, declarant gaudia vultu.
Deſeritur Scyros, linquunt Phtiotica Tempe,
Grajugenasque domos, ac mœnia Lariſſæa.
Pharſalum coëunt, Pharſalia tecta frequentant:

Rura

J. SCALIGER.

Grajugenasque domos & mœnia Lariſſea) Ita omnino habet noſter codex, quod cur mutem, non habeo, quanquam *Grajugenumque domos*, non *Grajugenas* ſcribendum eſt. Quos Græci Ἕλληνας vocant, eos Latine Grajos dicimus. At Ἕλληνες proprie dicti ſunt, qui in ea Theſſaliæ parte, ubi eſt Lariſſa, habitarunt. Strabo libro octavo: ἀπολλόδωρος μόνους τοὺς ἐν Θετταλίᾳ καλεῖσθαί φησιν Ἕλληνας. Quæ de Grannone etiam ante eruditiſſimum P. Victorium dicta ſunt, ea ſcimus a mente Catulli abhorrere.

Pharſaliam coëunt) Manifeſto legendum *Pharſalon coëunt*. Lucanus:

Emathis æquorei regnũ Pharſalos Achillis.

Nam ſyllaba aliter repugnat. & in eo oppido nuptiæ Thetidis celebratæ ſunt. unde Thetideon vocatum eſt. Euripides Andromacha:

φθίας δὲ τῆσδε καὶ πόλεως φαρσαλίας
σύγχορτα ναίω πεδί' ἵν' ἡ θαλασσία
πηλεῖ ξυνῴκει χωρὶς ἀνθρώπων θέτις.
φεύγουσ' ὅμιλον. θεσσαλὸς δέ νιν λεὼς
θετίδειον αὐδᾷ, θεᾶς χάριν νυμφευμάτων.
ἔνθ' οἶκον ἔσχε τόνδε παῖς ἀχιλλέως.

Poëtica autem circumlocutione πόλιν φαρσαλίαν pro Pharſalo ipſo, ut Varro Meliam, Chiam inſulam, pro Melo, Chio. Et fortaſſe *Pharſalica tecta*, aut *Pharſali tecta* melius legeretur. Vulgarem lectionem non male tueri poſſumus, ſi licentiam hanc Poetæ concedamus. Sic in eodem verſu eandem ſyllabam producere & corripere non raro ſolebant veteres. Lucretius:

Craſſaque pugnabant liquidis, & liquida craſſis.

Theocritus – τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Horatius:

Me fabuloſæ vulture in Apulo,
Altricis extra limen Apuliæ.

Notum illud Martialis:

Dicunt Earinon tamen poëtæ.
Sed Græci quibus eſt nihil negatum,
Et quos ΑΡΕϹ ΑΡΕϹ *dicet ſonare.*

Lucillius libro nono:

A primum eſt. hinc incipiam, & quæ nomina ab hoc ſunt.
A primũ longibrevi ſyllaba. nos tamẽ unũ
Hoc faciemus, & uno eodem, ut dicimu', pacto
Scribemus pacem, placide, Janum, aridum acetum.
Apec, Apec Græci ut faciunt –

VARIORUM.

Grajugenasque domos) Petrus Victorius ex conjectura, *Granonisque domos*, legit, cap. ult. lib. 20. Sunt enim Crannonii ſive Grannonii in Theſſalia, apud Strab. lib. 8. Et κραννώνιον πέδιον, commemorat Callimachus in hymnis: & Cic 2. de orat. *Cum cœnarat Crannone in Theſſalia Simonides*. Veteres libri *Critonisque* ſive *Gritonis*. Grytona urbem commemorat Apollonius. lib. 1, *Paſſeratius.*

Conchy-

Rura colit nemo: molleſcunt colla juvencis:
Non humilis curvis purgatur vinea raſtris:
Non glebam prono convellit vomere taurus:
Non falx attenuat frondatorum arboris umbram:
Squalida deſertis robigo infertur aratris.
Ipſius at ſedes, quacunque opulenta receſſit
Regia, fulgenti ſplendent auro, atque argento:
Candet ebur ſoliis: conlucent pocula menſis:
Tota domus gaudet regali ſplendida gaza.
Pulvinar vero Divæ geniale locatur
Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco.
Hæc veſtis priſcis hominum variata figuris,
Heroum mira virtutes indicat arte.

Namque

J. SCALIGER.

Conchylis purpura) Si vera eſt lectio hæc, conchylis eſt κογχυλὶς, κογχυλίδος. Vetus tamen ſcriptura præfert *conchyli*, non *conchylis*. Sic Serenus: *Purpura torretur conchyli perlita fuco*. Credo igitur *conchyli* legendum.

Heroum mira virtutes) Heroum virtutes ἀρχαϊκῶς dictum pro heroibus ipſis, ut *virtus Catonis* Horatio, Homero βίη πελάμοιο. Apollonius: - παλαιγενέων κλέα ἀνδρῶν. hoc eſt Heroas ipſos.

VARIORUM.

Pulvinar.) Notus mos ſternendi thalamos. Hieronym. in epiſt. ad Demet. *Cum jam nuptiarum appropinquaret dies & futuro matrimonio thalamus pararetur*, &c. Apul lib. x. *Et jam thorus genialis ſcilicet noſter futurus, accuratiſſime deſternebatur lectus Indica teſtudine pellucidus, plumea congerie tumidus, veſte ſerica floridus.* Atque iſte *Genialis lectus* dicebatur. Serv. Æn. VI. *Geniales (lecti) proprie dicuntur, qui ſternuntur puellis nubentibus.* Sternebatur autem in honorem Genii, qui natalis mariti præſes. Feſt. *Genialis lectus, qui nuptiis ſternitur in honorem Genii.* Meurſius.

Hac veſtis.) *Catullus vero*, inquit Sebaſtianus Corradus, *quamvis doctus quaſi cognomento dicatur, in ea re tamen reprehendi ſolet, quod ad Theſei & Ariadnes fabulam digrediatur ita, ut propoſiti oblitus eſſe videatur, & mehercule in ea digreſſione ita multus eſt, ut vix defendi poſſit; niſi dicat aliquis, illum poëtas Lyricos eſſe imitatum, qui quum neque gravia, neque magna, ſed amores, cantus, & alia id genus profitentur, longius evagare poſſunt: ut Pindarus non ſæpe modo ſed ſemper fere facit, & præſertim in Pythiis, ubi quum Arceſilaum pro Demophilo rogare conſtituiſſet, a re tamen ad nautas longiſſime diſcedit.* Recte profecto Corradus. Nam oratorum quidem eſt celerius regredi ad propoſitum, quia imprimis iis propoſitum eſt docere: eoque digrediendi pauſam faciunt, ubi exiſtimant auditorem ſatis eſſe delectatione perfuſum. Longe vero ſecus comparatum eſt cum Poëtis, cum hi vix aliud quam delectationem ſpectent. Quin ſæpe

ne

Namque fluentiſono proſpectans litore Diæ
Theſea cedentem in celeri cum claſſe tuetur
Indomitos in corde gerens Adriadna furores:
Nec dum etiam ſeſeque tum ſui tum credidit eſſe
Utpote fallaci quæ tum primum excita ſomno
Deſertam in ſola miſeram ſe cernit arena.
Immemor at juvenis fugiens pellit vada remis,
Irrita ventoſæ linquens promiſſa procellæ:
Quem procul ex alga mæſtis Minois ocellis,
Saxea ut effigies bacchantis proſpicit Evoe:
Proſpicit, & magnis curarum fluctuat undis,
Non flavo retinens ſubtilem vertice mitram,

Non

ne quidem hos uti epanodo, indicio eſt Maro, qui I. Georg. occaſione arrepta ex Solis indiciis, digreſſionem facit de morte Cæſaris, eaque librum claudit. Id ipſum quoque comprobat Horat. lib. III. od. III. de Mercur. qua arrepta occaſione e fabula de filiarum Danaï ſupplicio, digreditur ad Lyden puellam, atque eam ſimiles ait pœnas manere, ſi porro contumax eſſe pergat. *Voſſius.*

J. SCALIGER.

Nec dum etiam ſeſeque ſui tum credidit eſſe) Ultima pars hujus verſiculi conficta eſt a correctoribus. Nam vetus ſcriptura ita concepta eſt in noſtro libro: *Nec dum etiam ſeſeque ſui cui -- credet.* Puto minorem lacunam relinquendam, ſed minimo labore legi poſſe:

Nec dum etiam ſeſe qua ſit vix & ſibi credit.

Nam *credet* haud dubie pro *credit* poſitum eſt. ut ſupra, *acquieſces* pro *acquieſcit.* ſcriptum fuerat: *Necdum etiam ſeſe quo ſit viſcet ſivi credet.* Ex quo formata eſt illa quorundam ſcriptorum librorum lectio: *Nec dum etiam ſeſe quæ ſui tui ſe credet.* Parum puto me a veræ lectionis veſtigiis diſceſſiſſe.

Bacchantis proſpicit evoe) βακχευούσης εὐοῖ, id eſt, τῆς εὐαζούσης. Nam *Evoë* hic non eſt nomen, quod putavit Parthenius, & fortaſſe doctiores illo credere potuerunt.

VARIORUM.

Mitram.) Mitram dici ajunt a dictione μίτον, id eſt, *filum.* Mitra, inquit Heſychius, *ænea lamina diadema*, hoc eſt, *faſcia, zona, thorax tænia.* Addit Suidas, *μίτρας eſſe zonas, & indutum purpureum, & Laconicos peplos*, ac talia cujuſmodi eſt ὁ περιτραχήλιος κόσμος, *ornatus qui cervicem circumdat.* Primum diſcimus Mitram eſſe ornamentum, ſeu redimiculum capitis muliebris. Herod. lib. I. Hujus mitræ frequens mentio apud Auctores: Catul. hic Achil. Tatius. lib. III. Parthen. in Polyer. θ. Solinus ait c. XXXVI. *Arabas geſtare capita mitrata & redimita.* Huic mitræ affinis fuit illa, cui apud Pollucem nomen στλεγγίς, quod ait eſſε δέρμα κεχρυσωμένον, ὃ περὶ τὴν κεφαλὴν φοροῦσι; nempe γυναῖκες, *pellem deauratam, quam circa caput ferunt mulieres.* Quia muliebribus mitris, plerumque

Non conteɦa levi velatum pectus amictu,
Non tereti ſtrophio lactentis vincta papillas.
Omnia quæ toto delapſa e corpore paſſim
Ipſius ante pedes fluctus ſalis alludebant.
Sed neque tum mitræ, neque tum fluitantis amictus
Illa vicem curans, toto ex te pectore Theſeu,
Toto animo, tota pendebat perdita mente,
A miſera, aſſiduis quam luctubus externavit
Spinoſas Erycina ferens in pectore curas.
Illa tempeſtate ferox, & tempore Theſeus
Egreſſus curvis e litoribus Piræi,
Attigit injuſti regis Gortynia tecta.

Non

rumque adduntur flores; eas vocarunt πολυανθέμους; *floridas, florentes, corollis & coronis inſignes.* Et αἰολομίτρους vocarunt ποικίλην μίτραν ἔχουσας. Interdum *mitra* eſt corona plexa e faſciis. In uſu tamen eſt ut omnis corona vocetur μίτρα, inquit author Etymologici. Quandoque hæc dictio ſignificat laminam ferri. Homer. Iliad. δ. Fuit quoque mitra faſcia ſeu lamina quæ pectus muliebre tuebatur, qualis illa, in quam Medea condidit φάρμακον ἀντιμήνιδον. Apollon. Rhod. III. &c. fuſe Carol. Paſchal Coronar. lib. IV. c. XX. & XXI.

J. SCALIGER.

Non tereti ſtrophio) Fugit Iſidorum memoria, qui hæc ex Cinna adducat.

Tota pendebat perdita mente) Hic emendatius legitur in noſtro manu ſcripto: -- *toto te pectore, Theſeu,*
Toto animo, tota pendebat perdita mente.
Ita ergo reponito.

Gortinia tecta) Noſter liber *templa*. Quod ἀρχαϊκῶς dictum ab illo. nam omnia loca templa vocabant veteres. Vide Varronem.

VARIORUM.

Strophio.) Nonius: *Strophium eſt faſcia brevis quæ virginalem tumorem cohibet papillarum.* Turpil. Phil. *Me miſeram quid agam? inter vias epiſtola excidit mihi, infelix inter tunicam ac ſtrophium quam collocaveram.* ut inter aurea ornamenta referam ſuadet Iſidorus: is enim, lib. XIX. c. XXXIII. *Strophium*, inquit, *eſt cingulum aureum cum gemmis*, *de quo ait Cinna*: *Strophio lactantes cincta* (ſcribo cum Douſa F. Catull. *vincta*) *papillas. & Prudentius: nomen hoc gemmæ Strophio illigatâ.* Bernartius.

Lactantes.) Scrib. cum Douſa F. ac vetuſtioribus editionib, *luctantes.* id eſt, quaſi pugnãtes ac repellentes ſtrophium: ſeu *ſororiantes*; ita dicuntur cum intumeſcunt. *Fratriare* puerorum eſt, Feſtus. Plaut. *Frivolaria: Tunc papilla primulum fraterculabant, illud volui dicere ſororiabant.* Eleganter Douſa F. hunc locum ſibi imitandum propoſuit, in hoc epigram. *Fraterculantes jam mamilla primulum: Illud ſororiantes volui dicere*; & nos ad calcem harum notarum totum epigramma hoc propter venuſtatem & hujus loci dilucidationem dabimus ex autographo ipſiusmet nobiliſſimi authoris; cujus opera poëtica manu authoris paſſim correcta, ad manus noſtras pervenerunt.

Nam perhibent olim crudeli peſte coactam
Androgeoneæ pœnas exoluere cædis
Electos juvenes, ſimul & decus innuptarum
Cecropiam ſolitam eſſe dapem dare Minotauro.
Quis auguſta malis cum mœnia vexarentur,
Ipſe ſuum Theſeus pro caris corpus Athenis
Projicere optavit potius, quam talia Cretam
Funera Cecropiæ ne funera portarentur.

Atque

J. SCALIGER.

Androgonea) Recte emendarunt docti viri, quum in libris ſcriptis legeretur *Quom Androgenea* ἀνδρόγεως. ſed quidam fecerunt metaplaſticως ἀνδρογέων. Propertius: *Reſtituit patriis Androgeona focis*. Oraculum autem, quod acceperunt Athenienſes de perſoluenda pœna Androgeoneæ cædis, hujuſmodi eſt Id enim, quia paſſim omnibus obvium non eſt, apponere volui.

Λοιμοῦ, καὶ λιμοῦ τέλος ἔσεται, ἤν περ ἑαυτῶν
Σώματ' ἀπὸ κλήρου ἄρρεν καὶ θῆλυ νέμητε
Μινῳ̈ εἰς ἅλα δῖαν ἀποστείλαντες ἀμοιβὴν
Τῶν ἀδίκων ἔργων. οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

Quis anguſta malis) Noli dubitare, quin legendum ſit *Auguſta*. Perpetuum epithetum mœniorum auguſta: Ennius: *Auguſto augurio poſtquam incluta condita Roma eſt*. Quia igitur auguſto augurio ponuntur mœnia, ob id auguſta dicta. Romane ergo de rebus Græcis loquitur. ut ne addam, quod θεόκτιστον ἄστυ potuit indicare. Nam Minerva cum Neptuno condidit.

Funera Cecropea nefunera) Ita junctim legendum: Græci quibus licet eſſe tam diſertis, poſſunt uno verbo contraria duo ponere. γάμος ἄγαμος. Latini voluerunt exprimere, ut ille poëta apud Ciceronem qui dixit, *innuptis nuptiis*. Ovidius Metamorph. lib. 11.

Ut dedit amplexus, injuſtaque juſta peregit,

Aliquando non poſſunt, ut hic *funera nefunera*, τάφος ἄταφος. Sic aliquando Græci penuria laborant. ut Sophocles dixit γυναῖκες οὐ γυναῖκες. Dio, cui nulla eſt impoſita neceſſitas figurate loquendi, ita pene loquitur. ut quum dicit, διὰ τὴν τῶν σφαγίων οὐ τιμωρίαν. noluit enim dicere ἀτιμωρησίαν. libro quadrageſimo quinto & libro quadrageſimo nono, αἴτιον τῆς οὐ διαλέξεως αὐτοῦ. Aſperum enim fuiſſet, ἀδιαλεξίας. quanquam & ſic nihilominus Græce loqui potuiſſet. Thucydides libro v. κατὰ τὴν οὐκ ἐξουσίαν τῆς ἀγωνίσεως. In primo capite prioris Macabæorum τοῦ ἀσεβοῦς καὶ οὐκ ἀρχιερέως Ἰάσονος.

VARIORUM.

Funera ne funera.) Sic Euripides in Hippolyto πότμον ἄποτμον: in Helena ἔργα ἄνεργα Sophocles in Electra μήτηρ ἀμήτωρ dixit: quæ addi poſſunt iis quæ ad h. l. notarunt Scaliger & Muretus. *Douſa F.*

Pro-

Atque ita nave levi nitens, ac lenibus auris,
Magnanimum ad Minoa venit, ſedesque ſuperbas.
Hunc ſimulac cupido conſpexit lumine virgo
Regia, quam ſuavis exſpirans caſtus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat,
Qualis Eurota progignunt flumina myrtos,
Auravc diſtinctos educit verna colores,
Non prius ex illo flagrantia declinavit
Lumina, quam cuncto concepit pectore flammam
Funditus, atque imis exarſit tota medullis.
Hei miſere exagitans immiti corde furores,
Sancte puer, curis hominum qui gaudia miſces,
Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondoſum,
Qualibus incenſam jactaſtis mente puellam
Fluctibus, in flavo ſæpe hoſpite ſuſpirantem!
Quantos illa tulit languenti corde timores!
Quantum ſæpe magis fulgore expalluit auri!
Cum ſævum cupiens contra contendere monſtrum,

Aut

J. SCALIGER.

Progignunt flumina myrtos) Repone ὑποχαλισμὸν ex veteri ſcriptura *myrtus*. Sic Virgilius in Culice: *Aeria platanus* -- hæc minima, quæ magiſtelli vocant, tanti momenti ſunt, ut ſine illis ne ſeria quidem ſæpenumero tractari poſſint. Exemplum eſto in ſecundo Georgico.

Et ſteriles platani malos geſſere valentes,
Caſtaneæ fagos -- Quid? Caſtaneæ inſeritur fagus? o me hominem vacui capitis, ſi puto hæc ad agricolationem facere, niſi iterum ad chaonias glandes revertamur. Legendum enim profecto: *Caſteneas fagus*. Fagus enim pluraliter, ut hic myrtus, ut in Culice platanus. Sed fortaſſe obiicientur illa Plinii ex libro XV. cap. XVI. *Quippe quum Virgilius inſitam nucibus arbutum, malis platanum, ceraſis ulmum dicat.* Nam hunc locum Virgilii habebat in animo Plinius, ubi vides eum non malum Platano, ſed contra malo Platanum inſeri. Quid ni & eodem modo fagum caſtaneæ? Quis non videt ipſum hallucinatum eſſe; & Virgilium non malo Platanum inſeri, ſed contra ſenſiſſe? Præterea ipſum confudiſſe hunc locum cum alio:

Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſilva
Ut ceraſis ulmiſque --

Quam toto concepit pectore flammam.] Repone *Quam cuncto concepit p. f.* ex veteri libro.

Queque Idalium frondoſum] Lego *frondoſam*. Sic apud Ovidium. *Ilion deſerta.*

Aut mortem oppeteret Theſeus, aut præmia laudis,
Non ingrata, tamen fruſtra, munuſcula Divis
Promittens, tacito ſuſpendit vota labello.
Nam velut in ſummo quatientem brachia Tauro
Quercum, aut conigeram ſudanti cortice pinum
Indomitus turbo contorquens flamine robur
Eruit: illa procul radicibus extirpata
Prona cadit, lateque & cominus obvia frangit:
Sic domito ſævum proſtravit corpore Theſeus,
Nequaquam vanis jactantem cornua ventis:
Inde pedem victor multa cum laude reflexit,
Errabunda regens tenui veſtigia filo,
Ne Labyrintheis e flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſervabilis error.
Sed, quid ego, a primo digreſſus carmine, plura
Commemorem? ut linquens genitoris filia vultum,
Ut conſanguineæ complexum, ut denique matris,

Quæ

J. SCALIGER.

Aut mortem oppeteret Theſeus) Ita magis placet, quam ſcriptura libri noſtri *expeteret*. Pacuvius Niptris: *Priusquam oppeto malam peſtem hoſtili mandatam manu*

Suſpendit vota labello) In noſtro ſcripto & in omnibus fere aliis *ſuccendit*.

Illa procul) Totum hunc locum ex noſtro libro ita legito:

-- illa procul radicibus exturbata
Prona cadit, lateque & cominus obvia frangens.

Tibullus:

-- lento perfregerit obvia pilo.

Quod autem ex *obvia* factum ſit *omnia*, hoc debetur priſcæ ſcripturæ. Nam ſine ullo dubio ſcriptum fuerat, *ovvia*, ex quo *omnia* conflatum. Hic enim fuit priſcus ſcribendi modus. Victorinus; Ob autem mutatur in cognatas eaſdem, ut offert, officit, & commovet, obmuteſcit, & oppandit, opperitur, & ovvertit, ovvius.

Sic domito ſævum proſtravit) Noſter liber, *proſternit*. Ita ſolebant ex præſenti præteritum facere, ut olim in Varronē docuimus. Sic atteruiſſe, diſcediſſe relinquiſſe.

Nequicquam vanis iactantem cornua ventis) Apud Ciceronem in epiſtolis ad Atticum legitur verſiculus, qui ne verbo quidem uno minus eandem ſententiam concipit:

πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυ-
μαίνοντα.

Inde pedem victor) Repone ex ſcriptura veteri *ſoſpes*, ut etiam olim Aldus excudit.

Ut conſanguineæ complexum) Diſſentit ab aliis. Nam conſanguineam illam, hoc eſt Phædram avexit ſecum.

Rec

Quæ miſera ah gnaræ fleret deperdita luctu,
Omnibus his Theſei dulcem præferret amorem?
Aut ut vecta ratis ſpumoſa ad littora Diæ?
Aut ut eam dulci devictam lumina ſomno
Liquerit immemori diſcedens pectore conjux?
Sæpe illam perhibent ardenti corde furentem
Clariſonas imo fudiſſe e pectore voces,
Ac tum præruptos triſtem conſcendere montes,
Unde aciem in pelagi vaſtos protenderet æſtus.
Tum tremuli ſalis adverſas procurrere in undas,
Mollia nudatæ tollentem tegmina ſuræ,
Atque hæc extremis mæſtam dixiſſe querelis,
Frigidulos udo ſingultus ore cientem.

Siccine

J. SCALIGER.

Qua miſera ignara fleret deperdita luctu) Non Catulli, ſed correctorum hæc ſunt Vetus ſcriptura in noſtro libro ita concepta fuit.

Qua miſera ingrata ...... deperdita leta. Illud LETA ſine ullo dubio tranſpoſitum cenſeo. Nam *tela* legendum. verbum, quo illam lacunam explendum eſt, quod aliud putem, quam VIXIT?

Qua miſera ingrata vixit deperdita tela. Quæ, inquit, ſolata eſt ſuum dolorem tela facienda. Hoc videtur, ut alia, imitatus Virgilius libro nono: -- *& tela curas ſolabar aniles.*

Theſei praferret amorem) Liquida ſcriptura in noſtro *Omnibus his Theſei dulcem praoptavit amorem* -- Quam qui mutavit flagro dignus non fuit? Attici dicunt τεϑηπεμᾶδ. optare, αἱρεῖν. Salluſtius Hiſtoria tertia: *Atque eum Cepio laudatum, accenſumque præmiorum ſpe, quibus eum optaviſſet, ire jubet.* Vide Nonium.

Aut ut eam dulci devinctam lumina ſomno) Noſter codex *dulci*, ſed *triſt.* quæ conſequuta ſunt. Non enim hic locum habet Homeri νήδυμος ὕπνος, neque utitur perpetuo epitheto.

Clariſonas imo) Neque hoc γνήσιον puto. Nam noſter liber planam ſcripturam præfert, CLARIFICAS. hoc eſt ſimpliciter, claras. ſic infra *Juſtificam mentem*, Juſtam.

Tollentem tegmina ſura.) *Tegmina*, cothurnos.

Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.

VARIORUM.

Qua miſera.) Sic fere noſtri libri, alii libri habent *lecto* pro *leta*. pro *ignara* Pal. Membr. habet *agnata*. Nos totum verſum ita concinnamus.

Qua miſera agnato fuerit deperdita letho. Quin ipſe liber Commelini totum verſum ſic legit.

Qua fuit ingrata miſero deperdita leto. Malo tamen, ut ego emendavi. *Lethum agnatum* vocat Minotauri vel Androgei cædem. *Meleager*

Abductam

Siccine me patriis abductam, perfide, ab oris,
Perfide deſerto liquiſti in litore Theſeu?
Siccine diſcedens neglecto numine Divum
Immemor, ah devota domum perjuria portas?
Nullane res potuit crudelis flectere mentis
Conſilium? tibi nulla fuit clementia præſto,
Immite ut noſtri vellet miſereſcere pectus?
At non hæc quondam blanda promiſſa dediſti
Voce mihi: non hoc miſeram ſperare jubebas;
Sed connubia læta, ſed optatos hymenæos.
Quæ cuncta aerii diſcerpunt inrita venti.
Tum jam nulla viro juranti fœmina credat:
Nulla viri ſperet ſermones eſſe fideles.
Qui dum aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci,
Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt:
Sed ſimulac cupidæ mentis ſatiata libido eſt,
Dicta nihil metuere, nihil perjuria curant,

Certe

J. SCALIGER.

Abductam perfide] Latinum ſane. ſed cur illis diſplicuit antiqua lectio, *avectam*? quæ melior ſane eſt: quia navi eam auexit. Sed ex priſca ſcriptura manavit error. Nam, *abvectam* ſcriptum fuit.

Vellet miſereſcere) Mirum conſtantem eſſe ſcripturam in calamo exaratis. MITESCERE. Plane puto ſcriptum fuiſſe: *Immite ut moſtri vellet miteſcere pectus.* *moſtri* antique enunciatum pro *monſtri* Moſtellaria, pro Monſtellaria, Moſtellum. Quis dubitat elegantiſſime dictum monſtri pectus ἐπὶ τοῦ ἀμόφρονος. Propterea dixit, *miteſcere.* ἡμερῶσαι, τιθασσεῦσαι. monſtrum enim θῆρα & feram belluam intelligit. Manifeſtum ergo commentitiam eſſe vulgatam lectionem Ita autem conſtruendum, quaſi dixiſſet, ut tuum pectus monſtri. Auſonius. *Anticipeſque tuum Samii lucumonis acumen*, ut a nobis olim emendatum eſt. Acumen tuum Lucumonis. M. Cato Ciceroni *ut tuam virtutem cognitam in maximis rebus domi togati, armati foris.* Virtutem tuam togati dixit. Cicero L. Paulo cos. *me conſulem tuum ſtudium adoleſcentie perſpexiſſe.* Quæ omnia dicta ſunt per ἔλλειψιν *tui.* ſtudium tui adoleſcentis. In Græcis minus laboramus. τὴν σοῦ δὴν σοῦ μειρακίου. Hic ergo *pectus monſtri*, hoc eſt pectus tuum, qui monſtrum es. Vix eſt, ut aliter ſcripſerit Catullus.

At non hæc quondam) Quia hæc, ut pleraque alia ab imperitis correctoribus interpolata ſunt, nihil periculi eſt veterem lectionem in ſuas ſedes reponere:

At non hæc quondam nobis promiſſa dediſti
Voce. mihi non hoc miſera ſperare jubebas.

Quæ cuncta aerii) Liber noſter. *Quæ cuntra aerii:*

Utinam

Certe ego te in medio verſantem turbine leti
Eripui, & potius germanum amittere crevi,
Quam tibi fallaci ſupremo in tempore deeſſe.
Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusque
Præda, nec injecta tumulabor mortua terra.
Quænam te genuit ſola ſub rupe leæna?
Quod mare conceptum ſpumantibus expuit undis?
Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vaſta Charibdis,
Talia qui reddis pro dulci præmia vita?
Si tibi non cordi fuerant connubia noſtra,
Sæva quod horrebas priſci præcepta parentis:
Attamen in veſtras potuiſti ducere ſedes,
Quæ tibi jucundo famularer ſerva labore,
Candida permulcens liquidis veſtigia lymphis,
Purpureave tuum conſternens veſte cubile.
Sed, quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo? quæ nullis ſenſibus auctæ,
Nec miſſas audire queunt, nec reddere voces.
Ille autem prope jam mediis verſatur in undis:
Nec quiſquam apparet vacua mortalis in alga.
Sic nimis inſultans extremo tempore ſæva
Fors etiam noſtris invidit queſtibus aures.
Jupiter omnipotens, utinam nec tempore primo
Gnoſia

J. SCALIGER.

Sed quid ignaris) Lycophron:
τί μακρὰ τλήμων εἰς ἀνηκόυς πέ-
τρας, (πόδας
εἰς κῦμα κωφὸν, εἰς νάπας δυσαντλή-
βαζω, κενὸν ψάλλουσα μάστακ☉,
κρότον;

Utinam ne tempore primo) Apollonius:
-- αἴθε σε πόντ☉ (ἰκέσθαι.
ξεῖνε διέῤῥαισεν, πρὶν Κολχίδα γαῖαν

VARIORUM.

Sæva quod horrebas.) Explicandum hic reor *priſcum* pro ſevero & antiquo, quod tales veteres & antiquos fuiſſe opinio ſit, ut ſeverioris & cenſorii judicii & acerbitatis. ſi verebaris, inquit, ſine conſenſu ſeveri tui patris Ægei uxorem me ducere, quod ejus juſſa & monita pertimeſceres, qui tibi diſtricte edixerat, ne ſe inſcio & ignaro ullam duceres. *Turneb.*

Gnoſia Cecropiæ tetigiſſent litora puppes,
Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro
Perfidus in Cretam religaſſet navita funem.
Nec malus hic celans dulci crudelia forma
Conſilia in noſtris requieſſet ſedibus hoſpes.
Nam quo me referam? quali ſpe perdita nitar?
Iſthmoneoſne petam montes? at gurgite lato
Diſcernens patriam truculentum dividit æquor.
An patris auxilium ſperem? quemne ipſa reliqui.
Reſperſum juvenem fraterna cæde ſecuta?
Conjugis an fido conſoler memet amore?
Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?
Prætereo litus: nullo ſola inſula tecto:
Nec patet egreſſus, pelagi cingentibus undis.
Nulla fugæ ratio, nulla ſpes: omnia muta,
Omnia ſunt deſerta: oſtentant omnia letum.
Non tamen ante mihi langueſcent lumina morte,
Nec prius a feſſo ſecedent corpore ſenſus,

Quam

J. SCALIGER.

Religaſſet navita) Ligare funem eſt ἐπ' ἀſκυρῶν ὁρμίζεσθαι. Quod Græcorum poëtarum more dictum, qui id exprimunt per, πείσματ' ἀνάψαι.

Conſilium, in noſtris quæſiſſet) Noſter, *reliquiſſet*, alii *requiſiſſet*. non eſt obſcurum legendum *requieſſet*.

Nec malus hic, celans dulci crudelia forma
Conſilia in noſtris requieſſet ſedibus hoſpes.

Idmoneoſne petam) Satis conſtat hæc a malis correctoribus an corruptoribus contaminata eſſe, aliis *Idmeneos*, alii *Idomenis* legentibus, At ſi priſcam ſcripturam reponamus, nihil eſt præterea quod deſideremus. Eſt autem ejuſmodi:

Iſthmum, eoſne petam montes, ab gurgite lato
Diſcernens pontum truculentum ubi dividit æquor?

Iſthmon ne petam, inquit, an eos montes, ubi æquor diſcernens dividit pontum truculentum? Obſecro te, candide lector, quid eſt in hac lectione, quod te offendere poſſit? multi ſunt iſthmi in Creta, quorum meminit Strabo. Quemnam habuerit in animo Catullus, quum hæc ſcriberet, tuum eſt quærere, & invenies apud Strabonem, qui unius ἰσθμοῦ in Creta mentionem facit.

Quine fugit lentos) Illud LENTOS conformatum ex priſca ſcriptura VETITOS. Quod fortaſſe non male excogitatum. Virgilius: — *remus lentandus in unda.*

Prætereo litus) Inepte. Lege:

Prætereo litus ſolum: nullo inſula, tecto,

vel, quod idem eſt:

Prætereo litus nullo, ſola inſula, tecto.

quæ proculdubio vera eſt lectio.

Numine

Quam juſtam a Divis expoſcam prodita multam,
Cæleſtumque fidem poſtrema comprecer hora.
Quare facta virum multantes vindice pœna
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons exſpirantis præportat pectoris iras,
Huc huc aduentate, meas audite querelas,
Quas ego, ve miſeræ, extremis proferre medullis
Cogor inops, ardens, amenti cæca furore.
Quæ quoniam vere naſcuntur pectore ab imo,
Vos nolite pati noſtrum vaneſcere luctum:
Sed, quali ſolam Theſeus me mente reliquit,
Tali mente, Deæ, funeſtet ſeque ſuoſque.
Has poſtquam mæſto profudit pectore voces,
Supplicium ſævis expoſcens anxia factis,
Annuit invicto cæleſtum numine rector,
Quo tunc & tellus, atque horrida contremuerunt
Æquora, concuſſitque micantia ſidera mundus.
Ipſe autem cæca mentem caligine Theſeus
Conſitus, oblito dimiſit pectore cuncta,
Quæ mandata prius conſtanti mente tenebat:
Dulcia nec mæſto ſuſtollens ſigna parenti,
Soſpitem, & ereptum ſe oſtendit viſere portum.
Namque ferunt, olim claſſi cum mœnia Divæ
Linquentem gnatum ventis concrederet Ægeus,
Talia complexum juveni mandata dediſſe.
Gnate, mihi longa jucundior unice vita,
Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere caſus,
Reddite

VARIORUM.

Numine.) Dignum nota, *numen* hic pro nutu accipi, ut & in illo Virgil. Æn. XII. *Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem, Quod potius reor & potius Di numine firment.* Sic *nomen* pro *nomento* ſæpiſſime, & *fulmen*, pro *fulmento* alibi legas apud Manilium. *Donſa F.*

Reddite in extremæ nuper mihi fine ſenectæ,
Quandoquidem fortuna mea ac tua fervida virtus
Eripit invito mihi te, cui languida nondum
Lumina ſunt gnati cara ſaturata figura:
Non ego te gaudens lætanti pectore mittam,
Nec te ferre ſinam fortunæ ſigna ſecundæ:
Sed primum multas expromam mente querelas,
Canitiem terra, atque infuſo pulvere fœdans:
Inde infecta vago ſuſpendam lintea malo,
Noſtros ut luctus, noſtr æque incendia mentis,
Carbaſus obſcura dicat ferrugine Ibera.
Quod tibi ſi ſancti conceſſerit incola Itoni,
Quæ noſtrum genus, ac ſedes defendere fretis
Annuit, ut tauri reſpergas ſanguine dextram:
Tum vero facito, ut memori tibi condita corde
Hæc vigeant mandata. nec ulla obliteret ætas:
Ut, ſimulac noſtros inviſent lumina colles,
Funeſtam antemnæ deponant undique veſtem,
Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes,
Quam primum cernens, ut læta gaudia mente
Agnoſcam, cum te reducem ſors proſpera ſiſtet.
Hæc mandata prius conſtanti mente tenentem
Theſea, ceu pulſæ ventorum flamine nubes
Aerium nivei montis liquere cacumen.
At pater, ut ſumma proſpectum ex arce petebat,

Anxia

J. SCALIGER.

Ferrugine hibera) Gloſſæ: *Ferrugo*, πορφύρα μέλαινα.

At ſedes defendere ſueta annuerit) Ex veteri ſcriptura lege:

Qua noſtrum genus ac ſedes defendere fretis Annuit, &c.

Quum te reducem ſors proſpera ſiſtet) Haud diu eſt, quum hæc adulterina lectio in alienas ſedes inrepſit. Nam & vetus ſcriptura, & antiquitus emiſſæ editiones non SORS, ſed ÆTAS habebant. Quare illud retine. Virgilius octavo Æneidos:

Adtulit et nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, adventumque Dei --

Qua

Anxia in aſſiduos abſumens lumina fletus,
Cum primum inflati conſpexit lintea veli,
Præcipitem ſeſe ſcopulorum e vertice jecit;
Amiſſum credens immiti Theſea fato.
Sic funeſta domus ingreſſus tecta, paterna
Morte ferox Theſeus, qualem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipſe recepit.
Quæ tum proſpectans cedentem mæſta carinam,
Multiplices animo volvebat ſaucia curas.
At parte ex alia florens volitabat Jacchus,
Cum thiaſo Satyrorum, & Neſigenis Silenis,
Te quærens Ariadna tuoque incenſus amore.
Qui tum alacres paſſim lymphata mente furebant,
Evoë bacchantes, evoë capita inflectentes.
Horum pars tecta quatiebant cuſpide thyrſos,
Pars e divulſo jactabant membra juvenco,
Pars ſeſe tortis ſerpentibus incingebant,
Pars obſcura cavis celebrabant orgia ciſtis,
Orgia quæ fruſtra cupiunt audire profani.
Plangebant alii proceris tympana palmis. Ait

J. SCALIGER.

Quæ tum proſpectans) Et hic quoque graſſatores iſti ac inſeſſores bonorum audaciæ ſuæ ac temeritatis veſtigia reliquerunt. Nam bene habet vetus: *Quæ tamen adſpectans*. Eſt idem cum illo, quod ſuperius notavimus:

Tardet ingenuus pudor,
Quæ tamen magis audiens
Flet, quod ire neceſſe ſit.

Pars e divulſo raptabant) Ita habet noſter, non *Jactabant*.

Orgia quæ fruſtra) Apulejus Apologetico: *Vel unius Liberi patris ſymmyſtæ, qui adeſtis, ſcitis quid domi conditum celetis, & abſque omnibus profanis tacite veneremini.*

Plangebant alii) Scripta lectio *aliæ* quæ recta eſt. Bacchæ enim intelliguntur, de quibus ſermo.

VARIORUM.

Pars obſcura, &c.) Græci uno verbo dicunt ὀργιάζειν, celebrare orgia, quæ non ſunt Bacchi tantum. nam dicuntur & ὄργια πόθων, id amorum in epigram. & ab Ariſtoph. ὄργια μουσῶν, de ſacris Adonidis Ariſtoph. ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt, *a furore*. vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id eſt, *a montibus*, inquit Servius, Latinis *cerimoniæ*. Idem, *tertio quoque anno celebrabantur. unde Trieterica Virgilio dicuntur. Orgia* Bacchi *obſcura*. quia oculta & myſtica, ſive quia κρύφια μυστήρια. Sacra autem illa Bacchi in arculis vimineis capacibus erant, quas ciſtas poëta vocat. *Paſ.*

Multaque

Aut tereti tenues tinnitus ære ciebant,
Multi raucisonis efflabant cornua bombis,
Barbaraque horribili ſtridebat tibia cantu.
Talibus amplificæ veſtis decorata figuris,
Pulvinar complexa ſuo velabat amictu.
Quæ poſtquam cupide ſpectando Theſſala pubes
Expleta eſt, ſanctis cœpit decedere Divis,
Hic qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans Zephyrus proclives incitat undas,
Aurora exoriente, vagi ſub lumina Solis,
Quæ tarde primum clementi flamine pulſæ
Procedunt, leviterque ſonant plangore cachinni,
Poſt vento creſcente, magis magis increbeſcunt,
Purpureaque procul nantes a luce refulgent:

Sic

J. SCALIGER.

Multaque raucisonos) Omnis vetus ſcriptura MVLTI. Fortaſſe verum eſt quod habent multæ editiones: *Multi raucisonis efflabant cornua bombis*. Sed *Multa* legendum eſſet. Nam ut dixi, Bacchæ intelliguntur. vel: *Multis raucisonos efflabant cornua bombos*. Porro ejuſmodi pompa Bacchantium fere eodem modo ab Æſchylo ἐν Ἠδωνοῖς deſcribitur.

ὁ μὲν ἐν χερσὶ
βέμβυκας ἔχων τόρνου κάματον,
δακτυλόδεικτον πίμπλησι μέλος
μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν.
ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ.
ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει.
ταυρόφθογγοι δ'
ὑπομυκῶνταί ποθεν ἐξ ἀφανοῦς,
φοβεροὶ μῖμοι. τυπάνου δ' εἰκὼν
ὥσθ' ὑπογαίου
βροντῆς φέρεται βαρυταρβής.

Talibus amplificæ) Hactenus veſtis illa deſcripta. Veſtibus etiam toros geniales contegi ſolitos auctor Lucan.

Legitimaque faces, gradibuſque adclivis eburnis
Stat torus, & picta veſtes diſcrimina tguro.

Procedunt leviterque ſonant) Non leviter hæc contaminata eſſe fidem fecerit ea, quæ in noſtro libro extat, ſcriptura: *Procedunt leni reſonant plangore cachinni.* Cachinnus vero non ſignificat criſpationem undarum, quod diſertis viris videtur, ſed ſonitum illum, quem plangore undæ ad litus edunt. Attius Phinidis:

Ac ubi curvo litore latrans
Unda ſub undis labunda ſonit,
Simul & circum magniſonantibus
Excita ſaxis ſæva ſonando
Crepitu clangente cachinnat.

Cachinnare in undis Græci καγχάζειν, καχλάζειν καχάζειν dicunt. Euripides Hippolyto.

— καὶ πέριξ ἀφρὸν
πολὺν καχλάζων ποντίῳ φυσήματι.

At γέλασμα apud Æſchylum aliud eſt.

Purpureaque procul nantes a luce refulgent) ἀμαρύσσουσι.

Nereidum

Sic tum veſtibuli linquentes regia tecta,
Ad ſe quiſque vago paſſim pede diſcedebant.
Quorum poſt abitum, princeps e vertice Pelii
Advenit Chiron portans ſilveſtria dona.
Nam quotcunq; ferunt campi, quos Theſſala magnis
Montibus ora creat, quos propter fluminis undas
Aura parit flores tepidi fecunda Favoni,
Hos indiſtinctis plexos tulit ipſe corollis,
Queis permulſa domus jucundo riſit odore.
Confeſtim Peneos adeſt. viridantia Tempe,
Tempe, quæ ſilvæ cingunt ſuperimpendentes
Nereidum linquens claris celebranda choreis

Non

J. SCALIGER.

Nereidum linquens claris) Conſpurcata hæc ſunt ab illis bonorum auctorum carnificibus. Nullus liber manu ſcriptus, nulla editio antiquitus emiſſa extat, quæ non habeat *Minoſin linquens doris*. Parva dictu labes, ſed non parvi momenti. Legendum enim:

Minnaſin linquens doris celebranda choreis.

Minnaſin archaica ſcriptura, & Græca declinatio, μιννάσιν. Sic Propertius: ut notamus ſuo loco:

Grata domus nymphis humida Thyniaſin.

Idem:

Non minor Auſoniis eſt amor ab Dryaſin.

Item:

Ah dolor ibat Hylas ibat Hamadryaſin.

Primam in *Minyaſin* produxit non aliter, quam poëtæ alii primam in Italia, Phylacides, & aliis. Doras choreas quas vocet, non obſcurum eſt. Alludit enim ad morem Doricarum puellarum, quæ in phænomeridibus ſaltabant. Idque Græci vocabant δωριάζειν. Si τὸ doris eſt corruptum, corrigatur ergo. Ego in præſentia nihil potui.

Celebranda choreis) Claudianus; III Conſulatu Honorii:

-- *poſt Pelion intrat*
Nereis illuſtre choris --

VARIORUM.

Plexos tulit ipſe corollis.) Coronæ diminutivum eſt corolla, hoc eſt, tenuis, ſive gracilis corona, eademque plerumque florea, aut herbacea, ut ſcire licet ex his Catulli verſibus, quod unico verſu Palladius complexus eſt, *ver placidum vario nectit de flore corollas*. Græcis corollæ ſunt στεφανίσκοι, ut apud Longum lib. I. ποιμεν. deſcribentem Daphnin & Chloën ludentes inter delitias veris. *Et apum*, inquit, *imitatione ſimul flores legebant*. Et hos quidem in ſinus jaciebant; ex aliis στεφανίσκους πλέκοντες, *corollas plectentes* nymphis ferebant. Poſſumus dicere corollas fuiſſe ſubitarias coronas ex eo flore plexas qui vigeret. Has corollas plerumque imponebant ſtatuis numinum, quæ domi ſervabantur, ac ſi illo quotidiano & qualicunque cultu ea ſibi propitiarent. Hujus moris meminit Fotis apud Appul. lib. III. *Paſchalius.*

Doris celebranda Choreis.) *Doria Chorea* dicuntur, cum puellæ Doricæ in Phænomeridibus ſaltabant, quod dicitur δωριάζειν. ſignificat etiam nudari, quia nudis

Non vacuus: namque ille tulit radicitus altas
Fagos, ac recto proceras ſtipite laurus,
Non ſine nutanti platano, lentaque ſorore
Flammati Phaëthontis & aëria cupreſſu,
Hæc circum ſedes late contexta locavit,
Veſtibulum ut molli velatum fronde vireret:
Poſt hunc conſequitur ſolerti corde Prometheus,
Extenuata gerens veteris veſtigia pœnæ,
Quam quondam, ſilici reſtrictus membra catena,
Perſolvit;

nudæ fere ſaltabant, maxime Spartanæ. *Dorus*, pro Doricus. ut *Romula gens*, & *Tros Æneas*, & *Dardanus*, pro Romulea, Troius, Dardanius. *Paſſer.*

J. SCALIGER.

Non vacuus namque ille tulit) Hæc non minore incommodo ac illa accepta ſunt. Vetus & ſcriptorum & excuſorum lectio: *Nonocrios. namque ille tulit.* Sed τὸ *ille* additum ad fulciendum verſum Itaque non difficilis eſt conjectura hæc inveſtigandi. Deeſt igitur prima ſyllaba in prima voce *nonacrios*. Lege vero: *Cranona erisonamque tulit.* Cranon eſt urbs intra Tempe, auctor præter alios Stephanus. *Eriſonam* pro *Aeriſonam* priſco illo more ſcribendi. De fodinis metallorum Theſſaliæ ſatis Plinius. Æriſonam vocat, propter metalla, quomodo eodem omnino locutus eſt modo Martialis: *Et ferro Plateam ſuo ſonantem.* Id eſt Plateam æriſonam. in qua ſcilicet ferrum aut æs foderetur. Totus vero egregius iſte locus ita & legendus, & diſtinguendus:

Confeſtim Peneos adeſt, viridantia Tempe,
Tempe, quæ ſylvæ cingunt ſuperimpendentes,
Minyaſin linquens doris celebranda choreis,
Cranona eriſonamque, tulit radicitus altas
Fagos, --

Scio quid ſuper hoc loco docti viri conati ſunt, fruſtra, ut apparet. Peneus igitur adfuit, linquens Tempe, & Cranona. Sic Græci λιπεῖν τὴν πόλιν. Euripides Hecuba.

ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας
λιπὼν, ἵν' ᾅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.

Ennius, ea ita circumlocutus eſt

Adſum atque advenio Acherunte vix via alta atque ardua
Per ſpeluncas ſaxeis ſtructas aſpereis pendentibus
Maxumeis, ubi rigida conſtat craſſa caligo inferum.

Cranon autẽ feminino, quamvis Narbo, Martius, Hippo regius dicatur. Sic ſupra, *Sirmio venuſta*. Sic Silius dixit, -- *regia Pleuron*. Juvenalis -- *quam Dorica ſuſtinet Ancon.* & in commune omnes urbes feminino genere efferunt. Ovidius:

Tum quum triſtis erat, defenſa eſt Ilios armis. Item:
Sed mihi quid prodeſt veſtris disjecta lacertis Ilios? --

Ubi alia lectio habet Ilios. ut ἴλιος ἱρή.

Non ſine nutanti platano) Recte quidem Ennius *Capitibus nutantes pinos.* quia illæ arbores deſinunt in conum, & a vento flecti poſſunt, quod poëtis eſt ἠμύειν. At platanus quomodo nutans dici poteſt, cujus rami in latum ſparguntur, non in acutum coëunt?

Lentaque ſorore Flammati Phaëthontis) Vetus lectio -- *let aque ſorore*. Lege *fletaque ſorore*. Nota fabula de Heliadum lacrimis.

Unige-

Perſolvit, pendens e verticibus præruptis.
Inde pater Divum ſancta cum conjuge, natiſque
Advenit, cælo te ſolum Phœbe relinquens,
Unigenamque ſimul cultricem montibus Idæ.
Pelea nam tecum pariter ſoror aſpernata eſt.
Nec Thetidis tedas voluit celebrare jugales.
Qui poſtquam niveos flexerunt ſedibus artus,
Large multiplici conſtructæ ſunt dape menſæ.
Cum interea infirmo quatientes corpora motu,
Veridicos Parcæ cœperunt edere cantus,
His corpus tremulum complectens undique veſtis,
Candida purpurea talos incinxerat ora,

At

J. SCALIGER.

Unigenamque ſimul cultricem montibus Idæ) Vetus ſcriptura: *montibus idri*. veteri more ſcriptum *idri* pro *hydri*, hoc eſt ſerpentis Pythonis. montes hydri ſunt delphici montes propter Pythonem ſerpentem ibi ab Apolline, ſagittis confixum. Quod autem hic Phœbum cum Diana manſiſſe ſolos, neque Pelei nuptiis interfuiſſe dicit, falſum convincit Æſchylus. apud quem Thetis ita de Phœbo conqueritur.

-- τὰς δ' ἐμὰς εὐπαιδίας
Νόσων τ' ἀπείρους καὶ μακραίωνος βίου,
Ξύμπαντά τ' εἰπὼν θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας
Παιῶν' ἐπευφήμησεν εὐθυμῶν ἐμέ.
Κἀγὼ τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
Ἤλπιζον εἶναι, μαντικῇ βρύον τέχνῃ·
Ὁ δ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρών,
Αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανὼν
Τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

Candida purpurea talos) Apponam priſcam lectionem: *Candida purpurea Tyrios intinxerat ora*. Sed in margine erat emendatum, *intexerat*: cui conveniens eſt, quod alii libri habent *ininxerat*. quod procul dubio eſt pro *intexerat*. Significat igitur in illa veſte Tyrios intextos fuiſſe, non ut Virgilius:

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Tyrii intexti in illa eſſent, quemadmodum Britanni in aulæis: ſed Tyrii hic pro Tyriorum pupura, ut apud Horatium: -- *in æquali tonſore capillos*: id eſt, tonſura: ut multa ad illud exemplum apud veteres. Vult igitur illam veſtem candidam purpura Tyria prætextam fuiſſe. Quare oram illam purpuream interpretare inſtitam: quæ propria matronarum erat. Inſtita, ut veteres magiſtri interpretantur, eſt περιπόδιον, περιπόδιλον. & ita Ptolemæus uſurpat. περιπόδιον in aſteriſmo Virginis & Heniochi. In LXXXVIII fabula Hygini acropodium Minervæ in eam mentem accipitur. In veteribus libris pro *veſtis* legebatur *quercus*. quod nos olim licet mendoſum enarrare conati ſumus. Id ſi cui placet, per me quidem ſequatur licet. Hæc tamen vera lectio, quam nunc publicamus, & quam priore editione non aſſequebamur.

Carmine

At roſeo niveæ reſidebant vertice vittæ:
Æternumque manus carpebant rite laborem.
Læva colum molli lana retinebat amictam:
Dextera tum leviter deducens fila ſupinis
Formabat digitis, tum prono in pollice torquens:
Libratum tereti verſabat turbine fuſum:
Atque ita decerpens æquabat ſemper opus dens,
Laneaque aridulis hærebant morſa labellis,
Quæ prius in leni fuerant extantia filo,
Ante pedes autem candentis mollia lanæ.
Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.
Hæ tum clariſona pellentes vellera voce
Talia divino fuderunt carmine fata,
Carmine, perfidiæ quod poſt nulla arguet ætas.
O decus eximium, magnis virtutibus augens,
Emathiæ columen Peleu, clariſſime nato:
Accipe, quod læta tibi pandunt luce ſorores,
Veridicum oraclum. ſed vos, quos fata ſequuntur,
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Adveniet tibi jam portans optata maritis
Heſperus: adveniet fauſto cum ſidere conjux,
Quæ tibi flexanimo mentem perfundet amore,
Languiduloſque paret tecum conjungere ſomnos,

Levia

J. SCALIGER.

Carmine perfidiæ) Ita docti viri emendarunt ex antiqua ſcriptura illa, *carmine, perflabat*. Id accidit, quod in Langobardicis literis nulla eſt omnino inter I & L differentia: item diphthongus diviſim legitur in veteribus libris *ae*, *oe*, &c.

VARIORUM.

Clariſſime nato.) illepide ſane, ac inſipienter, uti ego hariolor. proinde non dubito, quin, *clariſſime nato*, h. e. genere ac natalibus ſcriptum fuerit a Catullo noſtro, orto errore ex cognatione literarum O & V in MSS. Adde quod *Natus* iſte Peleo necdum natus erat, quo tempore hæc a Parcis (ſi Poëtæ fides habenda) ad pulvinar ejus Geniale canebantur. cui rei fidem facit conſequens illa de Achille, etiamnum in oras adhuc luminis prodituro, diſertiſſima vaticinatio.

Naſcetur vobis expers terroris Achilles.

Douſa P.

Nullo

Levia ſubſternens robuſto brachia collo.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
  Nulla domus tales umquam contexit amores:
Nullus amor tali conjunxit fœdere amantes:
Qualis adeſt Thetidi, qualis concordia Peleo.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
  Naſcetur vobis expers terroris Achilles,
Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notus:
Qui perſæpe vago victor certamine curſus
Flammea prævertet celeris veſtigia cervæ.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
  Non illi quiſquam bello ſe conferet heros,
Cum Phrygii Teucro manabunt ſanguine rivi,
Troicaque obſidens longinquo mœnia bello
Periuri Pelopis vaſtabit tertius hæres.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
  Illius egregias virtutes, claraque facta
Sæpe fatebuntur gnatorum in funere matres,
Cum cinere incanos ſolvent a vertice crines,
Putridaque infirmis variabunt pectora palmis.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.

Namque

J. SCALIGER.

Nulla domus tales) Tres hi verſiculi ut adulterini neque in noſtro libro & quibuſdam antiquis editionib. adſcripti, a nobis rejiciuntur. Et ſane ſi quis propius ſpectet, eos ſuperfluos judicabit. Suſpicor eſſe Marulli, aut ſimilis frontis. Nam putarunt abruptum nimis eſſe a nuptiis ad liberorum mentionem deſcendere. In quo decipit eos acutum ſuum judicium.

Quum tremulo in canos] Interpolatitia lectio. Vetus eſt, *Quum cinerem canos.* Lege, *Quum cinere incanos*. Incanos cinere, albicantes cinere, quod fit in luctu. *πεπαλαγμένας κόνει* poëtæ dicunt.

VARIORUM.

Incanos.) *incanos crines* pro valde *canis* accipit ut *invinctum* pro valide vincto & compedito *Dauſa. F.*

I *Proſternens*

Namque velut denſas præſternens meſſor ariſtas,
Sole ſub ardenti flaventia demetit arva,
Trojugenum infeſto proſternet corpora ferro.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Teſtis erit magnis virtutibus unda Scamandri,
Quæ paſſim rapido diffunditur Helleſponto,
Cujus iter cæſis anguſtans corporum acervis,
Alta tepefaciet permiſta flumina cæde.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Denique teſtis erit morti quoque dedita præda
Cum teres excelſo coacervatum aggere buſtum
Excipiet niveos perculſæ virginis artus.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Nam ſimulac feſſis dederit fors copiam Achivis
Urbis Dardaniæ Neptunia ſolvere vincla,
Alta Polyxenia madefient cæde ſepulchra,
Quæ velut ancipiti ſuccumbens victima ferro,
Projiciet truncum ſubmiſſo poplite corpus.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Quare agite optatos animi conjungite amores,
Accipiat conjux felici fœdere Divam,
Dedatur cupido jamdudum nupta marito.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.

Non

J. SCALIGER.

Proſternens meſſor ariſtas) Hæc mutarunt quibus ad ſaporem vetuſtatis palatum obbrutuerat. nam diſerte vetus ſcriptura ita concepta eſt. *Namque velut denſas pracernens cultor ariſtas* Cultor eſt agricola, colonus, *pracernens*, quod toties apud Homerum πρωκόμος. Referenda igitur hæc ad priſcorum morem, quem ſervabant in metendo. Nam pro nationum diverſitate diverſi & metendi hodieque ſunt modi. Niſi forte quis malit *præſternens*.

Quojus iter cæſis anguſtam) Attius epinauſimache:

En Scamandriam undam ſanctam ſalſo obtexi ſanguine,
Atque acervos alta in amni corpore explevi hoſtico.

Manifeſto ſunt ipſius Achillis verba.

Madefient cæde ſepulchra) Madefient recte ex *Madeſcent*, quod in veteri ſcriptura erat, fecerunt docti viri. neque ullum negotium fuit hoc divinare.

Hoſtrige

Non illam nutrix orienti luce reviſens,
Heſterno collum poterit circumdare filo.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Anxia nec mater diſcordis mœſta puellæ
Secubitu, caros mittet ſperare nepotes.
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.
Talia præfantes quondam, felicia Pelei
Carmina divino cecinerunt omine Parcæ.
Præſentes namque ante domus inviſere caſtas
Sæpius, & ſeſe mortali oſtendere cœtu,
Cœlicolæ nondum ſpreta pietate ſolebant.

Sæpe

J. Scaliger.

Heſterno collum poterit) Etiam Calpurnius tumentem cervicem ponit inter argumenta διαγορεύσεως:

Sed poſtquam Donacen duri clauſere parentes,
Quod non tam tenui filo de voce ſonaret,
Solicituſque foret lingua ſonus, improba cervix,
Suffuſuſque rubor crebro, venæq; tumentes

Felicia Pelei carmina) Pelei τῷ πηλεῖ. Virgilius:

Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.
τῷ ὀρφεῖ.

Cecinerunt pectore Parcæ) Noſter *Omine* non *pectore*. & ita legatur omnino neceſſe eſt Nam hic intelligitur de ominibus, quæ in nuptiis captabantur. An non ea ſunt vera omina, quæ Parcæ cecinerunt? Sed quid argutamur? Canere divino omine eſt plane θεσπίζειν, θεσπιῳδεῖν. Divino omine cecinerunt ἐμφαντικώτατα.

Sæpius & ſeſe) Prodigioſa lectio vetus, *Nereus ut ſeſe mortali oſtendere cœtu* Ego quid pro illa, quod verum ſit, ſubſtituam, non habeo. Fortaſſe nullum eſt mendum, & conſtat lectio. Sæpius, inquit, cœlicolæ. ſolebant inviſere caſtas domos, ut ecce Nereus, qui ſe oſtendit mortali cœtui ob nuptias Thetidis filiæ.

Variorum.

Heſterno collum, &c.) Cum virgo nupta prima nocte cum marito concubitura erat, colli menſuram filo circumdato capiebant, Poſtero mane eodem filo collum menſurabant: quod ſi latius quam ut filo comprehenderetur, inveniebant, defloratam eſſe ea nocte pro certo habebant. ſin vero nihilo majus evaſerar, adhuc pro integra habebant, aut antea fuiſſe devirginatam cenſebant. Neque id abſque ratione factum videtur: ſiquidem ut memoriæ proditum eſt ab Ariſtotele VII. de hiſt. animal c. I. præcipue vox mutatur in aſperiorem & minus acutam, quo tempore coitus inchoatur, ut qui vocem conſervare velint, a coitu ipſis abſtinendum ſit. Unde & facile conjici poteſt inſtrumenta voci famulantia, quæ intra collum poſita ſunt, primo coitu dilatari, & conſequenter collum augeri, forſan quod ſemen dum ab univerſo corpore, & præſertim a capite ſecundum Hippocratem & alios veteres per colli vaſa præcipitatur, vias illas vi quadam cogat, atque ampliores reddat, vel quod corpus in primo coitu magnopere agitatum, ubique, & maxime circa collum ſpiritibus, & humoribus diffuſis repleatur, atque in majorem molem attollatur. *Mercurialis.*

Sæpe pater Divum templo in fulgente reviſens,
Annua dum feſtis veniſſent ſacra diebus,
Conſpexit terra Cretum procurrere currus.
Sæpe vagus Liber Parnaſſi e vertice ſummo
Thyadas effuſis euantes crinibus egit,
Cum Delphi tota certatim ex urbe ruentes
Acciperent læti Divum fumantibus aris.
Sæpe in lethifero belli certamine Mavors,
Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnuſia virgo
Armatas hominum eſt præſens hortata catervas.
Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando,
Juſtitiamque omnes cupida de mente fugarunt,
Perfudere manus fraterno ſanguine fratres,
Deſtitit extinctos natus lugere parentes,
Optavit genitor primævi funera nati,
Liber ut innuptæ poteretur flore novercæ,
Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato,
Impia non verita eſt Divos ſcelerare penates:
Omnia fanda, nefanda, malo permiſſa furore,
Juſtificam nobis mentem avertere Deorum.
Quare nec tales dignantur viſere cœtus,
Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.

Ad

J. SCALIGER.

Templo in fulgente reviſens) Archaica locutio. ut *Riviſo domi. Reviſo ad eum.*

Conſpexit terra centum) Inepte pro *Centum* quædam editiones habebant *Cretum.* Virgilianum illud eos ſatis refellit.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Armatas hominum eſt) Nam Nemeſis ſeu Rhamnuſia Dea victoriæ, & tropæorum. Auſonius in Epigrammate, quod vertit ex Græco de Nemeſi.

Divos ſcelerare penates] Non *penates*, ſed *parentes* habet liber noſter. Recte πατρῴους θεοὺς parentes deos vertit. & ita poſtulat ſententia. Nam quum ſcelus hoc cum privigno commiſerit, quid aliud quam in paternos Deos impiavit ſe? Patri enim ipſi injuriam facit. Parentes igitur Dei πατρῷοι, γενέτορες.

Neq

Ad Ortalum. LXVI.

Etſi me adſiduo confectum cura dolore,
  Sevocat a doctis Ortale virginibus,
Nec potis eſt dulcis Muſarum expromere fœtus
  Mens animi: tantis fluctuat ipſa malis:
Namque mei nuper Lethæo gurgite fratris,
  Pallidulum manans alluit unda pedem,
Troia Rheteo quem ſubter litore tellus,
  Ereptum noſtris obterit ex oculis.

*   *   *

  Numquam ego te vita frater amabilior
Aſpiciam poſthac ? at certe ſemper amabo,
  Semper mæſta tua carmina morte canam.
Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris
  Daulias, abſumpti fata gemens Ituli.
Sed tamen in tantis mæroribus, Ortale, mitto
  Hæc excerpta tibi carmina Battiadæ
Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis
  Effluxiſſe meo forte putes animo,

Ut

J. SCALIGER.

Nec potis eſt dulcis muſarum) Non diſplicet quod in ora libri noſtri eadem manu notatum eſt : *Nec potis eſt harum dulcis.* imo verum eſſe putamus. Neque enim bis idem repetere, Latinum eſt. Nam quum dixit virgines pro Muſis, quare Muſarum iterum meminit, niſi δὶς ταυτὸ εἰπεῖν vult, quod eſt in proverbio Græcorum?

Obterit ex oculis] Græciſſat. *obterit*, ἀμαλδύνει, ἀφανίζει.

Adloquar) Expunximus hunc verſiculum. Siquis id queritur injuria factum, habet lacunam in noſtro libro, quacum de eo expoſtulet.

Carmina morte canam) Veteres editiones *legam*. Ejus extant in noſtro veſtigia. Legitur enim, *tegam*.

Fata gemens Ituli) ἴτυς, ἴτυλος. ἔρως, ἐρωτύλος. Sed reclamat vetus ſcriptura — *abſumti fata gemens Prothei*. Protheum ego Tenthredonis filium ex Homero, & Lycophrone ſcio, nullum præterea ſcio.

Hæc expreſſa) Vetus liber *excerpta*. ab eo Eclogæ dictæ.

Ut miſſum ſponſi furtivo munere malum
  Procurris caſto virginis e gremio,
Quod miſeræ oblitæ molli ſub veſte locatum,
  Dum adventu matris proſilit, excutitur.
Atque illud prono præceps agitur decurſu.
  Huic manat triſti conſcius ore rubor.

De Coma Berenices. LXVII.

Omnia qui magni diſpexit lumina mundi,
  Qui ſtellarum ortus comperit, atque obitus,
Flammeus ut rapidi Solis nitor obſcuretur,
  Ut cedant certis ſidera temporibus,
Ut Triviam furtim ſub Latmia ſaxa relegans
  Dulcis amor, gyro devocet aërio:
Idem me ille Conon cæleſti lumine vidit
  E Beroniceo vertice cæſariem,
Fulgentem clare: quam multis illa Deorum,
  Levia protendens brachia, pollicita eſt,

J. SCALIGER.

Dulcis amor gyro] Ita docti viri ex *Govero* aut *givodero*. Nam & illud corruptum ex *goero*. Goerus eſt Gyrus. Auſonius:

Octo & Octoginta goeris, & ſuper tribario.
Idem, (*bus.*
Additis ad hos priores goeros geminis orbi-

Idem doctiſſimus poëta dixit Cœbum pro cubo, ut olim in noſtris Auſonianis lectionibus notavimus. Gyrus autem eſt, flexus metæ. ut -- *Interiore diem gyro rapit.* hoc eſt ſiniſteriore flexu Spatium Lunæ & Solis non mirabitur, qui ſcit eis bigas, & quadrigas adtribui. Si quis gyrum ſimpliciter pro circuitione Solis accipere malit, per me liceto.

VARIORUM.

Ut miſſum ſponſi.) Alia. l. *ſponſa*, ut reſpondeat τῷ *miſſum* ſi *ſponſi* legimus, reſpondebit τῷ *munere.* Fortaſſe legendum:

Ut miſſa ſponſi furtivum munere malum

Munus in leg. 53. de verb. ſignif. definitur: Donum cum cauſa, ut Natalitium Sponſalitium, nuptiale. *Paſſeratius.*

Atque illud &c.) *Atque* pro *ſtatim* poſitum accipio, id quod ex Enniano illo perſpicue planum:

Atque atque accedit muros Romana juventus.

Quomodo etiam Maronis *illud* intelligendum:

-- ſi brachia forte remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

docuit nos jampridem Gellius lib. x. cap. 29. *Donſa P.*

Qua rex tempeſtate, novo auctus Hymenæo:
  Vaſtatum fines iverat Aſſyrios,
Dulcia nocturnæ portans veſtigia rixæ,
  Quam de virgineis geſſerat exuviis.
Eſt ne novis nuptis odio Venus; an ne parentum
  Fruſtrantur falſis gaudia lacrimulis,
Ubertim thalami quas intra limina fundunt?
  Non, ita me Divi, vera gemunt, iuuerint.
Id mea me multis docuit regina querelis
  Inviſente novo prœlia torva viro.
At tu non orbum luxti deſerta cubile,
  Sed fratris cari flebile diſcidium,
Cum penitus mæſtas exedit cura medullas,
  Ut tibi nunc toto pectore ſollicitæ
Senſibus ereptis mens excidit, atqui ego certe
  Cognoram a parva virgine magnanimam.
Anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es

Conju-

Aërio) pro *cæleſti* dictum, ut apud Callimachum ἐν ἠέρι pro *in cælo*. Hinc & ἠεροφοῖτος Luna cognominatur græcis & Ἄρτεμις quaſi ἀεροτόμις i. e. *aërem ſecans*, dicitur teſte Macrobio. Gloſſarium *Aërium, caleſte. Douſa. F.*

J. SCALIGER.

Novis auctus Hymeneis) Repone -- *novo auctus hymenæo*. Hoc facimus auctore vetere ſcriptura.

Anne parentum) Elegiam quidem Callimachi in comam Berenices non habemus. ſed extat ſimilis locus ex ejus dactylicis:

ἁ παῖς ἀκατάκλειστος
τὰν οἱ φασὶ τοκῆες
εὐνάζεν ὀαρισμὼς
ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ.

Plane ipſiſſima eſt ſententia.

Non ita me Divi vera gemunt juverint) Prima in *juverint* eſt correpta ἀρχαϊκῶς quomodo dicebant *vellerunt* pro *vulſerunt*: *Sciderunt*, a Scindo Sic præteritum *juvi* nihil mutat a præſenti juvo. Sic Terentio in Hecyra impellerim: *qui illum ad laborem impellerim*. Quare non ſequimur eos qui legunt *iverint*.

Anne bonum oblita es) Ex veſtigiis priſcæ ſcripturæ colligimus ita Catullum ſcripſiſſe: *Anne bonum oblita's facinus. quod regium adepta's conjugium?* Sic apud Ciceronem in epiſtolis *imminuta' ſt, appellanda' ſt, nulla' ſt*, ut obſervat doctiſſimus P. Victorius.

Conjugium? quod non fortior aut ſit alis?
Sed tum mæſta virum mittens, quæ verba locuta es?
Juppiter, ut treſti lumina ſæpe manu!
Quis te mutavit tantus Deus? an quod amantes
Non longe a caro corpore abeſſe volunt?
At quæ ibi, pro cunctis, pro dulci conjuge Divis
Non ſine taurino ſanguine pollicita es,
Si reditum retuliſſet is haud in tempore longo, &
Captam Aſiam Ægypti finibus adjiceret?
Queis ego pro factis cæleſti reddita cœtu,
Priſtina vota novo munere diſſolüo.
Invita, o regina, tuo de vertice ceſſi,
Invita, adjuro teque, tuumque caput.
Digna ferat, quod ſi quis inaniter adjurarit,
Sed qui ſe ferro poſtulet eſſe parem?
Ille quoque everſus mons eſt, quem maximum in oris
Progenies Phthiæ clara ſupervehitur,

Cum

J. SCALIGER.

Quod non fortior auxit alis) Lege. -- *quod non fortior aut ſit alis?* Anne oblita es, & quod nupſiſti Regi, & quod nemo te fortior ſit? Hiſtoria hujus rei extat apud Hyginum, quare magnanimam vocet eam.

At quæ ibi pro cunctis) Ita concinnandus locus:

At quæ ibi, proh. cunctis pro dulci conjuge Divis
Non ſine taurino ſanguine pollicita es,
Si reditum tetuliſſet is, aut in tempore longo
Captam Aſiam Ægypti finibus adjiceret?

Quem maxima in oris) Scriptura plane characteris Langobardici: A pro U, & contra. Nam *maximu' in oris* ſcribendum erat. ſed, ut jam dixi, in eo charactere nihil inter ſe differunt hæ literæ duæ. Quem, inquit, Atho maximum in oris Phthiæ progenies clara ſupervehitur. Progeniem claram dixit Macedones adulans Ptolemæo propter Alexandrum, & ejus ſucceſſores Ptolemæos.

VARIORUM.

Ille quoque, &c) Montem autem Atho crediderim ſignificari, quem ducta foſſa, admiſſoque mari continenti abſcidit Xerxes. quamquam autem eſt maximus mons ille tamen eum gloriæ ſuæ magnitudine & claritate ſupervehitur & ſuperat Achilles, Phthiæ clara progenies: niſi ſi dicat, ultra eum montem Theſſaliam eſſe, ejuſque partem Phthiam in qua divinis honoribus colatur Achilles. *Turneb.*

Quam

Cum Medi irrupere novum mare, cumque juventus
Per medium claſſi Barbara navit Athon.
Quid facient crines, cum ferro talia cedant?
Juppiter ut χαλύβων omne genus pereat:
Et

J. SCALIGER.

Quum Medi irrupere) Correctores antiqua lectione offenſi, eam mutarunt, quæ erat, *Quum Medi properare novum mare*. Infinitivus modus pro definito tempore, creberrimus apud Salluſtium. Sic ad eundem modum Claudianus de nuptiis Honorii & Mariæ: *Quum procul augeri nitor, & jucundior aër Attonitam luſtrare domum* -- ubi dictum *Quum augeri, quum luſtrare*, ut hic *quum properare* Quum, inquit, Medi properabant novum mare. In octavo Æneidos:

Interea quum jam ſtabulis ſaturata moveret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet,
Diſceſſu mugire boves, atque omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui:

Hic *impleri*, & *relinqui* eodem tempore cenſeri debent, quo *moveret*, & *pararet*, quanquam ſcio vulgus Grammaticorum eum locum aliter accipere. ubi ſane plane Grammatici ſunt, hoc eſt ἀκαιρολόγοι. At Virgilius dixit, *quum impleri*, *quum relinqui* eodem modo, quo hic dictum, *quum properare*. Vide quam male hunc politiſſimum poëtam habuerunt ſciuli iſti. *Properare* mare, ut Horatius *properare apio coronas*. Virgilius:

Et quævis igni exiguo properata maderet.

Quid facient crines) Virgilius pene ad verbum:

Quid facient domini, audent quum talia fures?

Et conſtat, quum Xerxes tot millia hominum impenderet ad montem perfodiendum brevi opus totum explicaſſe. unde verbo properandi uſus poëta feſtinationi operis accommodo.

Juppiter, ut chalybon) Ingenioſe quidem Politianus ex Græco Callimachi reſtituit. ſed quam vere, haud dum ſcio, quum editiones, quæ ante hanc emendationem Politiani emiſſæ ſunt, conſtanter habeant, *celicum*. quod & Grammatici ejus ſæculi teſtantur in manuſcriptis etiam extare. nam unde hanc corruptam vocem hauſiſſent formis excuſi, niſi ex ſcripta lectione? Certe in noſtro liquide ſcriptum fuit, *telitum*. Sed jam toties monuimus in his exemplaribus manuſcriptis C, pro T, & contra ſcriptum fuiſſe. Itaque & illud *Celicum* noſtro quoque exemplari confirmari poteſt. Quanquam ex *telitum*, *telorum* fecit Parthenius. Certe *Chalybon* non ſcripſit Catullus. quare? quia nimium quantum diſcedit a veſtigiis priſcæ lectionis. Quid ergo? Puto, ut ingenue fatear, Catullum τὸ χαλύβων in Græco poëta non pro natione, ſed pro ipſo ferro accepiſſe. Nam chalybs paſſim apud Græcos etiam τὸ ςόμωμα, acies ferri. Itaque unam ſyllabam deſiderari puto:

Juppiter, ut ſicelicum omne genus pereat.

Nam prima ſyllaba SI, extrita erat, ut in illo hujus poëmatii verſiculo:

Sanguinis expertem non veris eſſe tuam me.

Deeſt haud dubie prima ſyllaba SI. *non ſiveris*. Sicelices, aut Sicilices, cultra tonſoria vocat. Sicilire eſt cædere. Sicilices ſunt quas in ſibynis, aut lanceis, aut venabulis, αἰχμὰς Græci vocant. *Ennius:*

Incedit veles volgo ſicelicibu' latis.

Vide quæ ad Feſtum eo loco notavimus. Hic vero ut diximus, ſicilices ſunt cultri tonſorii, quibus abſciſſa coma. In Gloſſis autem Sicilicum eſt ξυρὸς σκυτέως? Notum quid ſit *ſicilire prata* Hoc enim eſt circuncidere. Apud Iſidorum præclara ſunt veterum ſcriptorum teſtimonia, tanquam precioſiorum pavimentorum teſſellamenta. Sed ea non raro pervertit Iſidorus, in quibus illud ſuccurrit: libro VI, cap. 12. Circuncidi libros Siciliæ

Et qui principio ſub terra quærere venas
Inſtitit, ac ferri frangere duritiem?
Abjunctæ paullo ante comæ mea fata ſorores
Lugebant, cum ſe Memnonis Æthiopis
Unigena

primum increbuit. Nam initio pumicabantur. Nihil temere aſſeram. Sed videtur auctor, unde deſumpſit, ſcripſiſſe: *Circumcidi libros, id eſt ſicilire.* Reliqua ſunt ab Iſidoro. Apud Martialem lib. IX. LXXVIII.

Et libata ſemel, ſummos modo purpura cultros
Sparſerat --

Ita legendum ex ſcriptis libris. Nam cultros intelligit, quos hic Catullus dixerat ſicilices. Purpura autem eſt prima lanugo barbæ, ut etiam veſtis. Et veſticeps ὁ πρωθήβης. Sane ſequentia manifeſto docent Catullum τὸ χαλύβων non pro natione accepiſſe, ſed pro chalybe ipſo. Aliter enim accipit ac Callimachus ſcripſit. Quum enim ſcribit, *Et qui principio ſub terras,* &c. vertens ex illo

-- χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος.
τηλόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν
ἔφηναν.

oſtendit ſe aliter legiſſe, ac citatum invenimus. nempe, τηλόθεν ἀντέλλοντι κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν. & μιν τὸν χάλυβα interpretatur, quum Callimachus τῷ *ferro* referat. -- *quum ferro talia cedant*, ut ſi ſcripſiſſet:

καὶ τί κόμαι ῥέξειαν, ἐπεὶ τάδε εἴκαθε χαλκῷ;
Ζεῦ πάτερ, ὡς χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος
τηλόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.

μὶν hoc eſt τὸν χαλκὸν, ſeu σίδηρον, quod antea dixerat.

VARIORUM.

Quum. Medi properare.) ſic reſtituimus ope libri vetuſti

Cum Medi peperere novum mare, cumque juventus
Per medium claſſi barbara navit Athon.

Xerxis foſſam, quæ erat mille quingentorum paſſuum ſive duodecim ſtadiorum *mare* vocat, ut Plinius *fretum*. Meliores authores paſſim Atho dicunt τὸν Ἄθω, non Athon. *Is Voſſius ad Melam.* pag. 138. *Medi* pro *Perſis*.
Horatius

-- *Neu ſinas Medos equitare inultos*

Μῆδος eſt Perſarum rex vel *Darius* vel Xerxes apud Xenophanem. ita etiam Græci præſertim Attici Perſas nominant. Caſaubonus ad Athen. l. 2. c. 14.

Juppiter, ut χαλύβων omne genus pereat.) Advertendum adverbium, *ut*, tam hic, quam apud Horatium:

Juppiter, ut pereat poſitum rubigine telum.

non tam ſignificare *unam*, quomodo apud Chariſium explicat Aruntius Celſus, quam quod Comici alias cum excandeſcentia, ac devotione quadam per *Qui* efferunt: ut illud Terentii *Qui illam Di omnes perduint*, ſic enim idem alibi: *ut te omnes equidem Di Deaque perduint.* & Plautus pluſquam ſexcenties: *ut te magnus perdat Juppiter.* quod ipſum & nos vernaculo ſermono totidem pæne verbis efferimus *Dat u God ſchende. Douſa P.*

J. SCALIGER.

Abjuncta) Noſter liber *Abrupta*. Nimirum hæc bona lectio ac ſincera minutulis magiſtris diſplicuit. quare, neſcio: Sententia enim plana.

Unigena

Unigena impellens nutantibus aëra pennis
Obtulit Arſinoës Chloridos ales equus.
Iſque per ætherias me tollens advolat auras,
Et Veneris caſto conlocat in gremio
Ipſa ſuum Zephyritis eo famulum legarat,
Grata Canopæis incola litoribus. Scilicet

J. SCALIGER.

Unigena) unigenas fratres & ſorores vocat Catullus. Sic ſupra Dianam Phœbi unigenam dixit. Ergo Memnonis unigena Pegaſus quia Auroræ filius. Sane Pegaſum ab Aurora dono Jovi datum ſcribunt Græcorum commentarii. Lycophron autem & alatum Pegaſum, & eo vehi Auroram ſcribit:

ἠὼς μὲν αἰπὺν ἄρτι φηγίου πάγον
κραιπνοῖς ὑπερποτᾶτο πηγάσου
πτεροῖς.

Quare igitur alitem & pinnatum facit, haud obſcurum eſt:

Chloridos ales equus) Antiqua ſcriptura in noſtro libro, *alis equos. Alis*, ut *germin*, *rumin*, pro ales, germen, rumen ut olim in libros rerum ruſticarum notavimus, *equos*, ut ſupra *maritos* pro maritus. Arſinoen pro Venere Zephyritide cultam ex Callimacho ante hos quindecim plus minus annos admodum adoleſcentes notaveramus. Poſſemus & illos verſus Callimachi adducere ex Athenæo, niſi jam eos Turnebus libris ſuis Adverſariorum inſeruiſſet. Chloris & Zephyritis ζυνώνυμοι ſunt.

Me tollens advolat oras) Noſter codex, *umbras*, non *auras*. Quod meo periculo reponas licet. Nam noctu rapta fuit ea coma. Itaque mane in templo non comparuit. umbras ergo noctem dixit. Hoc plane pertinet ad hiſtoriam: quod tamen audaces homines, quum minime intelligerent, perverterunt.

Ipſa ſuum zephyritis) Quemadmodum Arſinoë pro Venere colebatur, ita ex his colligemus equum, quem in delitiis habuit, Pegaſi nomine appellari. tanquam & ipſe inter aſtra collocatus eſſet. unde famulum ipſius vocat. Sane a ſtudio equorum ἱππεία vocata fuit Arſinoë. Auctor Heſychius in Gloſſis..

Grata canopais) Omnia luxata, perverſa, contaminata ſunt ab ineptis pædagogis, qui inſigni aliqua temeritate plus ſibi gloriæ apud homines ſui ſimiles pariunt, quam viri docti ex aliqua egregia emendatione. Tanta penuria eſt hominum, qui in iſtis literis aliquid videre poſſunt. Ego aio atque iterum aio Catullum ita ſcripſiſſe:

Gnata Canopiis incola litoribus

Ludit ubi — Canopiis eſt κανωπείοις. ut Alexandria ex Græco ἀλεξάνδρεια. Antiochia, ἀντιόχεια. Priſca lectio fuerat, *Canopicis*. nempe propter ſimilitudinem hic C, pro E poſitum fuerat. Nam antiquo illo more ſcriptum fuit *Canopicis* ut ſupra, *ludei*, *lucei*. Hæc perpetua erat in I longo veterum illorum orthographia. Illud, *Ludit ubi*, ex perturbatis veſtigiis ſcripturæ, quæ in noſtro libro eſt, odorati ſumus. Quæ ſunt omnia γνήσια Catulli, & elegantiſſima. Zephyritis Arſinoë, inquit, eo miſerat famulum ſuum Pegaſum. Quo? nempe ubi Gnata Berenice ludere cum aliis æqualibus ſolet. Nam Berenice, ut & pueri ſciunt, Arſinoës filia. *Grata* pro *Gnata* etiam in exemplari Gallicano potuit exaratum fuiſſe, ut apud Plautum in Truculento, *E re grata* ſcriptum extabat, & editum eſt, pro *E re gnata*. quod aliis eſt, E re nata. Quantum autem hæc antea deformata erant? Quam male iſti homines meriti ſunt de politiſſimo poëta, quem tot vibicibus pene ſtigmatiam fecerant?

Vario

Scilicet in vario ne ſolum limite cœli
  Ex Ariadnæis aurea temporibus
Fixa corona foret: ſed nos quoque fulgeremus
  Devotæ flavi verticis exuviæ.
Uvidulam a fletu, cedentem ad templa Deum, me
  Sidus in antiquis Diva novum poſuit.
Virginis & ſævi contingens namque Leonis
  Lumina, Calliſto juncta Lycaoniæ,

Vertor

J. SCALIGER.

Vario ne ſolum limite cœli) Hæc quoque Catulliana non ſunt, ſed eorundem hominum commenta. Noſter liber habet.

-- vario ne ſolum in limine cœli.
Aut Ariadneis aurea temporibus.
Fixa corona foret --

Quæ proba lectio eſt, moda pro *limine* legas *lumine*. lumen cœli eſt cœlum ipſum ἀεροφεγγικῶς. Juvenalis:

Nil præter nubes, & cœli lumen adorant.

Sed ibi vulgo legebatur *numen*, ut ſupra eodum errore. -- *cœleſti lumine vidit*, perperam *numine* & ſcriptum in noſtro extat, & vulgo editum eſt. *Cœleſte numen*, & *cœli lumen*, hoc eſt cœlum.

Ex Ariadneis) Oſtendimus jam ſcriptum eſſe, *Aut Ariadneis* -- quod probum & verum eſt. Ne ſolum, inquit, corona in cęlo, aut in capite Ariadnę fixa eſſet. Nam alii coronam ſimplicem in cęlo ponunt, ut major pars Aſtronom. alii ipſam Ariadnam in cœlo collocant, ut quidam mythologi. Propertius:

Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis.

Uvidulam a fletu) Et hic ore correctorum Catullus loquitur. Nam vetus ſcriptura longe aliter habet: *Vividulam a flactu*. Sed profecto Gallicanus codex habuiſſe videtur *a flatu* unde factum *flactu*. Nam qui *a fletu* legunt, ut habet melior pars editionum, videntur ſecuti illam lectionem, *a flatu*. quæ proxime a vero abeſt. nam *u* pro *a* poſitum, imo *u* & *a* eadem ſunt in Langobardicis characteribus. Legemus vero *a flatu*: &, ne ſolœciſmum committamus, *Vividulo a flatu*: Vividulum flatum vocat, quem Græci poëtæ ἀκραεῖ ῥιπῇ. Nam ſublatus fuerat in cœlum Boſtrychus Berenices. Itaque his verbis innuit ſe vento ſecundo ſublatum in auras. Qui dubitat hanc noſtram emendationem veram eſſe, eũ ego jubeo ἅπτειν λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ. Non quod ita judicio noſtro confidimus: ſed quia ut nolumus adverſus animi noſtri ſententiam verum oppugnare, καὶ ὁμόσε τῇ ἀληθείᾳ χωρεῖν, ſic adverſus ineptorum magiſtellorum audaciam illud tueri nullum prorſus periculum eſſe puto.

Calliſto juncta Lycaonia) Qui hæc mutarunt, vellem mihi dicerent qua fiducia id fecerint? an quod ullam analogiam ſua correctione reſtitutam putent? minime neque enim efficient unquam, ut *Calliſto* tertio caſu dictũ fuerit. Dixiſſem ſaltem *Calliſtoi*, nempe, Καλλιστοῖ. Noſter liber minimum abeſt a vero. Legit enim: *Calliſto juncta Lycaonia*. Si literulam addas, ut pro *Lycaonia* legas *Lycaonida*, veram, ut puto, & germanam lectionem erueris. *Juſta* veteres pronunciabant, pro quo, neſcio quo fato, *juxta* nunc dicimus. eodem modo *mixta* librarii nobis tranſmiſerunt pro *miſta*. *Ulyxes* pro *Ulyſſes* Infra:

M. habet juſta triginta jugera prati.

Vertor

Vertor in occaſum, tardum dux ante Booten,
Qui vix ſero alto mergitur Oceano.
Sed quamquam me nocte premunt veſtigia Divum,
Luce autem canæ Tethyi reſtituor:
Pace tua fari hæc liceat Rhamnuſia virgo,
Namque ego non ullo vera timore tegam,
Non, ſi me infeſtis diſcerpant ſidera dictis,
Condita quin vere pectoris evoluam:
Non his tam lætor rebus, quam me abfore ſemper,
Abfore me a dominæ vertice diſcrucior.
Quicum ego, dum virgo quondam fuit, omnibus expers
Unguentis, una millia multa bibi.
Nunc vos, optato quas junxit lumine tæda,

Non

J. SCALIGER.

Vertor in occaſum) Nam Coma Berenices habet ab oriente Booten, ab occidente terga leonis, a Septentrione poſteriores pedes Urſæ majoris, a meridie Virginem, media prorſus quatuor aſteriſmorum.

Sed quamquam me nocte premunt veſtigia divum) Aratus:

-- θεῶν κατὰ ποσσὶ φορεῖται.

Quicum ego, dum virgo) Noſter, QVOM VIRGO. *Expers* autem dictum eodem modo, quo *Defrens*, *Defrenſis*. Sic *expers expersſis*. ſic *præſex*, *præſicis*. & ut Græci à futuro hæc nomina formant, ſic Latini a ſupino: Græci enim οἰστρόπληξ, κατώβλεψ, ἐπίτηξ, αἰγίλιψ, & ſimilia. *Expers* ergo, *experſis*, idem quod *experſus*, verbum eſt *Expergo*, Ἀφεγείρω. Sed alii malunt expers hic eſſe ἄμοιρος vulgata ſignificatione. Quod, ſi ita malunt, concedimus, Erunt igitur contrarium, *experſa* unguentis: & *expers unguentorum*.

Nunc vos optato quas) Correctores, ſi literas ſpectes, quæ pauca numero ſunt, leviter hæc mutarunt: ſi ſententiam, non leviter peccarunt. Ita enim ex noſtro libro legendum:

Nunc vos, optato quæ junxit lumine tæda
Non poſt unanimis, corpora, conjugibus.

O vos, inquit, corpora, quæ diu quidem deſideratis viris copulata eſtis, ſed quibus poſtea vobiſcum non bene convenit. Vos, quæ ſperatis quidem veſtris tandem nupſiſtis, ſed ita, ut inito matrimonio, non bene inter vos congruat. Manifeſto huic comæ jubet rem divinam facere matronas caſtas, quæ male concordes viros ſibi cupide reſtitui volebant. quod mox ex ſequentibus apparet. Tamen, quum hæc correctores non animadverterent, omnia hæc perverterunt. Hujus autem temeritatis ſignifer fuit Avantius.

VARIORUM.

Omnibus expers.) Pro[h]o Joh. Aurati conjecturam, *ominis expers*. Fortaſſe autem ita legendus eſt poſterior verſus. *Unguenti Aſſyrii millia multa bibi* vel unguenti Surii pro Aſſyrii vel Syrii, & dixit *millia unguenti*, ut in epithalamio *multa millia ludi*. Paſſeratius.

Quam

Non prius unanimis corpora conjugibus
Tradite nudantes rejecta veſte papillas,
Quam jucunda mihi munera libet onyx,
Veſter onyx, caſto petitis quæ jura cubili.
Sed quæ ſe impuro dedit adulterio,
Illius ah mala dona levis bibat inrita pulvis:
Namque ego ab indignis præmia nulla peto.
Sed magis o nuptæ ſemper concordia, veſtras
Semper amor ſedes incolat adſiduus.
Tu vero, regina, tuens cum ſidera, Divam
Placabis feſtis luminibus Venerem
Sanguinis expertem, non votis eſſe tuam me,
Sed potius largis effice muneribus.

Sidera

J. SCALIGER.

Quam jucunda) lege, *Qua*, id eſt, ut.

Caſto colitis quæ jura cubili) En cacoethes correctorum. Nam ut paucularum literarum leviſſima immutatione graviter commiſerant, ita hic unius verbi depravatione quam alienam a mente poëtæ ſententiam effecerunt? Legendum enim plane ex noſtro libro non *colitis*, ſed *petitis*. Veſter, inquam, onyx, quæ petitis jura maritorum veſtrorum, integro pudicitiæ nomine. Quæ, inquit, petitis reſtitui vos viris veſtris, modo conſtet pudicitiæ fama. Imo: Quæ vultis, ut mariti jus ſuum pudori conſervent. Recte Virgilius:

Ante, pudor quam te violem, aut tua jura reſolvam.

Illius aura) Repone antiquam lectionem:

Illius ah mala dona levis bibat inrita pulvis.

Non votis eſſe tuam me) Vetus lectio, *veris*, aut *veſtris* præfert, Si *veris*, deeſt prima ſyllaba, ut ſupra dixi. Sin quod verius eſt, *veſtris*: profecto inverſum eſt pro *Siveris*. Ita diſtingue, & lege.

Tu vero, Regina, tuens quum ſidera Divam
Placabis feſtis luminibus Venerem,
Sanguinis expertem non ſiveris eſſe tuam me,
Sed potius largis adfice muneribus.

Siquis hic interpretationē quæſierit, ego eum ad primos magiſtros redire cenſeo, ut qui non intelligat, quæ vix primis literis tinctum ignorare nefas eſſe arbitror. Male enim hactenus interpretati quidam ſunt neſcio quam Venerem ſanguinis expertem: quum hoc voluerit Veronenſis noſtras, o Berenice, quum Hecatomba facies Arſinoæ Veneri ne me immunem ejus ſacrificii facias: ne poſtremam me in illo epulo memoraveris

Sed potius largis effice) Illud *Effice* Pontani eſt, ut τὸ *votis*, quod ſuperius ſuppoſitum erat. At recte noſter, *adfice*. noli me immunem tanti epuli relinquere, ſed potius largis muneribus adfice. Si veterem lectionem recte perpendiſſet Pontanus, non minorem gloriam Criticus, quam poëta conſequutus eſſet.

Proximus

Sidera cur iterent. utinam coma regia fiam,
Proximus Hydrochoi fulgeat Oarion.

Ad

J. Scaliger.

Proximus hydrochoi fulgeret Oarion) Et ſcripta membrana, & veteres editiones hanc lectionem teſtantur. Qui Erigonem & Arcturum hic ſuppoſuerunt, dum bonos Aſtrologos ſe profitentur; profecto malos Criticos ſe prodiderunt. Non enim hic de theſi illius aſtri ſermo eſt ſed aliud vult poëta: nempe, quum fulgidum aſtrum ſit ipſa coma (quod poëtica αὐξήσει intelligitur dictum, quum revera ſint ἀμυδροὶ ἀστέρες) & velle repetere caput Reginæ teſtetur, mandat Orioni aſtro fulgentiſſimo, ut pro ſe lucere velit. Quod ſi quis objiciat, Orionem non poſſe dici proximum Hydrochoo, quum ab eo ſit remotiſſimus: ego reſpondeo tantam ἀκρίβειαν a poëtis non eſſe exigendam. Quid? nonne Euripides dixit: σείριος ἐγγὺς ἑπταπόρου πλειάδος ἀίσσων Sane haud multo remotior eſt Sirius a Vergiliis, quam Orion ab Aquario. Itaque Ennius videns abſurditatem, quum eam fabulam, id eſt Iphigeniam, verteret, non Vergilias, ſed urſam vertit: quia tam Urſa, quam Vergiliæ, eſt ſidus ἑπτάπορον. Non tamen diſſimulare poſſumus nobis mirum videri non ſolum Callimacho Orionem Aquario tam vicinum videri, ſed etiam Siriam Pleiadi. Non tamen propterea mutandum eſſe dicamus, ſiquid abſurde ab illis dictum. Simpliciſſimus ergo ſenſus hujus loci, quem non ſine magnæ temeritatis conſcientia correctores contaminarunt. Sed omnium maxime ridiculus Marullus, qui quum nullum aut admodum exiguum ſenſum harum literarum haberet, ridet Politianum virum non ſolum ſe majorem, ſed & nullo noſtræ ætatis inferiorem, qui non hæc commentus eſt, ſed veterem lectionem, quam a magiſtellis depravari videbat, ab illorum audacia vindicare conabatur. & ſane omnes vetuſtiſſimæ editiones, ut dixi, & quantum ſcriptorum exemplarium extat, non aliter habent At Græculus ille putavit ſibi licere in bonis auctoribus, quod ipſe ſibi in ſuis verſibus voluit licere. Auſus eſt præterea annotationem doctiſſimi Politiani ineptiſſimo epigrammate exagitare. Sane quibus ille vir tantus videtur, tantique ſit, debebant aliquid de pertinacia remittere, ſi ejus editionem Lucretianam diligenter perpenderent. Nullus enim veterum auctorum ita male ab ullo correctorum acceptus eſt, ut Lucretius ab illo audace Græculo. At nos illũ non imitabimur, & ſi quæ extant ejus ac ſimiliũ correctorum in bonis libris temeritatis atque audaciæ veſtigia, ea prorſus abolere, atque de medio bonorum ſcriptorum penitus obterere nobis conſilium eſt. Quis autem hujus ineptæ mutationis auctor fuerit, nondum comperire potui: niſi fuerit Marullus ipſe. Nam tum recenter, quum illa ſcribebat Politianus, locus ille mutatus fuit. quod anſam præbuit homini eruditiſſimo veterem lectionem aſſerendi, quam videbat ob oculos ſuos ita ab audaculis labefactari. Rapidum quidem ingenium Marulli fuit, & torrens, ſed quod verſibus nunc bonis nunc malis ex tempore effutiendis potius, quam bonis auctoribus emendandis natum videtur.

Fulgeat Oarion) Ejuſdem, cujus & illa ſuperiora, officinæ eſt verbum FVLGEAT. Bonum quidem ipſum, ſed quod Catullus tamen nunc non uſurpat. FVLGERET enim poſuit, ut præferunt ſcripti libri, & antiquæ editiones. *Fulgerare* archaicum, ut *Pignerare, temperare.* Gloſſæ: *Fulgero,* ἀστράπτω.

V A R I O R V M.

Proximus Hydrochoi) Conjungit, etiamſi ſidera hæc minus ſibi vicina ſint, niſi pro *Hydrochoo* ſcribendum *Heniocho*. Heinſius ad Ovid. Artem l. 2. p. 55.

Poſtquam

Ad Januam impudica. LXVIII.

O dulci jucunda viro, jucunda parenti,
Salve, teque bona Juppiter auctet ope,
Janua: quam Balbo dicunt ſerviſſe benigne
Olim cum ſedes ipſe ſenex tenuit:
Quamque ferunt rurſus voto ſerviſſe maligno,
Poſtquam eſt porrecto facta marita ſene.
Dic age dic nobis, quare mutata feraris
In dominum veterem deſeruiſſe fidem.

Non,

J. SCALIGER.

Poſtquam es projecto] Vetus lectio *Porrecto* & recte, hoc eſt mortuo. Alluſum ad geſtum mortuorum. Homerus. ὁ δ' ἐν κονίῃσι τανύσθη. Sophocles: γέροντα μέρει ἐκτανύζειν. Euripides Phœniſſis:

-- Τώδ' ἐκτάδην σοι κεῖθον ἀλλήλοιν
πέλας.

Martialis:

Tu languore quidem ſubito, fictoque laboras.
Sed mea porrexit ſportula, Paule, pedes.

Hoc eſt mortua eſt. Horatius:

Opima quod ſi præda mergos juverit
Porrecta curvo litore.

Utrum autem *es*, an *eſt*, legatur, id ſemper ad Januam refertur. Nam *es* refertur ad eam quidem vocandi caſu. *Eſt* etiam tertia perſona: ut illud antiqui poëtæ:

Danai, qui parent Atridis, quam primum arma ſumite.

Idem ac ſi dixiſſet Danai, qui paretis Atridis. Quare deſinant Grammatici de verbo ES aut EST controverſiam movere.

Facta marita) *Marita*, matrona. vel, ſi mavis, maritalis. Horatius carmine ſeculari: *lege marita* Acro Helenius: *id eſt maritali*, ut *Plautus, apud quem Senex, Pulchra, inquit, adepol pecunia eſt. Cui reſpondet alius. Quæ quidem non marita eſt, pro eo quod eſt: Quæ quidem non eſt maritalis.* Cenſorinus: *Nonnulli binos Genios dumtaxat domibus, quæ eſſent maritæ, colendos putavere.* T. Livius lib. XXVII. *Vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesque.* Quare autem maritam, aut maritalem januam vocat? Diximus apud Feſtum, Matronæ Romanæ, ſimulac in mariti manum convenerant, lectum ante januam ſibi in atrio ſternebant, qui dicebatur adverſus lectus, Propertius: *Seu tamen adverſum mutarit janua lectum,*

Sederit aut noſtro cauta noverca toro.

Aſconius quoque ejuſdem lecti meminit. Vide quæ ad Feſtum ſuperioribus annis notavimus Unde Matronæ dicebantur Janitrices, præſertim duæ, quæ duobus fratribus in eandem domum innupſerant. Lepide igitur dixit ad Januam, *poſtquam es facta marita.* quod non obſcure intelligi poteſt ex Propertii loco jam a nobis producto. Videmus igitur vulgare pene id fuiſſe, ut maritam januam vocarent, quum dominus uxorem duxiſſet. Aperta ergo ſententia Catulli. Poſtquam, inquit, ſene elato nupta ducta eſt domum.

In dominum veterem] Liber ſcriptus: *In dominum venerem.* ut *dominum* ſit genitivus pluralis. Nam non uno domino functa erat.

Verum

Non, ita Cæcilio placeam, cui credita nunc ſum,
  Culpa mea eſt, quamquam dicitur eſſe mea.
Nec peccatum a me quiſquam pote dicere quidquam,
  Verum iſti populo janua quidque facit.
Quin quacunq; aliquid reperitur non bene factum,
  Ad me omnes clamant, Janua, culpa tua eſt.
Non iſtuc ſatis eſt uno te dicere verbo,
  Sed facere, ut quivis ſentiat, & videat,
Qui poſſum? nemo quærit, nec ſcire laborat.
  Nos volumus: nobis dicere ne dubita.

Primum

J. SCALIGER.

Verum iſti populo] Jam ſatis conſtat commentitium eſſe hunc verſiculum, & correctorum ingenio fabricatum. In noſtro libro legitur:

Verum iſti populi janua quite facit.

Legimus:

Verum iſti populi nainia, Quinte, facit.

Nainia, *maiſta*, & ſimilia in illo peroptimo exemplari Gallicano ſcripta fuiſſe videntur, pro mæſta. Nænia eſt aliquod dictum vulgare, ut illud, *Sorex indicio ſuo periit*. Plautus vocat Næniam in Bacchidibus:

Qua quidem te faciam, ſi tu me irritaveris,
Confoſſiorem ſoricina nænia

Horatius vocat puerorum næniam illum verſiculum:

Rex eris, ſi recte faxis: ſi non faxis, non eris.

Ita enim ait:

Roſcia dic, ſodes, melior lex, an puerorum
Nænia, quæ regnum recte facientibus offert.

Ita omne vulgatum dictum vocabant næniam, nempe quod Græci αἶνον. Hic janua vocat næniam populi illud dictum in ſe, IANVA CVLPA TVA EST. *Iſti* eſt ἀρχαϊκῶς *Iſtius*, *Quinte*, prænomen Catulli, ut diſertim principio libri noſtri exaratum eſt: Qu. VALERI CATVLLI AD COR. NEPOTEM LIBELLVS. Catullus enim hæc Veronæ januam interrogat, ut male interpretati ſunt, qui viatores hic interrogantes inducunt. Nam quamvis janua reſpondet tanquam pluribus, quum dicit *vobis*, tamen unum tantum alloqui conſtat, quum dicit, *Ne dubita*. Sed hæc puerilia, neque in dubium revocanda. QVITE igitur Pro *Quinte* hic ſcriptum fuerat, quomodo ſupra in Endecaſyllabis, *Liquantur* pro *Linquantur*. Nihil, inquit, a me dictum aut factum quiſquam dicere poteſt, niſi forte id nænia populi me feciſſe dicat, & illi vulgari de me populi dicto fides adhibenda ſit.

Quin quacunque) Liber, QVI. Manifeſto verum *Qui populus*.

Quod poſſum nemo) Liber: *Quid poſſit*. Lege, *Quid poſſis*. Quia dixerat, non poteſt dici a me quicquam factum, reſpondet Catullus, Quid poſſis nemo quærit, nec quid a te commiſſum, aut non commiſſum ſit. Neque enim ſatis eſt te unico verbo dicere, perperam hæc vulgo in te dici.

Namque

Primum igitur, virgo quod fertur tradita nobis.
    Falſum eſt: nonque illam vir prior attigerat,
Languidior tenera cui pendens ſicula beta,
    Nunquam ſe mediam ſuſtulit ad tunicam,
Sed pater ipſius nati violaſſe cubile
    Dicitur, & miſeram conſceleraſſe domum:
Sive quod impia mens cæco flagrabat amore,
    Seu quod iners ſterili ſemine natus erat:
Et quærendum aliunde foret nervoſius illud,
    Quod poſſet zonam ſolvere virgineam.
Egregium narras mira pietate parentem,
    Qui ipſe ſui gnati minxerit in gremium.
Atqui non ſolum hunc ſe dicit cognitum habere
    Brixia Chinææ ſuppoſita ſpeculæ,
Flavus quam molli percurrit flumine Mela,
    Brixia, Veronæ mater amata meæ,
Sed de Poſtumi', & Corneli', narrat amore,
    Cum quibus illa malum fecit adulterium.

Dixerit

J. SCALIGER.

Namque illam vir prior) Lege, *non qui illam*. Nam hic aliquando NAM pro NON & contra alternatum eſt. *Que* pro *qui* fere ſemper habuit liber noſter. quod ex Gallicano exemplari manaſſe puto in quo I longum ſemper per EI perſcriptum fuit. *Quei* ergo ſcriptum fuerat. *attigerit* autem, non *attigerat*. ex eodem noſtro libro Non. inquit, qui illam vir prior attigiſſe dicatur.

Languidior] Languidior beta proverbium. Unde apud Suetonium in Auguſto betizare, ἀντὶ τοῦ ἀτονεῖν.

Sed pater ipſius] Liber, *illius*. Tantundem eſt. Lege *ille ſui*.

Nec quarendum aliunde] Scriptus liber *Et quarendum*, geminandum autem *unde unde*. Ita loquitur Terentius in Phormione.

Minxerit] Nos olim adoleſcentes, *imminxerit*, ut etiam quidam ſcripri habent.

Suppoſitum ſpecula] Invenerant librarii in Gallicano, *ſuppoſitu*. Legerant enim V pro A, ut ſæpe. quod jam non ſemel a nobis notatur.

Mela) Junius Philargyrius in illud: -- *aut curva legunt prope flumina Mela*: *Mela*, inquit, *amnis in Gallia Ciſalpina vicinus Brixia, Oritur ex monte Brenno.*

Brixia Verona mater amata mea) Ergo hoc Veronæ agitur, Suſpicor tamen legendum, *mater amata tua*. alloquitur enim Catullum: matrem Veronæ vocat, quaſi dicat μητρόπολιν. Euripides Supplicibus: ἄμυνε ματέρι πόλις ἄμυνε παλλάδος. ματέρι hoc eſt μητρί. & ſupra: ματέρος ἄγαλμα φόνιον ἐξίλοι.

Solam

Dixerit hic aliquis: qui tu iſtæc janua noſti,
Cui nunquam domini limine abeſſe licet,
Nec populum auſcultare, ſed huic ſuffixa tigillo
Tantum operire ſoles, aut aperire domum?
Sæpe illam audivi furtiva voce loquentem
Solam conſciolis hæc ſua flagitia,
Nomine dicentem, quos diximus, utpote quæ mi
Speraret nec linguam eſſe, nec auriculam.
Præterea addebat quendam, quem dicere nolo
Nomine, ne tollat rubra ſupercilia.
Longus homo eſt, magnas cui lites intulit olim
Falſum mendaci ventre puerperium.

Ad Malium. LXIX.

Quod mihi fortuna, caſuque oppreſſus acerbo,
Conſcriptum lacrimis mittis epiſtolium,
Naufragum

J. SCALIGER.

Solam conſiliis) Lege, ut olim emendabamus, *ſolam conſciolis.* hoc eſt ancillis. Horatius.

-- *miſeram ſe conſcia clamet.*

Idem:

Quo te demiſit peccati conſcia herilis.

Ovidius:

Conſcia quum poſſit ſcriptas portare tabellas

Idem paulo poſt:

-- *pro charta conſcia tergum*
Præbeat, inque ſuo corpore verba ferat.

Porro *alienum a vero* prorſus ſcribit Adr. Turnebus, Gallorum doctiſſimus, hunc eſſe Cæcilium, cui Clodia nupſerit. Hoc enim non Romæ, ſed Veronæ manifeſto actum ſcribit Catulius. Deinde nihil tale de Clodia narratur, ut conſuetudinem ſtupri nefandam cum patre ſuo habuerit. Hoc enim non tacuiſſet capitalis hoſtis ejus fratris Clodii Cicero.

VARIORUM.

Tollat rubra ſupercilia.] Eleganter ſolemnem excandeſcentium & nubila fronte minas ſpirantium habitum & vultum expreſſit. Sic Philoſtratus in imaginibus de Meda: *τίς ἡ βλοσυρὸ μὲν ἐπισκύνιον ὑπὲρ ὀφθαλμῶν αἴρουσι.* Ariſtophanes in Ranis: *Δεινὸν ἐπισκύνιον ξυνάγων βρυχώμενος ἥσει*, ad quem locum Scholiaſt. vide. Quæ diſertim explicant mentem Catulli. Atque hæc quidem ad excandeſcentiam pertinent, quam ſuperciliis homines declarant. De ſuperbia ac faſtu, quæ hic pendet ac ſedem habet, ut loquitur Plinius, ſignate Petronius: *poſtquam ſe amari ſenſit, ſupercilium altius ſuſtulit. Donſa F.* & ſimilia P.

Longus homo.] *Longum hominem* pro inſulſo ac blenno homine accipio hoc loco. quemadmodum *μέγας* pro ſtolido & inepto ponitur apud Ariſtophanem. *Donſa. F.*

Naufragum ut ejectum ſpumantibus æquoris undis
Sublevem, & a mortis limine reſtituam,
Quem neq; ſancta Venus molli requieſcere ſomno
Deſertum in lecto cælibe perpetitur,
Nec veterum dulci ſcriptorum carmine Muſæ
Oblectant, cum mens anxia pervigilet:
Id gratum eſt mihi, me quoniam tibi ducis amicum,
Muneraque & Muſarum hinc petis, & Veneris.
Sed tibi ne mea ſint ignota incommoda Manli,
Neu me odiſſe putes hoſpitis officium:
Accipe, quis merſer fortunæ fluctibus ipſe,
Ne amplius a miſero dona beata petas.
Tempore quo primum veſtis mihi tradita pura eſt,
Jucundum cum ætas florida ver ageret,
Multa ſatis luſi: non eſt dea neſcia noſtri,
Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.
Sed totum hoc ſtudium luctu fraterna mihi mors
Abſcidit: o miſero frater adempte mihi!
Tu mea tu moriens fregiſti commoda frater:
Tecum una toto eſt noſtra ſepulta domus:
Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra,
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor:
Cujus ego interitu tota de mente fugavi
Hæc ſtudia, atque omnes dilicias animi.
Quare quod ſcribis, Veronæ turpe Catullo
Eſſe, quod hic quiſquis de meliore nota
Frigida deſerto tepefecit membra cubili,
Id Manli non eſt turpe, magis miſerum eſt.

Ignoſces

J. SCALIGER.

Deſertum in lecto cælibe) Male quidam audaculi, *in thalamo.* quare illis *lecto* diſplicuit? Præterea ſi *thalamo* legeretur, legitimum torum acciperemus. nunc tantum de amatorio· quem ſane thalamum non poſſis vocare.

Fraterna mihi mors abſtulit) Vetus ſcriptura, *Abſcidit.*

Ignoſces igitur, ſi, quæ mihi luctus ademit,
  Hæc tibi non tribuo munera, cum nequeo.
Nam, quod ſcriptorum non magna eſt copia apud me,
  Hoc fit, quod Romæ vivimus: illa domus,
Illa mihi ſedes, illic mea carpitur ætas:
  Huc una e multis capſula me ſequitur.
Quod cum ita ſit, nolim ſtatuas, me mente maligna
  Id facere, aut animo non ſatis ingenuo,
Quod tibi non utriuſque petiti copia facta eſt.
  Ultro ego deferrem, copia ſiqua foret.
Non poſſum reticere Deæ, qua Manlius in re
  Juverit, aut quantis juverit officiis,
Ne fugiens ſæclis obliviſcentibus ætas
  Illius hoc cæca nocte tegat ſtudium.
Sed dicam vobis: vos porro dicite multis
  Millibus, & facite hæc charta loquatur anus,
*   *   *
  Noteſcatque magis mortuus, atque magis:

Ne

J. SCALIGER.

Qua Mallius in re juverit) Vetus ſcriptura: *quam ſalius in re* Profecto legendum -- *quam' Alius in re.* Synalœphas his exemplaribus perſcriptas eſſe jam ſupra notavimus, ut, *Devolvit ill' acuto.* cognomen huic Manlio fuit Alius, vel Allius. Infra:

In deſerto Ali nomine opus faciat.

Item:

Pro multis, Ali, redditur officiis.

Quod a nemine hactenus obſervatum. Sane ab Alliis Allieni dicti. quæ fuit familia Romæ. Alliæ gentis mentio in veteri inſcriptione Romana: M ALLIVS. TYRANNVS. Concludimus igitur hunc Manlium ex Allia gente fuiſſe, adoptatum autem in Manliam. Itaque vocatum fuiſſe Manlium Allienum: pro quo Allium dixerit Catullus: quia aliter non poſſet includi in legem carminis. Alioqui quoties Octavius Cæſar pro Octaviano vocatur a priſcis? Allius igitur ſine ullo dubio eſt Allienus, cognomen ex nomine, ut in adoptionibus fit. Alioqui quam inepte legebatur ſine pronomine *Me*?

Omnibus, inque locis) Expunximus hunc verſum, quod alicujus audaculi eſſe conſtet, puta Marulli, aut eo non modeſtioris. Sane illum liber noſter non agnoſcit. In noſtro autem aliena manu non melior illo ſuppoſitus erat: *Muſcoſi repetat vada remigiis Acherontis.* ut appareat vulgatum hunc non admodum vetuſtum eſſe, ſed profecto ſubolet mihi aut Marulli, aut Pontani, aut Carini eſſe.

Ne tenuem texens ſublimis aranea telam,
Deſerto in Manli nomine opus faciat.
Nam, mihi quam dederit duplex Amathuntia curam,
Scitis, & in quo me torruerit genere:
Cum tantum arderem, quantum Trinacria rupes,
Lymphaque in Oetæis Malia Thermopylis.

Mæſta

J. SCALGER.

Deſerto in Manli) In veteri ſcriptura: *In deſerto Ali.* Jam dixi hoc eſſe cognomen poſt adoptionem in Manliam gentem.

Duplex Amathuntia) *Amathuſia* ſcriptus liber in Ciri quoque:

Nam te jactari non eſt Amathuſia noſtri
Tam rudis -- quamvis aliter olim ſenſimus. Nam *Amathuſia*, ut Acheruſia, Rhamnuſia.

Lymphaque in Oeteis Manlia) Hic Turnebus Manliam a quodam Manlio, qui montes illos primus aſcenderit, dictam affirmat. Qui doctiſſimus vir, præter quam quod ἀνιςόρητα & abſurda profert adeo illi difficile fuit emendatiorum editionum fidem ſequi, in quibus non *Manlia*, ſed *Malia* publicatum eſt? Nam Malia eſt μηλία. Callimachus: -- καὶ οὔρεα μηλιάδος αἴης. Interpres Sophoclis: μηλιεῖς ἔθνος θεσσαλικὸν τραχῖνος μηλία δὲ ἡ πόλις καλεῖται. & Sophocles ipſe Philoctetâ:

ὦ ναύλοχα καὶ πετραῖα
Θερμὰ λοῦτρα, καὶ παγὰς
Οἴτας ποιμενιστεύοντες.
Οἵ τε μέσσαν μηλίδα πὰρ λίμναν.

An dubium igitur quare Malia lympha dicta? Sophocles qui Attice loquebatur, μηλίδα dixit: Sed ipſi Trachinii, qui loquebantur Dorice, μαλίδα dicebant, unde μαλιακὸς κόλπος. Propterea prima longa. Auctor ἀνώνυμος ἐν περιηγήσει ad Nicomedem regem.

ἀγχοῦ δ' ἐν αὐτῷ γίνετ' ἀμφικτυονική,
κόλπος δὲ κεῖται μαλιακὸς ἐν τῷ μυχῷ.

Et in quo me torruerit) *In quo genere torruerit*, id eſt, quomodo torruerit. more Græcorum, qui dicunt ἐν ποίᾳ ἰδέᾳ, pro ἐν ποίῳ τρόπῳ. Cicero Attico libro tertio: *quod optimo genere facere non licuit.* & libro primo de officiis: *eum, quicum bella geras, tam molli genere appellare.*

VARIORUM.

Duplex Amathuſia.) Duas Veneres ſtatuebant veteres, alteram οὐρανίαν dictam, quæ honeſtos excitare amores, alteram πάνδημον, quæ in libidinem impellere putata. Plato quoque in Sympoſio duas veneres ait. vide & Apul. in Apologo. Huc pertinet quoque Epigramma Theocriti, cujus initium ita habet; Ἡ Κύπρις οὐ πάνδημος, ἱλάσκεο τὴν θεὸν εἰπὼν Οὐρανίαν, ἁγνᾶς ἄνθημα χρυσογόνας. Vide etiam Artemid. lib. II. c. XLII. Hinc lucem do Arnob. lib. VI. dicenti: *Vbinam gentium fuerant una atque altera Veneres, ut impudicam petulantiam juvenum propulſarent ab ſe longe, & contactus impios cruciabili coërcitione punirent?* Ad Venerē πάνδημον quod attinet, ejus ſimulacrum Athenis in foro conſecratum fuit, eamque conſecrationem ad Solonem quidam referunt. *Meurſius.*

Clauſum

Mæſta nec aſſiduo tabeſcere lumina fletu
  Ceſſarent, neque triſti imbre madere genæ:
Qualis in aërii pellucens vertice montis
  Rivus muſcoſo proſilit e lapide:
Qui cum de prona præceps eſt valle volutus,
  Per medium denſi tranſit iter populi,
Dulce viatori laſſo in ſudore levamen,
  Cum gravis exuſtos æſtus hiulcat agros.
Ac veluti nigro jactatis turbine nautis
  Lenius aſpirans aura ſecunda venit.
Jam prece Pollucis, jam Caſtoris implorata;
  Tale fuit nobis Manlius auxilium.
Is clauſum lato patefecit limite campum,
  Iſque domum nobis, iſque dedit dominam,
Ad quam communes exerceremus amores.
  Quo mea ſe molli candida Diva pede
Intulit, & trito fulgentem in limine plantam
  Innixa, arguta, conſtitit in ſolea.
Conjugis ut quondam flagrans advenit amore
  Proteſilaëam Leodamia domum,
Inceptam fruſtra nondum cum ſanguine ſacro
  Hoſtia cæleſtes pacificaſſet heros.

Nil

J. SCALIGER.

Clauſum lato) Lege ex eodem libro, *Is laxum lato*.

Incepta fruſtra) Recte doctiſſimus Turnebus, *Inceptam fruſtra.* καὶ δόμος ἡμιτελής Homero. Val Flacc. VI.

— conjux miſeranda Caico
Linquitur, & primo domus imperfecta cubili.

Hoſtia caleſtis pacificaſſet) verbum *Pacificare* quidam Marulliani, quod aut barbarum aut inſolens, & Catullo indignum putarent, ſuſtulerunt, & *conciliaret* pro eo repoſuerunt. Profecto de illis nihil aliud dicam, quam indignos quibus reſpondeatur.

Nil mihi tam valde placeat Rhamnuſia virgo,
Quod temere invitis ſuſcipiatur heris.
Quam jejuna pium deſideret ara cruorem,
Docta eſt amiſſo Laodamia viro,
Conjugis ante coacta novi dimittere collum,
Quam veniens una atque altera rurſus hiems
Noctibus in longis avidum ſaturaſſet amorem,
Poſſet ut abrupto vivere conjugio.
Quod ſcribant Parcæ non longo tempore abeſſe,
Si miles muros iſſet ad Iliacos.
Nam tum, Helenæ raptu, primores Argivorum
Cœperat ad ſeſe Troja ciere viros,
Troja, nefas, commune ſepulchrum Europæ Aſiæq;
Troja virum & virtutum omnium acerba cinis,
Quæ væ, væ, & noſtro letum miſerabile fratri
Attulit. hei miſero frater adempte mihi!
Hei miſero fratri jucundum lumen ademptum?
Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus:
Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra,
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor.
Quem nunc tam longe non inter nota ſepulchra
Nec prope cognatos compoſitum cineres,

Sed

J. SCALIGER.

Quod temere invitis) Recte ſane. ſed unius voculæ mutatio in noſtro longe diverſum ac fortaſſe lepidiorem ſenſum efficit. Legitur enim ibi non *Quod*, ſed *Quam*. Quæ lectio totam de integro interpolat ſententiam. Nihil, inquit, tam libenter ſuſcipere poſſunt homines, quam temere, ſi diis diſpliceat. Quę rotundiſſima eſt Gnome. Qui hanc lectionem mutarunt, credibile eſt illos ſuam, non Catulli mentem, ſpectaſſe.

Quam jejuna pium deſideret) In ora libri altera lectio notatur *Deſideret*. Alii notant *Diſgeret*. Latet hic aliquod portentum mendi.

Qua nempe & noſtro) Reclamat vetus lectio: *Qua vetet noſtro*. Lege *Qua* (*ve te*) *noſtro*. *ve* eſt χετλιαστικόν. *Mantua ve miſera*. ve, te, proh, ah, χετλιαστικὰ ſunt Catullo familiaria: ut χετλιασμὸς referatur ad fratrem ipſum. Subjicitur enim: O *miſero frater adempte mihi*. *ve te*, *o frater*. Sic *ve me* apud Senecam Apocolocynthoſi.

Non inter nota ſepulchra) NOTA hoc eſt cognata, ut poſtea κατ' ἐπεξήγησιν interpretatur. Infra, *Si tria notorum baſia repperent*.

Detinet

Sed Troja obſcœna, Troja infelice ſepultum
Detinet a noſtro terra aliena ſolo.
Ad quam tum properans fertur undeundiq; pubes
Græca penetrales deſeruiſſe focos:
Ne Paris abducta gaviſus libera mœcha
Otia pacato degeret in thalamo.
Quo tibi tum caſu, pulcherrima Laodamia,
Ereptum eſt vita dulcius, atque anima
Conjugium, tanto te abſorbens vortice amoris
Æſtus in abruptum detulerat Barathrum.
Quale ferunt Grai Pheneum prope Cyllenæum
Siccari emulſa pingue palude ſolum,
Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis
Audet falſiparens Amphitryoniades,
Tempore quo certa Stymphalia monſtra ſagitta
Perculit imperio deterioris heri:
Pluribus ut cæli tereretur janua divis,
Hebe nec longa virginitate foret.
Sed tuus altus amor Barathro fuit altior illo,
Quod Divum domitum ferre jugum docuit.

Nam

J. SCALIGER.

Detinet a noſtro) *Detinet extremo.* Vetus liber non male etiam *externo*, ut ſit oppoſitum τῷ *nota ſepulchra*.

Pheneum prope Cylleneum) Ratio poſtulabat Cyllenæam. Eſt enim urbs. Statius IIII. Thebaid.

Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.
Male quidam legunt *Peneum* πηνειὸν pro Φενεὸν obliti ſyllabarum. Nam pro duabus brevibus duas longas ſubſtituunt. Hoc ſequutus eſt diſertus vir in ſuo commentario. Itaque non mirum ſi in Theſſalia, ubi eſt Peneus fluvius, contigiſſe dicat, non in Arcadia ubi erat Pheneos oppidum. Totam hiſtoriam habes apud Pauſaniam. & quidem ſatis nota eſt.

Auſus falſiparens) Vetus lectio, *Audet.* tempus pro tempore, in quo frequentiſſimus Propertius. Uno exemplo contentus eſto:

At tu vix primas extollens gurgite palmas
Sæpe meum nomen jam peritura vocas.

hoc eſt, vocabas.

Quo divum domitum) Ineptiſſima hæc lectio. Itaque non Catulliana, ſed correctorum. De Hercule eſt ſermo. deinde iſti docti homines de Jove loquuntur. Hoc eſt ἄλλο μὲν ὗς, ἄλλο δ' ὁ μῦς κλῆς. Sed ſincera eſt antiqua ſcriptura: *Qui divum domitum. Divum* hoc eſt Herculem ipſum. I nunc, & iſtas egregias correctorum editiones amplectere, & eorum

K 5 fide

Nam neque tam carum confecto ætate parenti
Una caput ſeri gnata nepotis alit.
Qui cum divitiis vix tandem inventus avitis
Nomen teſtatas intulit in tabulas,
Impia deriſi gentilis gaudia tollens,
Suſcitat a cano vulturium capite:
Nec tantum niveo gaviſa eſt ulla columbo
Compar, ſeu quidquid dicitur improbius,
Oſcula

fide bonos auctores legito. Nihil enim hac lectione ſimplicius, ut quæ ne interpretationem quidem deſideret. Domitum Herculem dicit ſubiſſe jugum Euryſthei, cujus imperio illa barathra exhauſerit.

J. SCALIGER.

Suſcitat & cano) Vetus lectio: *Suſcitat a cano volturium capite.* Hic more veteris ſcriptionis *a*, eſt *ah*, *Capite*, *capitei*, quod toties mónuimus. Qui, inquit, in magnis divitiis avitis ſublatus, & heres ſcriptus, gaudium movet gentili deriſo, quia ſi nepotem poteſt expungere, ipſe, qui proximus eſt, jure agnationis iu vacuum veniet, Itaque is eſt vulturius capiti cano hoc eſt avo. Sed explicanda ſunt.

Qui cum d.vitiis) Legendum QVVM. Deeſt autem præpoſitio *in*, quæ fortaſſe reponenda eſt.

Qui, quum in divitiis vix tandem inventus avitis
Nomen teſtatas intulit in tabulas:
Impia deriſi gentilis gaudia tollens
Suſcitat ab cano volturium capiti.

Ita enim interpungenda ſunt illa. quia male accipiuntur vulgo. Inventus ergo in divitiis. Horatius:

Si cui præterea validus male filius in re
Præclara ſublatus aletur. --

Græcum eſt, ἐπὶ μεγάλων χρημάτων τεθραμμένος.

Gaudia tollens) In alium ſenſum, ac vulgus putat, Tollere gaudium dicitur. Nam eodem modo, quo tollere riſum alicui, id eſt inducere ad ridendum, vel in riſum. Sic Varro dixit tollere alicui proverbium, hoc eſt anſam dare, ut de aliquo efferatur proverbium. Hic unicus ſuus neceſſarius beres dicitur proximo agnato gaudium tollere: quia ille imminet illius morti, ut ei ſuccedat. Eodem modo dictum tollere gaudium, quo ſuſcitare. Volturium canum caput, ut dixi, ipſummet avum vocat.

Seu quicquid dicitur improbius) Vetus ſcriptura: *qua multo dicitur improbius.* Recte. qua nulla alia improbius dicitur oſcula, &c.

VARIORUM.

Suſcitat ab cano] Legendum, *ſuſcitat a cano vulturium capite.* De parvo nepote loquitur, qui avo natus in extremo ſenio poſt ſignatas tabulas, & inſtiturum hæredem aliquem ex gentilibus, qui proximus erat, teſtamentum rumpit, & fruſtatur gaudium gentilis, qui ſpe jam devoraverat hæreditatem, & imminebat quaſi vulturius capiti ſenis, mortemq; ejus expectabat expetebatque, ut frueretur bonis. At natus nepos, ubi tabulis avi nomen intulit, expuncto gentili, ſuſcitat vulturium & amolitur a capite. *Salmaſius.*

Quantum

Oſcula mordenti ſemper decerpere roſtro :
  Quamquam præcipue multivola eſt mulier.
Sed tu harum magnos viciſti ſola furores,
  Ut ſemel es flavo conciliata viro.
Aut nihil aut paulo cui tum concedere digna,
  Lux mea ſe noſtrum contulit in gremium :
Quam circumcurſans hinc illinc ſæpe Cupido,
  Fulgebat crocina candidus in tunica.
Quæ tamen etſi uno non eſt contenta Catullo;
  Rata verecundæ furta feremus heræ,
Ne nimium ſimus ſtultorum more moleſti.
  Sæpe etiam Juno maxima Cælicolum
Conjugis in culpa flagravit cottidiana,
  Noſcens omniuoli plurima furta Jovis.
Atqui nec Divis homines componier æquum eſt :
  Ingratum tremuli tolle parentis onus.
Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna,
  Fragrantem Aſſyrio venit odore domum,
Sed furtiva dedit nigra munuſcula nocte,
  Ipſius ex ipſo dempta viri gremio.   Quare

J. SCALIGER.

Quantum præcipue) Repone ex eadem ſcriptura: *Quanquam*. Sententia tota hæc eſt. Tuus amor, inquit, altior fuit barathro illo. cui amori neque comparandus eſt amor avi in nepotulum unicum : neque columbarum in compares ſuas, quæ omnium animalium amores laſcivia & procacitate vincunt. Unam excipio mulierem, quæ omnium impotentiſſime amat, & cujus amor deſultorius eſt. Sed tu omnes viciſti.

Sed tu harum magnos) Subdititia hæc. noſter codex. *Sed tu olim magnos*. Græcanicum, *olim magnos*, τοὺς πάλαι μεγάλους.

Fulgebat crocina) Quem nudum Cupidinem alii pingunt, eum in tunica proſcribit Catullus imitatione Sapphus. Pollux libro decimo: πρώτη δέ φασι χλαμύδα ὠνόμασε Σαπφὼ ἐπὶ τοῦ ἔρωτος εἰποῦσα, ἐλθόντ' ἐξ οὐρανῶ πορφυρέαν ἔχοντα περιέμενον χλαμύδα.

Ingratum tremuli) Rara furta verecundæ heræ feremus, & reliqua tædia, præter patrem qui noſtris amoribus inſidiabundus obſervet nos querulus, labris demiſſis gemens. Reliqua ferre poſſim. hoc unum excipe. Moleſtum igitur ſenem, qui amoribus filiæ importunus intervenit, ingratum onus vocat. Hæc eſt vera hujus loci ſententia. Sequitur enim

-- *dextra deducta paterna*.

Sed furtiva dedit nigra) Vetus lectio. MIRA, non NIGRA.

Si

Quare illud ſatis eſt, ſi nobis id datur unis,
Quo lapide illa diem candidiore notet.
Hoc tibi quo potui, confectum carmine munus
Pro multis, Manli, redditur officiis,
Ne voſtrum ſcabra tangat robigine nomen
Hæc atque illa dies, atque alia, atque alia.
Huc addent Divi quam plurima, quæ Themis olim
Antiquis ſolita eſt munera ferre piis.
Sitis felices & tu ſimul & tua vita,
Et domus ipſa, in qua luſimus, & domina,
Et qui principio nobis te tradidit, a quo
Sunt primo nobis omnia nata bona.
Et longe ante omnes mihi quæ me carior ipſo eſt,
Lux mea, qua viva vivere dulce mihi eſt.

In

J. SCALIGER.

Si nobis id datur unis) ὑπονοθεύει hæc lectio. Vetus ſcriptura recte *unus*, non *unis*. & *is*, non *id*. Et *Quem*, non *Quo*. Lege: *Quare illud ſatis eſt, ſi nobis is datur unus, Quem lapide illa diem candidiore notat.* Quare ſatis eſt, ſi unus, id eſt alius dies talis ſit, qualis fuit ille inſignis, quem Lesbia felici nota ſignavit. Ovidius *Proveniant medii ſic mihi ſæpe dies.* Si pro *Quo* legas *quod*, vulgata lectio bonam quoque ſententiam concipiet. Satis eſt ſi nobis unis, & nemini alii, impertiat id, quod felix illa dies notat candido lapillo.

Pro multis aliis redditur officiis) Imo pro illis officiis, quæ enumeravit At proculdubio corruptus eſt locus. Nam legendum:

Pro multis. Ali, redditur officiis.

Quod jam ſupra monuimus.

Ne noſtrum ſcabra) Legendum, *Ne voſtrum ſcabra.*

Et domus ipſa, in qua luſimus & domina) Lege:

Et domus, ipſe in qua luſimus & domina.

Domus, in qua ego ipſe, & domina luſimus. Trajectio lectionem mutaverat.

Et qui principio nobis dominam dedit) Non dici poteſt quam male hæc ab imperitis correctoribus accepta ſint, qui nulla alia re, quam quod ſcriptam lectionem aſſequi non poterant, hæc mutarunt. Noſter liber plane legit:

Et qui principio nobis terram dedit aufert
A quo primo ſunt omnia nata bona.

In ſecundo verſiculo nihil detrimenti acceptum. In priore eſt κυρία πληγή. Sed age, quam poſſumus, medicinam illi faciamus.

Et qui principio nobis te trandedit auſens,
A quo primo ſunt omnia nata bona.

Trandedit notum ἀρχαϊσμὸν omnes norunt, ut *Tranſdere in otium* Terentio in Phormione, ex *aufert* puto faciendum *auſens.* quod ita ſcriberent per ov. Si quis commodiorem lectionem comminiſci poteſt, candidus impertiat. Nam conſtat nobis nomen ejus, qui primus Manlium commendavit Catullo, deſiderari. Quid ſit tradere in commendatitiis omnes ſciunt, ſaltem ſi tertium decimum Epiſtolarum Ciceronis legerint.

Non

In Rufum. LXX.

Noli admirari, quare tibi femina nulla
Rufe velit tenerum ſuppoſuiſſe femur,
Non, ſi illam raræ labefactes munere veſtis,
Aut pelluciduli deliciis lapidis.
Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper.
Hunc metuunt omnes. neque mirum: nam mala valde eſt
Beſtia, nec qui cum bella puella cubet.
Quare aut crudelem naſorum interfice peſtem,
Aut admirari deſine, cur fugiunt.

De inconſtantia feminei amoris. LXXI.

Nulli ſe dicit mulier mea nubere malle,
Quam mihi: non ſi ſe Juppiter ipſe petat.
Dicit:

J. SCALIGER.

Non ſi illam raræ) Ita reconcinnatum ex priſca ſcriptura. *Ne s'illa rara.* Non enim M, aut N notabant, ut neque *bus* ſyllabam in dativis pluralibus tertiæ declinationis. quia illa nunquam obſcurum eſt quomodo ſupplenda ſint. De ſynalœphis jam ſupra ſæpe monuimus.

Nam mala valde beſtia) Plautus, *mala beſtia es.* Menander ἐφεσίῳ.

οἷος δ' ἐστὶ καὶ τὴν ὄψιν εἶναι φαίνεται,
εἰ φ' ὃ τοιοῦτος γίγνεται ὅσον θηρίον
τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ καλὰς ἡμέρας ποιεῖ.

In alium ſenſum uſurpavit, ac Catullus. nempe quomodo alii ὅπλον. οἷον ὅπλον ἐστὶ συμφορά. & Latini. *Quale telum*

VARIORUM.

Caper.] τράγος a Græcis, *Hircus* a Latinis, & *Caper*, vocatur fætor alarum; Martial. *Inde τράγος, celereſque pili, mirandaque matri Barba.*
— Ovid. de Art. lib. III. *Quam ſæpe admonui ne trux caper iret in alas, Neve forent duris aſpera crura pilis.* Catul. ep. LXXII. *Si cui jure bono ſacer alarum obſtitit hircus.* Horat ep. XII. *Namque ſagacius unus odoror, Polypus, an gravis hirſutis cubet hircus in alis.* Acron: *Dicit ſe nec ſinceram nariumi, nec hircum ferre, quo illa laborabat. ab hircorum enim fœtore dicti ſunt & olentes hirquitalli.* Inde *Hirquitallire* Latini, Græci τραγίζειν & τραγᾷν dicebant. Cenſorinus de die nat. c. XIV. *Meurſius.*

Sed

Dicit: Sed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento, & rapida ſcribere oportet aqua.

Ad Vironem. LXXII.

Si cui jure bono ſacer alarum abſtitit hircus,
Aut ſi quem merito tarda podagra ſecat,
Æmulus iſte tuus, qui veſtrum exercet amorem,
Mirifice eſt a te nactus utrumque malum.
Nam quoties futuit, toties ulciſcitur ambos;
Illam affigit odore, ipſe perit podagra.

Ad Lesbiam. LXXIII.

Dicebas quondam, ſolum te noſſe Catullum
Lesbia, nec præ me velle tenere Jovem.
Dilexi tum te, non tantum ut vulgus amicam,
Sed pater ut gnatos diligit, & generos.

Nunc

J. SCALIGER.

Sed mulier cupido) παροιμιώδης verſus. ἐγὼ γυναικὸς ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφω· Facete. nam alii dicebant: ἐγὼ γυναικὸς ὅρκον εἰς οἶνον γράφω.

Si cui jure bono) Depravatiſſimus locus. Vetus ſcriptura: *Si qua, Viro, bono ſacrorum obſtitit hircus.* Non dubito recte correctum a doctis *ſacer alarum* ex illo *ſacrorum* Sed nondum ſanus eſt locus. *Viro* pro *Virro*, quia non geminabant literas.

Podagra ſecat) Ita, non *necat*, ut quidam voluerunt. Martialis: — *podagra chiragraque ſecatur Cajus* - Græci πρίονα ἀλγηδόνα.

VARIORUM.

In vento, & c.] Eleganter has res conjungit, quæ eo ingenio, ut in iis imprimi nihil poſſit, quomodo & Propert. de ejusdem ſequioris ſexus ſubleſtâ ac leviſſida fide: *quidquid jurarant ventus & unda rapit.* Nam & aqua perpetuo fluit, & ventus nihil aliud eſt, quam *fluens aër*, ut Seneca, aut *multum & vehemens in unum coacti aëris flumen*: ut Apulei verbis utar. Ac tanta harum rerum cognatio eſt, ut quorundam philoſophorum opinio fuerit, aërem cum fluit ventum, cum cogitur aquam eſſe: vid. Ariſtot. Meteor. l. I. XIII. Fuiſſe autem Hippocratem hujus dogmatis auctorem teſtis eſt Olympiodorus ad eum Ariſtotelis locum. Et huc reſpexiſſe apparet Ennius in Epicharmo.

Iſthic eſt is Iuppiter, quem dico, quem Græci vocant
Aërem qui ventus eſt, & nubes, imber poſtea
Atque ex imbre frigus, ventus, poſt fit aër denuo.

Ac fortaſſe etiam Tibull.

--- venti temeraria vota,
Aëria & nubes diripienda ferant.

Affine autem illi Catulliano dicto iſtud Nazianzeni eſt in Epiſtola ad Sophronium præfectum: ὡς ἀνέμοις μᾶλλον πιστεύειν καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος ἢ ἀνθρώπων συνηθείᾳ. Douſa F.

Multa

Nunc te cognovi. quare, etſi impenſius uror,
  Multo mi tamen es vilior, & levior.
Qui potis eſt? inquis. quod amantem injuria talis
  Cogit amare magis, ſed bene velle minus.

In ingratum. LXXIV.

Deſine de quoquam quidquam bene velle merere,
  Aut aliquem fieri poſſe putare tuum.
Omnia ſunt ingrata. nihil feciſſe benigne eſt:
  Imo etiam tædet, tædet, obeſtque magis:
Ut mihi quem nemo gravius nec acerbius urget,
  Quam, modo qui me unum, atque unicum amicum habuit.

In Gellium. LXXV.

Gellius audierat, patruum objurgare ſolere,
  Si quis delicias diceret, aut faceret.
Hoc ne ipſe accideret, patrui perdepſuit ipſam
  Uxorem, & patruum reddidit Harpocratem.
Quod voluit, fecit: nam quamvis inrumet ipſum,
  Nunc patruum, verbum non faciet patruus.

In

J. SCALIGER.

Multo ita me nec) Lege, *Multo mi tamen es vilior, & levior.*

Imo etiam tædet obeſtque) meliorem deteriore lectione mutarunt correctores, Quare enim mihi diſpliceat illud emendatiſſimum in manuſcripto? *Imo etiam tædet ſtatque magiſque magis.* Quam lectionem præ ſe ferunt primæ editiones. Stat eſt ἐνίςαται. *Manet alta mente repoſtum.*

Ut mihi, quem nemo gravius) *Ve mihi* Ita repone.

Pater vi perdeſpuit) Primi omnium olim adoleſcentes docuimus *perdepſuit* legendum eſſe, quod & eximius vir Adrianus Turnebus in ſuis Adverſariis teſtatum reliquit. Quam tamen emendationẽ mihi præripere quidam conati ſunt. Non quod ego tanti mea faciam, neque quod hac exiſtimationem meam ſtare aut cadere cenſeam, ſed quia perfrictas frontes ferre non poſſum.

VARIORUM.

Perdepſuit.] depſere, a δεψέιν, *coquo* ; *molo* Cato de R. R. c. LXXVI. *Deinde manibus bene depſito.* Homer odyſſ. μ. Κηρὸν δεψήσας μελιηδέα. *Depſere* autem & molere in obſcœnum ſignificatum accipiuntur interdum: quod etiam Cic. ad Pœtum oſtendit. Varro Myſteriis: *ſed tibi fortaſſe alius molit ac depſit.* Idem Margopoli, περὶ ἀρχῆς: *Depſiſtis, dicite Labdæ*

Perdepſuit.] *Perdeſuit* puto. *Livin.*

Hac

In Lesbiam. LXXVI.

Huc eſt mens deducta tua mea Lesbia culpa,
Atque ita ſe officio perdidit ipſa ſuo,
Ut jam nec bene velle queam tibi, ſi optima fias.
Nec deſiſtere amare, omnia ſi facias.

Ad ſeipſum. LXXVII.

Siqua recordanti bene facta priora voluptas
Eſt homini, cum ſe cogitat eſſe pium,
Nec ſanctam violaſſe fidem, nec fœdere in ullo
Divum ad fallendos numine abuſum homines:
Multa parata manent in longa ætate Catulle
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi.
Nam quæcunque homines bene cuiquam aut dicere poſſunt,
Aut facere: hæc a te dictaque, factaque ſunt.
Omnia quæ ingratæ perierunt credita menti,
Quare te jam cur amplius excrucies?

Quin

J. SCALIGER.

Huc eſt mens deducta) Liber noſter, *Nunc eſt mens adducta.* & ſane eſt διασπασμάτιον integri poëmatii. Cujus alterum membrum tetraſticho conſtat, ejuſque initium eſt.

Nulla poteſt mulier ſe tantũ dicere amatam

Igitur ita & conglutinandum & emendandum:

Nulla poteſt mulier tantum ſe dicere amatam
Vere, quantum a me, Lesbia, amata mea es.
Nulla fides ullo fuit unquam fœdere tanta,
Quanta in amore tuo ex parte reperta mea eſt.
Nunc eſt mens adducta tua, mea Lesbia, culpa.
Atque ita ſe officio perdidit ipſa pio,
Ut jam nec bene velle queam tibi, ſi optima fias,
Nec deſiſtere amare, omnia ſi facias

Lesbia amata mea es) Ita legendum ſecunda perſona, non EST, docet alterum pentametrum, quod in eadem perſona conceptum eſt in veteri libro, in quo *amore tuo*, non *ſuo*, ut barbare in vulgatis editur, legendum eſt. Puto neminem hujus poëtæ ſtudioſum eſſe, qui hujus aureoli epigrammatii vicem mihi gratias non agat.

Quin

Quin te animo affirmas, teque iſtinc uſque reducis,
Et diis invitis deſinis eſſe miſer?
Difficile eſt longum ſubito deponere amorem.
Difficile eſt: verum hoc qualubet efficias.
Una ſalus hæc eſt, hoc eſt tibi pervincendum.
Hoc facies, ſive id non pote, ſive pote.
O Dii ſi veſtrum eſt miſereri, aut ſi quibus umquam
Extrema jam ipſa in morte tuliſtis opem,
Me miſerum aſpicite: &, ſi vitam puriter egi,
Eripite hanc peſtem perniciemque mihi,
Quæ mihi ſubrepens imos, ut torpor, in artus,
Expulit ex omni pectore lætitias.
Non jam illud quæro, contra ut me diligat illa,
Aut, quod non potis eſt, eſſe pudica velit:
Ipſe valere opto, & tetrum hunc deponere morbum.
O Dii, reddite mi hoc pro pietate mea,

Ad

J. SCALIGER.

Quin te animo affirmas) Vetus ſcriptura jam dudum fuit:

Quin tu animo affirmans atque inſtructoque reducis. Lege:

Quin tu animum affirmas itaque inſtructoque reducis?

animu' pro *animum*. Sic apud Varronem *ſecunda ea*. In Pandectis: *datu iri*. & in jiſdem ME TV IRI, hoc eſt, *Metutum iri*. Nam majuſcula T geminat ſyllabam more ſcripturæ illius luculenti Archetypi. Præterea & Archaica ſcriptura eſt, *inſtructo* pro *inſtructu*. Fortaſſe etiam, *animum firmas* melius legeretur, quam *affirmas*. Ovidius:

Quod niſi firmata properaris mente reverti,
Inferet arma tibi ſæva rebellis amor:

Inſtructuque) Malim inſtrictuque. id eſt, incitabulo, incitamento. Apulejus: *Inſignis tutela nimietate inſtrictus atque inflammatus.* Et alibi: *Mentes natura duce inſtricta.*

Hoc facies ſive id non pote) Puto Catullum ſcripſiſſe, *Hoc face ſis ſive id non pote.*

Quæ mihi ſubrepens) In noſtro, *ſeu mihi ſubrepens.* ſeu peſtis, inquit, ſeu torpor ille fuit. Torporem veternum vocat, hoc eſt; ἀνϑαχρον.

VARIORVM.

Expulit ex omni.) Non damno hanc lectionem, fortaſſe tamen legendum uno verbo *exſomni*. Caſſius Parmenſis in Orpheo.

-. nocturno exſomnis olivo immoritur. Paſſer.

Ad Rufum. LXXVIII.

Rufe mihi fruſtra, ac nequicquam credite amice,
Fruſtra? imo magno cum pretio atque malo:
Siccine ſubrepſti mi, atque inteſtina perurens,
Mî miſero eripuiſti omnia noſtra bona?
Eripuiſti. heu heu noſtræ crudele venenum
Vitæ, heu heu noſtræ peſtis amicitiæ.

De Gallo. LXXIX.

Gallus habet fratres, quorum eſt lepidiſſima conjux
Alterius, lepidus filius alterius.
Gallus homo eſt bellus: nam dulcis jungit amores,
Cum puero ut bello bella puella cubet.
Gallus homo eſt ſtultus, nec ſe videt eſſe maritum,
Qui patruus patrui monſtret adulterium.

* * *

Sed

J. SCALIGER.

Rufe mihi fruſtra) Hoc epigramma lacerum eſt. Nam quum vulgo Hexaſtichon legatur, decaſtichon tamen fecerat Catullus. Præterea non ſatis emendate legitur, neque diſtincte. Ita igitur illum ex conjectura integritati reſtituimus, & óne veteris ſcripturæ maculas abſterſimus:

Rufe mihi fruſtra, ac nequicquam cognite amice:
Fruſtra? imo magno cum pretio atque malo:
Siccine ſubrepſti mi, atque inteſtina perurens
Mi miſero eripuiſti? omnia noſtra bona
Eripuiſti, heu heu noſtra crudele venenum
Vita. heu heu noſtra peſtis amicitia?
Sed nunc id doleo, quod pura pura puella
Savia comminxit ſpurca ſaliva tua.
Verum id non impune feres: nam te omnia ſacla
Noſcent, &, qui ſis, fama loquetur anus.

Non dubium eſt, quin duo poſtrema diſticha cum tribus prioribus luxatis committenda ſint. Alterum enim ſine altero ſtare non poteſt, utpote quod imperfectam ſententiam contineant. In olidum & hircoſum Rufum ſcribit, cum quo expoſtulat ereptos ſibi amores ſuos. hoc eſt enim quod vocat ſua bona.

Siccine ſubrepſti mi) In noſtro duo antiqui characteris extabant veſtigia, MEI, & PERVRES: pro *mi*, & *perurens*. Sic ſupra, *Antiſtas* pro *Antiſtans*.

Quod

Sed nunc id doleo, quod puræ impura puellæ
Suavia conjunxit ſpurca ſaliva tua.
Verum id non impune feres: nam te omnia ſæcla
Noſcent, &, qui ſis, fama loquetur anus.

In Gellium. LXXX.

Gellius eſt pulcher. quid ni? quem Lesbia malit,
Quam te cum tota gente, Catulle, tua.
Sed tamẽ hic pulcher vendat cum gente Catullum,
Si tria natorum ſuavia reppererit.

J. SCALIGER.

Quod pura impura puella) Repoſuimus ex priſca ſcriptura *pura pura puellæ*. quod inquit, ſpurca ſaliva tua oblevit pura ſavia puræ puellæ. Exprobrat illi os hircoſum, ut apparet ἐκ τῆς στοματομολυνσίας.

Conjunxit) Ineptiſſime. Legendum, *comminxit*. Infra:

Tanquam commincta ſpurca ſaliva lupa.

Ubi & perperam eodem errore legebatur, *conjuncta*. Petronius, *Conſumtis verſibus ſuis immundiſſimo me baſio conſpuit.*

Nam te omnia ſæcula noſcent) Eodem modo in Endecaſyllabis:

Quid vis? qualibet eſſe notus optas?
Eris. quandoquidem meos amores
Cum longa voluiſti amare pœna.

Lesbius) In noſtro, *Cælius*. nonnullæ editiones *Gellius*. recte. hanc fœditatem enim eidem exprobrat *Vis dicam Gelli*, &c. Lesbiam autem ab eodem amatam & alio epigrammate teſtatur: *Non ideo, Gelli, ſperabam te mihi fidum.*

Si tria amatorum) Audacia correctorum eſt iſta. Nam *amatorum* ſuppoſuerunt pro eo, quod vetus ſcriptura præ ſe ferebat, *natorum*. quod & priſcæ editiones etiamnum conſtanter ſervant. Sed minima mutatione *notorum* legendum, non *natorum*. Virgilius in Ciri:

Nec mihi notorum declinant lumina voltus.

Nævius Tarentilla:

-- nunquam quiſquam amica
Amanti amico nimis fiet fidelis,
Nec nimis eris morigera nota quiſque.

Nota ἡ φίλη, vel potius ἡ ἐρωμένη. *Notorum* igitur, amicorum. notus mos ille veterum oſculo tam propinquos, quam amicos excipiendi.

Savia reppererit) Cicero in Sextiana de hoc ipſo: *quum illo ore inimicos meos eſt ſaviatus*. Loquitur de hoc ipſo Gellio, eique eandem fœditatem oris exprobrat. Nimis argutantur, qui non *Gellius* hic, ſed *Lesbius* legunt, ut Catullus de Clodio, quem conſtat ſororem conſtupraſſe, intellexerit, & eodem modo Clodium Lesbium vocet, quo Clodiam Lesbiam vocat, hoc uno argumento ducti, quia ille appellatus ſit pulcher: quod hic videtur Catullus item objicere. Sed ſi Clodius, qui dictus eſt pulcher, inimicus Ciceronis, ea infamia flagraſſet, ſane Cicero talentum non meruiſſet, ut hoc tacere vellet. Præterea nôn meminerunt Clodiæ gentis patriciæ hunc fuiſſe quam cognomen Pulchrorum a plebeia Clodia diſtinguebat. *Pulcher* igitur non caſu ſed jure familiæ, aut gentilitio.

Ad Gellium. LXXXI.

Quid dicam, Gelli, quare roſea iſta labella
Hiberna fiant candidiora nive,
Mane domo cum exis, & cum te octava quiete
E molli longo ſuſcitat hora die?
Neſcio quid certe eſt. an vere fama ſuſurrat
Grandia te medii tenta vorare viri?
Si certe eſt. clamant Victoris rupta miſelli
Ilia, & emulſo labra notata ſero.

Ad Juventium. LXXXII.

Nemone in tanto potuit populo eſſe, Juventi,
Bellus homo, quem tu diligere inciperes,

Ad

J. SCALIGER.

E molli longo) ſcriptura noſtra: *Et mollis longo.* magnis æſtibus anni ſolebant, ut Varro loquitur, inſititio pomeridiano ſomno diem diffindere. Itaque ex eo ſomno edormiendi & expergiſcendi tempus erat octava, ut ratio poſtulat. propterea mollem vocat, quia jam remittunt calores intenti, quum duo trientes diei confecti ſunt.

Sic certe eſt clamant) Liber. *Sed certe clamant:* lege, *Sic certe. clamant.* Supra. *Sic certe. viden' ut perniciter exiluere?*

Victoris rupta miſelli) Nonnullæ editiones *Virronis*. Suſpicarer legendum: *Sic certe. clamant Varronis rupta Viſelli.* Notum & Varrones in gente Viſellia, non ſolum Terentia fuiſſe.

Ilia demulſo) *Ille te mulſo*, vetus liber. Langobardica ſcriptio, ut jam dixi, nullum diſcrimen facit inter I, & L propterea ſynalœpha notata fuit. Itaque ibi legendum erat, *Ili' & emulſo.*

Quem tu diligere inciperes) ἀρχαϊσμὸς, hoc eſt diligeres. Sic Pomponius de origine juris: *Sive jure certo agere inſtituit.* hoc eſt, egit. Paulus libro ſententiarum tertio, capite ſecundo: *Libertus duos patronos habere inſtituit.* hoc eſt, habuit. Infra: *Accipiunt precium quæ facere inſtituunt.* hoc eſt, quæ faciunt.

VARIORUM.

Neſcio, &c) Λεσβιάζειν quid eſſet ab aliquibus explicatur, obſcœnum fuiſſe turpitudinis genus, quo viri inguina puerorum vel virorum ore & labiis tractabant, inrumationem alias vocatam, & ſicuti Phœniciſſantes labra rubicunda ſibi reddebant, ſic Lesbiantes alba. ob quod Catullus ad Gellium *Neſcio quid certe eſt, &c. Mercurial.*

Vere.) vet. lib. *vera* fortaſſe *verax.* Paſſerat.

Sed

Præterquam iſte tuus moribunda a ſede Piſauri
Hoſpes, inaurata pallidior ſtatua?
Qui tibi nunc cordi eſt, quem tu præponere nobis
Audes. at neſcis, quod facinus facias.

Ad Quinctium. LXXXIII.

Quincti, ſi tibi vis oculos debere Catullum,
Aut aliud ſi quid carius eſt oculis:
Eripere ei noli, multo quod carius illi
Eſt oculis, ſeu quid carius eſt oculis.

In Lesbiæ maritum. LXXXIV.

Lesbia mî, præſente viro, mala plurima dicit.
Hæc illi fatuo maxima lætitia eſt,
Mule, nihil ſentis, ſi noſtri oblita taceret,
Sana eſſet, quod nunc gannit & obloquitur,
Non ſolum meminit, ſed quæ multo acrior eſt res,
Irata eſt: hoc eſt, uritur, & loquitur.

De

J. SCALIGER.

Sede Piſauri) Hoc eſt Piſauro. Virgilius -- *Coriti Tyrrhena ſede profectum.* hoc eſt Corito,

Quod nunc garrit, & obloquitur) Repone *gannit*. Cæcilius: *Gannit odioſus tota familia.*

VARIORUM.

Eripere ei noli.) μονοσυλλάβως etiam Plaut. in Pſeud. *Et homines cœnas ſibi coquunt, cum condiunt.* Lucill. *Eidem* διασυλλάβως; *uni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere, & arti.* Apud Lucret. *Eii* pro *ei* ſcribitur. Solent quippe vocales geminare antiquiores magis quam conſonantes. de Conſonantibus Feſt. in *Torus*, multiſque aliis in locis. De vocalibus elegans locus extat apud Priſcianum lib. I. p. ed Putſchian. DXLV. *Et, I, quidem. &c.* Hujus ſententiæ Ciceronem etiam fuiſſe tradit Velius, ac ſcripſiſſe *Graiius. Maiia.* hoc & Lucretius tenuit, hinc apud eum *Eii* & *Reii*: de *Maiia* exemplum comperi in Attio lib. x. Annal. apud Priſ. v. c. *Maiia nomen retinens gravido geſtavit in alvo.* Hæc fere Giſanius.

Male nihil ſentis.] Vet. lib. *Nulle mihi ſentis.* i. e. meo judicio merus es ſtupor Volcatius Sedigitus.

Ut contra ſi quis ſentiat, nihil ſentiat. Paſſeratius.

De Arrio. LXXXV.

Chommoda dicebat, ſi quando commoda vellet
Dicere, & hinſidias Arrius inſidias;
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum,
Cum quantum poterat, dixerat inſidias.
Credo ſi mater, ſic liber avunculus ejus,
Sic maternus avus dixerat, atque avia.
Hoc miſſo in Syriam, requierant omnibus aures:
Audibant eadem hæc leniter, & leviter:
Nec ſibi poſtilla metuebant talia verba,
Cum ſubito affertur nuntius horribilis,
Ionios fluctus, poſtquam illuc Arrius eſſet,
Jam non Ionios eſſe, ſed Hionios.

In

J. SCALIGER.

Sic liber avunculus) Cognomen Liber apud Romanos. Dicti Liberi ab eo quod execto matris utero ipſi liberi evaſerant. Tertullianus libro de anima: *Poſſumus illos quoque recogitare, qui execto matris utero vivi aërem hauſerant. Liberi aliqui, & Scipiones.* Sed, quantum ſuſpicor, Liber non magis quam Scipio ab eo caſu dictus eſt. Sed hoc vult Tertullianus, inter eos, qui cæſo matris utero vivi extracti, ſunt Scipionem Africanum, item Liberum cenſeri. Liberi ergo gentis an familiæ nomen Romæ, non autem Bacchi, ut quidem interpretantur. An Liber dictus, quia evaſit periculum, execto matris utero? Sane qui ita execta matre naſcebantur, voti erant Apollini. Virgilius lib. x.

— *exectum jam matre perempta,*
Et tibi, Phœbe, ſacrum.

unde Apollo erat Deus familię Cæſarum, auctore Servio.

Sic maternus avus dixerat) Repone ex antiqua ſcriptura, *Dixerit.* εἴπαιτο ἄν, ἐλέξαιτο ἄν. Non enim affirmabundus hoc dicit. Propertius

— *Minyis dixerit Aſcanius.*

Jam non Janios eſſe, ſed Hionios) Ab hiatu ſcilicet, quo aſpirabat tenues. Ita enim expoſuit olim parens meus in ſuis de cauſſis linguæ Latinæ Commentariis. Nam ſi tantum adhibeas ea, quæ huc ſtudioſe olim contulit Politianus, non ex toto menti Casulli ſatisfeceris.

VARIORUM.

Sperabat.!) pro *exiſtimabat* accipitur ad Græcorum veterum imitationem, qui eodem modo ἔολπα utuntur. Vide *Scoti Obſerv. l. 2. c. 36.*

Liber.) Eos falli puto, liber qui cenſent nomen eſſe gentis vel familiæ. ſignificat enim ſpurium, qui patruum non habuerit liberum, atque ideo nec patrem, idem fere jocus Afranii apud Charis. lib. i. *contemnens*, inquit, *liber natus eſt, ita mater ejus dixit, in Gallia, cum ambos emerem.* Paſſeratius.

Hac

In Lesbiam. LXXXVI.

Odi, & amo, quare id faciam fortaſſe requiris:
Neſcio: ſed fieri ſentio, & excrucior.

In Quintiam, & Lesbiam. LXXXVII.

Quintia formoſa eſt multis, mihi candida, longa,
Recta eſt. hæc ego ſic ſingula confiteor.
Totum illud, formoſa, nego. nam nulla venuſtas.
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.
Lesbia formoſa eſt, quæ cum pulcherrima tota eſt,
Tum omnibus una omnes ſurrupuit Veneres.

De ſuo in Lesbiam amore. LXXXVIII.

Nulla poteſt mulier tantum ſe dicere amatam
Vere, quantum a me Lesbia amata mea eſt.
Nulla fides ullo fuit umquam fœdere tanta,
Quanta in amore tuo ex parte reperta mea eſt.

In Gellium. LXXXIX.

Quid facit is, Gelli, qui cum matre atque ſorore
Prurit, & abjectis pervigilat tunicis?
Quid facit is; patruum qui non ſinit eſſe maritum?
Ecquid ſcis, quantum ſuſcipiat ſceleris?
Suſcipit o Gelli, quantum non ultima Thetis,
Non genitor Nympharum abluat Oceanus.

Nam

J. SCALIGER.

Hæc ego ſic ſingula) Magis placet antiqua lectio.

Quintia formoſa eſt multis: mihi candida, longa, *Recta eſt. hoc ego. ſic ſingula confiteor.*

Abluat Oceanus) Repone *abluit* ex eadem ſcriprura ἀρχαϊσμὸς, ut, *Edit cicutis allium nocentius.* hoc eſt. *edat.*

De Arrio. LXXXV.

Chommoda dicebat, ſi quando commoda vellet
Dicere, & hinſidias Arrius inſidias;
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum,
Cum quantum poterat, dixerat inſidias.
Credo ſi mater, ſic liber avunculus ejus,
Sic maternus avus dixerat, atque avia.
Hoc miſſo in Syriam, requierant omnibus aures:
Audibant eadem hæc leniter, & leviter:
Nec ſibi poſtilla metuebant talia verba,
Cum ſubito affertur nuntius horribilis,
Ionios fluctus, poſtquam illuc Arrius eſſet,
Jam non Ionios eſſe, ſed Hionios.

In

J. SCALIGER.

Sic liber avunculus) Cognomen Liber apud Romanos. Dicti Liberi ab eo quod execto matris utero ipſi liberi evaſerant. Tertullianus libro de anima: *Poſſumus illos quoque recogitare, qui execto matris utero vivi aërem hauſerunt. Liberi aliqui, & Scipiones.* Sed, quantum ſuſpicor, Liber non magis quam Scipio ab eo caſu dictus eſt. Sed hoc vult Tertullianus, inter eos, qui cæſo matris utero vivi extracti, ſunt Scipionem Africanum, item Liberum cenſeri. Liberi ergo gentis an familiæ nomen Romæ, non autem Bacchi, ut quidem interpretantur. An Liber dictus, quia evaſit periculum, execto matris utero? Sane qui ita execta matre naſcebantur, voti erant Apollini. Virgilius lib. x.

-- *exectum jam matre perempta,*
Et tibi, Phœbe, ſacrum.

unde Apollo erat Deus familię Cæſarum, auctore Servio.

Sic maternus avus dixerat) Repone ex antiqua ſcriptura, *Dixerit.* εἴπατο ἄν, ἐλίξατο ἄν. Non enim affirmabundus hoc dicit. Propertius

-- *Minyis dixerit Aſcanius.*

Jam non Jonios eſſe, ſed Hionios) Ab biatu ſcilicet, quo aſpirabat tenues. Ita enim expoſuit olim parens meus in ſuis de cauſſis linguæ Latinæ Commentariis. Nam ſi tantum adhibeas ea, quæ huc ſtudioſe olim contulit Politianus, non ex toto menti Catulli ſatisfeceris.

VARIORUM.

Sperabat.) pro *exiſtimabat* accipitur ad Græcorum veterum imitationem, qui eodem modo ἔολπα utuntur. Vide *Scoti Obſerv. l. 2. c. 36.*

Liber.) Eos falli puto, liber qui cenſent nomen eſſe gentis vel familiæ. ſignificat enim ſpurium, qui patruum non habuerit liberum, atque ideo nec patrem, idem fere jocus Afranii apud Charis. lib. i. *contemnens*, inquit, *liber natus eſt, ita mater ejus dixit, in Gallia, cum ambos emerem.* Paſſeratius.

Hac

In Lesbiam. LXXXVI.

Odi, & amo, quare id faciam fortaſſe requiris:
Neſcio: ſed fieri ſentio, & excrucior.

In Quintiam, & Lesbiam. LXXXVII.

Quintia formoſa eſt multis, mihi candida, longa,
Recta eſt. hæc ego ſic ſingula confiteor.
Totum illud, formoſa, nego. nam nulla venuſtas.
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.
Lesbia formoſa eſt, quæ cum pulcherrima tota eſt,
Tum omnibus una omnes ſurrupuit Veneres.

De ſuo in Lesbiam amore. LXXXVIII.

Nulla poteſt mulier tantum ſe dicere amatam
Vere, quantum a me Lesbia amata mea eſt.
Nulla fides ullo fuit umquam fœdere tanta,
Quanta in amore tuo ex parte reperta mea eſt.

In Gellium. LXXXIX.

Quid facit is, Gelli, qui cum matre atque ſorore
Prurit, & abjectis pervigilat tunicis?
Quid facit is; patruum qui non ſinit eſſe maritum?
Ecquid ſcis, quantum ſuſcipiat ſceleris?
Suſcipit o Gelli, quantum non ultima Thetis,
Non genitor Nympharum abluat Oceanus.

Nam

J. SCALIGER.

Hæc ego ſic ſingula) Magis placet antiqua lectio.

Quintia formoſa eſt multis: mihi candida, longa,

Recta eſt. hoc ego. ſic ſingula confiteor.

Abluat Oceanus) Repone *abluit* ex eadem ſcriprura ἀρχαϊσμὸς, ut, *Edit cicutis allium nocentius.* hoc eſt. *edat.*

Non

Nam nihil eſt quicquam ſceleris, quo prodeat ultra,
Non ſi demiſſo ſe ipſe voret capite.

In eundem. XC.

Gellius eſt tenuis. quidni? cui tam bona mater,
Tamque valens vivat, tamque venuſta ſoror,
Tamque bonus patruus, tamq; omnia plena puellis
Cognatis. quare is deſinat eſſe macer?
Qui ut nihil atingat, niſi quod fas tangere non eſt,
Quantumuis quare ſit macer, invenies.

In eundem. XCI.

Naſcatur magus ex Gelli matriſque nefando
Conjugio, & diſcat Perſicum haruſpicium.
Nam magus ex matre & gnato naſcatur oportet,
Si vera eſt Perſarum impia relligio.
Gnatus ut accepto veneretur carmine divos,
Omentum in flamma pingue liquefaciens.

In

J. SCALIGER.

Non ſi demiſſo) τὸ *Demiſſo capite* male audit. Inde putide, ut alias, jocum captavit Cicero in ea ad Pontifices, loquens de Sex. Clodio: *Sed ſi requiri juſſeris, invenient hominem apud ſororem tuam occultantem ſe capite demiſſo.* Idem enim intellexit.

Qui ut nihil adtingat) Et hic quoque Catullus *adtingit*, non *adtingat*, ſcripſit, quum idem ſit pro *adtingat*. ut ſuperius illud, *Abluit* pro *Abluat*.

Naſcatur magus] Notum ex Herodoto & aliis. Strabo: τοὺς δὲ μάγους οὐ θάπτουσιν, ἀλλ' οἰωνοβρώτους ἐῶσι. τούτοις δὲ καὶ μητράσι συνέρχεσθαι νενόμισται.

Natus ut accepto veneretur) Carmen ἐπῳδὰς vocat, quas Magi Virgarum faſciculum tenentes ad ignem incinebant. Strabo. τὰς δ' ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥάβδων μυρικίνων λεπτῶν δέσμην κατέχοντες. Phrynichus poëta apud Athenæum:

ὅς οὐκ ἰδ' ἀστέρ' οὐδ' ἴσως ἰδίζητο.
οὐ γὰρ φθόγγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέστησεν,
ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων.

τοῦ θεοῦ nempe πυρός. Hoc eſt quod vult Interpres Theriacorum Nicandri: Δίων δὲ, inquit, ἐν τρίτῳ τῆς τρίτης συντάξεως καὶ τοὺς μάντεις φησὶ μυρίκης ῥάβδῳ μαντεύεσθαι. Idem Strabo: ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ πολύ γέ ἐστι τὸ τῶν μάγων φῦλον, οἳ καὶ πύραιθοι καλοῦνται, πολλὰ δὲ καὶ τῶν Περσικῶν θεῶν ἱερά, οὐ δὲ μαχαίρᾳ

In Gellium. XCII.

Non ideo, Gelli, ſperabam te mihi fidum
 In miſero hoc noſtro perdito amore fore,
Quod te cognoſſem bene, conſtanterque putarem,
 Aut poſſe a turpi mentem inhibere probro:
Sed neque quod matrem, nec germanam eſſe videbam
 Hanc tibi, cujus me magnus edebat amor,
Et, quamvis tecum multo conjungerer uſu,
 Non ſatis id cauſſæ credideram eſſe tibi.
Tu ſatis id duxti, tantum tibi gaudium in omni
 Culpa eſt, in quacunque eſt aliquid ſceleris.

In

J. SCALIGER.

μαγείρῳ θύουσιν, ἀλλὰ κορμῷ τινὶ ὡς ἂν ὑπέρῳ τύπτοντες. ἔισι δὲ καὶ πυραιθεῖα σηκοί τινες ἀξιόλογοι. ἐν δὲ τούτοις μέσοις βωμὸς, ἐν ᾧ πολλή τε σποδὸς, καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ μάγοι. καθ᾽ ἡμέραν δὲ εἰσιόντες ἐπᾴδουσιν ὥραν σχεδόν τι πρὸ τοῦ πυρὸς τὴν δέσμην ῥάβδων ἔχοντες. ubi & de verbenis illis ſeu virgultorum faſce habes abunde, & de carmine, cujus hic mentio fit. πυραιθεῖα autem quæ vocat, ſunt חַמָּנִים quæ toties Prophetæ populo Dei objiciunt, quum ſignificant illum εἰδωλομανῆ populum ritus Perſicos didiciſſe. Quod enim Hammonim iſta ſint docet mox idem Strabo: ταῦτα δὲ ἐν τοῖς τῆς Ἀναΐτιδος καὶ τοῦ Ὠμανοῦ ἱεροῖς νενόμισται. Ὠμανὸς enim eſt חַמָּן. Qui prophetarum linguam didicerunt, hæc mihi aſſentientur. Herodotus illos ignes, de quibus hic loquitur, πυρήια vocat. καὶ ἐν ὑψηλοῖς τόποις conſtitui ſolita ait. propterea convicium cæcitus in illum populum, ſacrificare in excelſis. quæ ipſi Bamoth vocant, hoc eſt τὰ ὑψηλά. quæ vox Hebræa eſt. At חמנים Perſica, licet Rabbini eam a ſole derivent. Quæ tunc eſſet Hebraica. Ab eo Achæmenii dicti ſunt. nam addita *aleph* in capite plane facies Achaman. Sed ne fortaſſe putes hæc me ſomniaſſe, audi interpretem Statii veterem, in primum Thebaidos. *Nunc*, inquit, *Achæmenii dicuntur, ubi Apollinem Solem dicunt, cujus & ſacrorum ritus inveniſſe dicuntur.*

Omentum in flamma) Strabo: μελίσαντος δὲ τοῦ μάγου τὰ κρέα τοῦ ὑφηγουμένου τὴν ἱερουργίαν ἀπίασι διελόμενοι, τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἀπονείμαντες μέρος. τῆς γὰρ ψυχῆς φασὶ τοῦ ἱερείου δεῖσθαι τὸν θεὸν, ἄλλου δὲ οὐδενός. ὅμως δὲ τοῦ ἐπίπλου τι μικρὸν τιθέασιν, ὡς λέγουσί τινες, ἐπὶ τὸ πῦρ. Alioqui & Perſius eodem modo loquutus eſt.

Quum in flamma tibi tot junicum omenta
 liqueſcant.

Quod te cognoſſem) Melius ſcriptura, *Qui te cognoſſem.*

In Lesbiam. XCIII.

Leſbia mî dicit ſemper male, nec tacet umquàm
  De me. diſpeream, me niſi Leſbia amat.
Quo ſigno? quaſi enim totidem mox deprecor illi
  Adſidue. verum diſperam, niſi amo.

In Cæſarem. XCIV.

Nil nimium ſtudeo Cæſar tibi velle placere,
  Nec ſcire, utrum ſis albus, an ater homo,

In

J. SCALIGER.

Diſpeream, me niſi Leſbia amat.) Alius ordo in veteri:

-- Leſbia me diſpeream niſi amat.

Cui ego quaſi eadem) Manifeſto falſum etiam in manuſcripto. At in veteribus Gellianis exemplaribus, quorum deſcriptionem penes nos habemus, legitur, *Quo ſigno? quaſi non totidem.* Plana eſt ſententia. Quod mihi Leſbia imprecetur, ego illud amoris ſignificationem puto Quare? quia ego contra totidem illi execror. ſed diſpeream, ſi nihiluminus amo. Recte Gellius *deprecor* interpretatur, amolior illud in caput ejus. Nam quum aliquis male imprecaretur. qui audiebat, ἀφοσιούμενος reſpondebat, Quod quidem ætati tuæ atque capiti vertat, ut Ariſtophanes -- εἰς κεφαλήν σοι. Quicquid igitur imprecabatur Catullo Leſbia, id omne a ſe in ejus caput imprecabundus amoliebatur. Precari ne ſibi accidat, hoc eſt Deprecari proprie. Itaque recte veteres Latini dicebant deprecari a capite & fortunis ſuis malam rem, aut periculum. ad verbum id Græcis eſt ἀφοσιοῦσθαι. Conati ſunt quidam Gellium ſuper hujus epigrammatis enarratione reprehendere. Sed næ ipſi fruſtra ſunt. Non animadverterunt Catullum totidem verbis eadem convicia in caput Leſbiæ regerere. Itaque id plane eſt Deprecari a ſe alicui. Deprecari a ſe in aliquem. Nam nuſquam factum, ut Deprecor ſimpliciter ſit imprecor. Neque Leſbia, quæ prima conviciatur Catullo, poteſt videri proprie deprecari Catullo. Id enim non patitur Latini ſermonis caſtitas. Sed Catullus, qui non vult hæc convicia in ſe cadere, religione ac ſuperſtitione vulgari ea in eam regerit. idque, ut dixi, palam eſt Deprecari. Quin teſtimonium Ennii apud Gellium idem confirmat.

Nil nimium ſtud o] In Cæſarem & Mamurram ſcriptum hoc epigramma tetraſtichon. Nam profecto veteres editiones Parthenii recte hos quatuor verſus conjungunt, nempe hoc diſtichon cum ſequenti. Epigramma eſt prope ſimile illi Endecaſyllabo, *Othonis caput*. Nam ut ibi Cæſarem nihil aliud quam vapulare καὶ οἰμώζειν jubet, ita hic quid aliud videtur, quam αὐτοῦ καταπεφιξάμενος eum valere jubere? Deinde dirigit ſermonem ad Mamurram ipſum, quem verbo appellat, quod ſanctus Numa non nominaret.

VARIORUM.

Quaſi non totidem &c.) interpungo.

-- Totidem mox deprecor illi.

Aſſidue verum diſpeream niſi amo. Paſſeratius.

Ipſa

In Mentulam. XCV.

Mentula mœchatur, mœchatur Mentula certe.
Hoc eſt, quod dicunt, ipſa olera olla legit.

In Smyrnam Cinnæ. XCVI.

Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem,
Quam cepta eſt, nonamque edita poſt hiemen:
Millia cum interea quingenta Hortenſius uno
* * *
Smyrna cavas Atracis penitus mittetur ad undas.
Smyrnam incana diu ſæcula pervoluënt.
At Voluſi annales apuam porgentur ad ipſam;
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.

J. SCALIGER.

Ipſa olera olla legit) Si hoc proverbium Græce efferretur, non aliter poſſet, quam ita: αὐτὴ ἡ χύτρα ἑαυτῇ λαχανεύεται. Simile Homericum -- αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

Millia quum interea quingenta Hortenſius] De quo Ovidius:

Nec minus Hortenſi, nec ſunt minus improba Servi
Carmina -- Gellius libro decimo nono, capite nono: *Nam Lavini implicata, & Hortenſius invenuſta, & Cinna inlepida, & Memmius dura.*

At Voluſi annales) Varie legitur verſus hujus altera pars. Noſter liber: *At voluſi annales paduam portentur ad ipſam.* Primum pro *paduam* vide, an expediat *apuam* legere: deinde pro *portentur*, *porcentur*: C pro T, more aut potius errore uſitato librariorum, quod ſupra toties memini me admonere. quod etiamnum in meliore parte codicum ſcriptorum legitur. Et eſt uſitatiſſima C, cum T commutatio, *Apua*, ἀφύη. ut etiam Gloſſarium notat, piſciculum eſſe omnes ſciunt. Recte igitur cum ſcombris congrueret. Latini veteres raro aſpirabant. Sic apud Ciceronem *Xenopont ejus.* apud eundem *Rupe ſtudium*, pro *Rupha.* Rufus, Græco ὑποκοριστικῶς detortum, ῥυφᾶς. Lucius, Λουκᾶς. Athænæus dixit, εἰς λιβανω τ̃ καλλιμεθυῶν), ut hic videtur dictum porrigi ad apuam, vel ad ſcōbros.

VARIORUM.

Smyrna) Poëma Cinnæ vatis Smyrna inſcriptum in magna celebratione apud antiquos fuit, novem perpetuis elaboratum annis: unde exiit, ut reor, præceptum Horat. de arte poëtica: -- *nonumque prematur in annum.* Nam exempium Cinnæ hoc ei vel conſilium vel præceptum dictavit. Videtur tamen poëma obſcurum fuiſſe, proinde Mart. lib. x. ep xxi. ſcripſit, *Judice te melior Cinnæ Marone fuit.* Ego crediderim argumentum ejus fuiſſe de nefandis & inceſtis amoribus Myrrhæ, quæ deperiit patrem ſuum Cinyram: eam, ego conjecturam facio ex verſu uno poëmatis illius, quem profert Priſcianus lib. VI *At ſcelus inceſto Cinyræ creſcebant in alvo.* Et ex epigrammate in Caſtritium, in quo ut de puella vel muliere ſcribitur:

Uni Caſtritio ſe nubere Smyrna probavit:
Deſinite indocti conjugio hanc petere.
Soli Caſtritio ſe dixit nubere velle,
Intima cui ſoli nota ſua extiterint.

Atracis,] Lege *Atacis.* Vide Athen, lib. 3. fol. 61. 10. *Livin.*

Parva mei mihi ſunt cordi monumenta ſodalis.
At populus tumido gaudeat Antimacho.

Ad

J. SCALIOER.

Parva mei mihi ſunt cordi monumenta ſodalis) Illud SODALIS homines male feriati commenti ſunt. Nam vetus ſcriptura conſtanter habuit, *laboris*, non *ſodalis*, ut plane extat in noſtro. Quod rectiſſimum eſt. Manifeſto Catullus per conceſſionem laudari vult Cinnæ ſui Smyrnam, quæ per annos novem elaborata ſit. ſed ingenue fatetur ſibi diſplicere nugas obſcuras. Nam obſcuriſſimum fuiſſe poëma illud indicat Martialis: *Judice te major Cinna Marone fuit.* Quare quum etiamnum paulo poſt mortem ipſius Cinnæ vulgo non intelligeretur, extitit tandem, qui eam Commentario luculento illuſtraret, Craſſitius Grammaticus. quo nomine magnam a ſtudioſis inivit gratiam. Quare, quum Catullus de Cinnæ ſodalis ſui opere ita aperte loquatur, furor eſt aliter interpretari Quid? nonne Propertius, qui toties ſe Callimachi imitatorem profitetur, qui ſe Callimachum Romanum vocat, nonne, inquam, ille palam eum propter poëma Aetia Inflatum vocat? Sed quid opus eſt alieno teſtimonio? en ipſe! οἴκοθεν μάρτυς hoc dicit. Quod autem aiunt ultimam vocem hujus verſiculi in ſcriptis deeſſe, ego neſcio quos ſcriptos libros mihi objiciant, quum illorum nulli noſter bonitate neque vetuſtate cedat. præterea *Monimenta laboris* Parthenius olim edidit. Denique eodem modo Martialis loquutus eſt:

Accipe non Pario nutantia pondera ſaxo,
Quæ cineri carus dat ruitura labor:
Sed fragiles buxos, & opacas palmitis umbras,
Quæque virent lacrimis roſcida prata meis;
Accipe, care puer, noſtri monimenta laboris

hoc eſt, accipe non quod præſtare non poſſumus, ſed quæ ſunt virium noſtrarum, fragiles palmites, & ſerta. Hæc pulchre hanc lectionem tuentur, ut nihil melius. Deinde quum Catullus poëmatia, & opuſcula tantum conſcripſerit, palam innuit ſibi non placere magnum illud poëma Smyrnæ, ſed monimenta ſui laboris: hoc eſt poëmatia, odaria, & epigrammata, non obſcuras illas rhapſodias. Nam non ſolum elaboratum fuiſſe oportet, cui novem annos impenderat, ſed & magnum, propter eandem cauſſam. in quo plane imitatur Callimachum, qui ita in hymnis canit:

ὁ φθόνος ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λά-
θριος εἶπεν,
οὐ φιλέω τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐχ ὅσα πόντος
ἀείδει.

Enarrator: ἐγκαλεῖ διὰ τούτου τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα. Quam luculente hæc faciunt ad rem noſtram? Athenæus: Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς ἔλεγε τὸ μέγα βιβλίον ἴσον εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. Quam ſententiam extulit Martialis ita:

Cui legiſſe ſatis non eſt epigrammata centū.
Nil illi ſatis eſt, Caditiane, mali.

At populus tumido gaudeat Antimacho) Martialis:

Scribat carmina circulis Palamon,
Me doctis juvat auribus placere.

Virgilius in Proluſionibus:

Si patrio Grajos carmine adire ſales
Poſſumus, optatis plus jam procedimus ipſis.
Hoc ſatis eſt, pingui nil mihi cum populo.

Antimacho) Jam manifeſto confirmatur id quod diximus, Cinnæ Smyrnam poëma & magnum, & obſcurum fuiſſe. propterea enim comparat id Thebaidi Ciclicæ Antimachi. κυκλικὴ poëſis dicitur, quæ totam hiſtoriam ab ipſis initiis ad finem uſque ordine recitat. ut ſi bellum Trojanum a gemino ovo exordiaris, ut Helenæ natales principium ſint operi, quia illa fuit cauſſa illius belli. quod fecit ille, qui μικρὰν ἰλιάδα, quæ aliter κυπριακὰ inſcribebatur, contexit. cujus initium, ἴλιον ἀείδω καὶ δαρδανίην ἐΰπωλον. Eam Iliadem, Lævius vetu-

ſtiſſimus

Ad Calvum de Quinctilia. XCVII.

Si quidquam mutis gratum acceptumque ſepulchris
 Accidere a noſtro Calve dolore poteſt,
Cum deſiderio veteres renovamus amores,
 Atque olim miſſas flemus amicitias,

Certe

ſtiſſimus poëta Latinis verſibus reddiderat. quanquam dubitari poteſt, an ἡ Κυπριακὴ & μικρὰ Ἰλιὰς ſit idem. Nam τῶν Κυπριακῶν auctorem facit Dicæogenem Ariſtoteles, τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος Staſimum alii. unde Cypriæ Iliados nomine a Chariſio citatur. Sic Antimachus orſurus bellum Thebanum ab interitu Meleagri incepit, a quo ad reditum Diomedis XXIIII. libros continuavit. Vide ſi totam poëſim ad umbilicum perduxiſſet, quod morte præventus non potuit, quot millia verſuum ad mortem Oedipodis effudiſſet. Iſtud igitur poëma, quia prolixo ordine ac recto tractu totam rem exequitur, κύκλος dicitur a Græcis. eoque nomine ſæpe ab Ariſtophanis interprete alia poëſis nomine κύκλου citatur: item a Themiſtio ἀναλυτικῶν ὑστέρων libro primo εἰ δὲ λέγεται καὶ ἔπη τινὰ κύκλος, ἀλλ' οὐκ ἐᾶ ταῦτα κύκλον ὑπολαβεῖν τὸν γεωμέτρην ὁ τοῦ κύκλου λόγος. Dicitur quoque eadem poëſis κυκλικὸν ἔπος. Athenæus libro VII. ἔχαιρε δὲ Σοφοκλῆς τῷ ἐπικῷ κύκλῳ, ὡς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι κατακολουθῶν, τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιΐᾳ. Nam κύκλῳ διδάσκειν eſt, nihil omitere in docendo: κυκλοπαιδεία, eſt omnium artium diſciplina, quæ & ἐν κύκλῳ παιδεία dicitur. κύκλῳ vel περιόδῳ θεραπεύειν eſt, quod Latinus auctor ſimpliciter dixit, *circulo curare.* & ſimplici verbo dicitur περιοδεύειν: ut apud Epiphanium καὶ κλινικοῖς περιοδευθέντες. In Gloſſis: *cura*, θεραπεία. *Circitura*, περιοδεία. *Æger*, νοσηρός. Quare non obſcurum eſt, quare Cyclicum ſcriptorem vocavit Horatius Staſimum, auctorem τῆς μικρᾶς ἰλιάδος. κύκλον idem Horatius vertit *orbem.*

Nec circa patulum vilemque moraberis
 orbem.

Quæ omnia Interpretes Horatiani in ſuis illis immanibus Commentariis non docent. Hoc igitur ridet Catullus in Cinna, qui videtur hiſtoriam Cinnæ, & Myrrhæ, quam Smyrnam vocat, altius, quam poëtam decet, repetiſſe. & ſane oportet Cinnam circa patulum orbem hiſtoriæ moratum, qui novem annis illud opus in incude habuerit. Nam quid eum potuit adeo remorari unus partus aut amor Myrrhæ, ſi non alia, quibus leviter defungi poterat, curioſius ab ignotis hiſtoriis repetiſſet? Propterea ſane opus illi fuit docto Delio natatore L. Craſſitio, intima cui ſoli illius poëmatis nota extiterint. Quare deſinant docti de judicio Catulli, quod de poëmate amici ſui facit, dubitare. Certo certius enim eſt, non illi placere illud poëma & propter molem, & propter obſcuritatem, quanquam κατὰ συγχώρησιν & eruditionem & diligentiam in eo laudet, & acceptum fore doctis dicat.

Cum deſiderio veteres renovamus amores] Repone, *Quo deſiderio.* ita & ſcriptis & antiquitus editis libris poſtulantibus.

Nm

Certe non tanto mors immatura dolori eſt
  Quinctiliæ, quantum gaudet amore tuo.

In Æmilium. XCVIII.

Non ita me dii ament quidquam referre putavi,
  Utrum ne os an culum olfacerem Æmilio.
Nil immundius hoc, nihil eſt immundius illo.
  Verum etiam culus mundior, & melior.
Nam ſine dentibus eſt, hoc dentes ſeſquipedales,
  Gingivas vero ploxemi habet veteris.
Præterea rictum, qualem defeſſus in æſtu
  Mejentis mulæ cunnus habere ſolet.
Hic futuit multas, & ſe facit eſſe venuſtum,
  Et non piſtrino traditur atque aſino?
Quem ſi qua attingit, non illam poſſe putemus
  Ægroti culum lingere carnificis?

In

J. SCALIGER

Non ita) Lege non abſimile in Anthologia lib. II. 25. τὸ ςέμα χ' ὠ πρωκτός.

Nihil eſt immundius illo) Magis placet ſcripta lectio:

-- *Nihiloque immundius illud.*

Qualis defeſſus in æſtu] ὀρχαϊσμὸς eſt in veteri ſcriptura, *in æſtum*. Frequens idem apud Ciceronem, & Juriſconſultos. Ulpianus. *in pubertatem mortuus fuerit.*

Defeſſus) Feſſi muli ſtrigare ſolent, hoc eſt, interquieſcere, ut meiant, idque aut in æſtu, aut in difficili via puta in ſalebris, aut vado, aut cæno. Id quotidie experimur. Quare recte *Defeſſus.*

Et non piſtrino traditur atque aſino) Mirum genus loquendi, & a paucis uſurpatum quod equidem meminerim: *Tradi aſino*, hoc eſt ut in locum aſini, qui verſat molas, ſufficiatur. Sic ſupra Tyrios intexerat, hoc eſt Tyriorum opus. Duplex genus molarum, verſatilium, & truſatilium. alteras jumenta, alteras homines agebant. Itaque videtur jlocalariter eos, qui truſarent molas, Aſinos vocatos. Sane ſic Juvenalis loquitur, quomodo & Catullus:

-- *ſed tu jam durum, Poſtume, jamque*
Tondendum, Eunucho Bromium committere noli.

Ibi enim Eunucho radere eſt ὀνυχίζειν. ut hic tradere aſino, fecere ut aſinus piſtrinarius ſit Quare hoc genus locutionis, quia mirum, non tamen penitus inſolens eſt, quum eo utatur Juvenalis, ſtudioſos valde obſervare volo. Præterea notandum in eo Juvenalis loco proverbium non animadverſum, βρέγμαιον ὀνυχίζειν.

Ægroti C. lingere carnificis) Carnificem hic vocat, quem vulgo Farciminoſum dicimus. Ita plane Martialis: *Sulphureuſque color, carnificeſque pedes.* Propterea recte epiheton Ægrotum illi attribuit. τὸ *Carnifex* autem ſubſtantivum, ut ſupplex apud Tibullum. Ideo utrique adjungit epitheton.

In

In Vectium. XCIX.

Iŋ te, ſi quemquam, dici pote, putide Vecti,
Id, quod verboſis dicitur, & fatuis,
Iſta cum lingua, ſi uſus veniat tibi, poſſis,
Culos, & crepidas lingere carbatinas.

Si

J. SCALIGER.

In te ſi quemquam) Melior vetus ſcriptura, quam hæc commentitia. Scriptum enim fuit, *Si quicquam.* Si quicquam pote dici, id ſane dicetur, quod ſtultis & fatuis ſolet. Eſt autem ſine dubio Vectius ille Vatinianus falſus teſtis, ut non mirum ſit, ſi in ejus linguam falſidicam hoc Epigrammation ſcripſerit.

Et crepidas lingere carbatinas) Liquida ſcriptura omnium veterum tam ſcriptorum, quam formis excuſorum: Quum Politianus hæc videret contaminari, non paſſus eſt, &, quæ videbatur erroris cauſſa in ignoratione Carbatinarum, id verbi quid eſſet, explicavit. Itaque ſatis mirari non poſſum diſertiſſimum virum, qui negat contra ſcriptorum librorum auctoritatem Politianum legere crepidas carbatinas: quum tamen nullus ſcriptus liber aliter habet. Feſtivus poëta recte ejus linguam tergendis crepidis uſum præſtare poſſe ait, ut vicem peniculi crepidarii ſit. Plautus.

Quis hic peniculus? qui extergentur baxeæ? Nam baxeæ & carbatinæ non multum differunt. Qui *Cerolipas* ſubſtituerunt, meminerant ſe eam quidem vocem legiſſe. ſed male interpretabantur περὶ τὸ λίπος καὶ τὴν κήρωσιν. De quo vide quid nos olim apud Feſtum. Quod omnino commentum eſt otioſorum hominum. At crepidas peniculo, & eam in honeſtam partem ſpongia ſingi ſolitas, quis paulo rerum antiquarum peritior neſcit? Quare illius linguam ſpurcæ ſpongiæ, aut peniculi uſum præſtare poſſe ait. Propterea dixit, *ſi uſus veniat.* Quod autem hac in re Marullus Politianum ridet, nihil præter ſolitum facit, modo enim occaſionem hominem inſectandi nanciſcatur, jure an injuria, recte an ſecus id faciat, ſuſque deque habet. Porro eſt πλευρομαχεῖν ἀρχαϊκῶς, cum lingua lingere. quod aliis lingua lingere: quod genus loquendi non ſemel reperias apud Plautum. Silius quoque uſurpavit:

-- cum qua libabat ad aras,
Haſdrubal ex auro pateram --.

Nam vir diſertus hæc non intelligit.

VARIORUM.

In te ſi quicquam &c.) in hunc locum Muretus: *Quæcunque* (inquit) *in verboſos fatuosque dicuntur, ea in te omnia dici queunt.* Atqui non hoc dicit Catullus. quidnam igitur? ſi in alium quampiam, unice in Vectium recte convenire ſcilicet, dicterium porro illud, quod in ſequente mox diſticho continuatur, non vero omnia quæ in verboſos fatuosque dici poſſunt. Hoc enim convicium proprie in ejuſmodi bucconum genera, qui quidem inſulſi, impendioque loquaces eſſent, jaci vulgo, ac torqueri ſolitum ex hoc Catullum Epigrammate docemur. Atque ita ſecundi diſtichi ſententia a primorum deductione pendebit; puncto, quod τῷ *fatuis* latus claudit, expuncto: atque ejuſce vicem colo quaſi ſuccidaneo ſubdito. *Douſa P.*

Victi) C. Cæſar in conſulatu ſuo quem cum M. Bibulo geſſit, cum multa populariter & præter ſenatus auctoritatem adminiſtraret, omnibusque actionibus ſuis Optimatum dignitati adverſaretur, commentus eſt callidum quoddam & acutum conſilium, quo Senatum & Optimates

Si nos omnino vis omnes perdere Vecti,
Dicas. omnino quod cupis efficies.

Ad Juventium C.

Surripui tibi, dum ludis, mellite Juventi,
Suaviolum dulci dulcius ambroſia.
Verum id non impune tuli: namq; amplius horam
Suffixum in ſumma me memini eſſe cruce,
Dum tibi me purgo, nec poſſum fletibus ullis
Tantillum veſtræ demere ſævitiæ.

Nam

VARIORUM.

mates in populi invidiam atque offenſionem trahere poſſet. Cn. Pompejus eo tempore propter amplitudinem rerum geſtarum, domi militiæque plurimum poterat. Eum igitur ut Senatui infenſum redderet ſubornavit Vettium quendam, qui induſtria cum telo deprehendi ſe fineret: atque is cum, ut conſtitutum erat, a Conſule Cæſare in roſtra ad populum productus eſſet, indicium poſtularet; & fateretur; ſe una cum ſervis, Pompeii occidendi cauſſa, cum telo fuiſſe, ejuſque facinoris conſcios & impulſores ampliſſimos totius Senatus, & totam fere juventutem nominaret. Qua tam atrocis ſceleris ſuſpiciune cum Pompejum ipſum, tum etiam plebis animos a Senatus & bonorum cauſſa abalienaret. Narrata hæc res copioſe eſt a Cicerone Epiſtolis ad Atticum, & a Suetonio in Cæſare. Hac de re & de hoc ipſo Vettii facto intelligendum exiſtimo Epigramma hoc Catulli. *Lipſius.*

Crepidas lingere carbatinas) Julius Pollux lib. IX. ad Commodum Cæſarem, *Carbatinas eſſe*, ait, *ruſticum calceamentum, ſic a Caribus appellatum*: Ariſtoteles vero in II. de animalium hiſtoria *camelos calceari*, ſcribit, *carbatinis, ne ſcilicet in exercitu, longiore itinere fatiſcant.* Sed quatuor exſtant Græce nimis quam libelli elegantes Pœmenicῶν titulo, quorum in II. ſenex quidam cum pera & calceis carbatinis introducitur; & Lucianus in dialogo, qui vel Alexander, vel Pſeudomantis inſcribitur, oratores quoſdam e Paphlagonia *carbatinis calceatos* ait. Denique etiam Xenophon Socraticus Anabaſeos. III. *Cum defeciſſent*, inquit, *veteres calcei, carbatinas habebant ex recentibus coriis bubulis confectas. Politianus.*

Si nos omnino, &c.) Verſus iſte, niſi de hiſtoria ſupr. dict. intelligi commode non poteſt. Si, inquit, Vetti, non ſatis eſt tibi aliquos conſcios falſo nominare, ſed omnino omneis bonos una nobiſcum perdere vis:

Dicas, omnino quod cupis efficies.

Hic jocus Epigrammatis & venuſtas eſt. Si nos omnes vis perdere, inquit, nullo negotio, & facile potes id efficere. Dicas modo, id eſt, eloquere & audiamus ſemel ſermonem tuum, aſſequeris & efficies quod voles Tanta eſt enim inquinati & fœdiſſimi oris tui turpitudo, ut ſimul atque loqui cœperis, nos omneis audientes contagione perdas & inficias. Videtur hic autem nefariæ cujuſdam turpitudinis Vettium accuſare, ut qui ne capiti quidem ſuo parcere didiciſſet. *Lipſius*

Tanquam

Nam ſimul id factum eſt, multis diluta labella
  Guttis abſterſiſti omnibus articulis:
Ne quidquam noſtro contractum ex ore maneret,
  Tanquam commixtæ ſpurca ſaliva lupæ,
Præterea infeſto miſerum me tradere amori
  Non ceſſaſti, omnique excruciare modo:
Ut mî ex ambroſia mutatum jam foret illud
  Suaviolum, triſti triſtius helleboro.
Quam quoniam pœnam miſero proponis amori,
  Numquam jam poſthac baſia ſurripiam.

De Cælio, & Quinctio. C I.

Cælius Aufilenum, & Quinctius Aufilenam,
  Flos Veronenſium depereunt juvenum,
Hic fratrem, ille ſororem, hoc eſt, quod dicitur, illud
  Fraternum vere dulce ſodalitium:
Cui faveam potius? Cæli tibi, nam tua nobis
  Perſpecta exigitur unica amicitia,

Cum

J. S C A L I G E R.

Tanquam commixta) Hoc ſuppoſuerunt inepti homines pro *conjuncta*. quod nec ipſum ſincerum eſt. Legendum enim, *commincta*. Supra:

Savia comminxit ſpurca ſaliva tua.

Quæ ſit hic lupa docet Livius de Fauſtuli uxore Acca Larentia loquens. Commingere notius eſt, quam ut explicatione indigeat. Inde commictilis, ſed alia notione. Pōponius Atellanarius præcone poſteriore: *Si ſciam quid velis quaſi ſervi comici commictilis*, Hoc eſt contemptibilis. Quare apud Nonium, *commictilis, compoſiti*, legendum. *commictilis, contemtitii*. niſi cui magis probetur condepſiti. Depſere obſcœnum, ut ſupra. Hoc modo eodem ſenſu, quo hic accipiendum fuerit, Sic etiam ſimplex mictilis Lucillius libro viceſimo:

Palmentar aut intibus, aut aliquod genus herbæ,
Et jus manarū bene habet. ſed mictilis hoc eſt
Merx. ---

Corruptiſſimus ille locus hodie editur apud Nonium. Hanc veram lectionem putamus, quanvis apud Plautum in Moſtellaria eo modo dictum ſit *Canes capro commixta*: quomodo hic correctores legunt *commixtæ lupæ*. quod proculdubio interpolatum ex Plautino.

Nunquam jam) J A M abeſt a priſcis libris. Dele, ſed lege, *Non unquam poſthac.*

Perſpecta exigitur) Scriptura, *Perfecta* Magis placet *Perſpecta*. Quæ tralatio eſt a probationibus operum, quæ ſpectiones dicuntur a Gellio, & aliis. vel ab auro nam ſpectatores auri ſunt χρυσοβασανισταί. unde ſpectata amicitia. Sane Virgilius ſcripſit:

Veniſti tandem tuaque ſpectata parenti
Vicit iter durum pietas -- Ovidius:
Hinc ſatus Æneas pietas ſpectata per ignes.

V A R I O R V M.

Expulit ex omni.] Non damno hanc lectionē, fortaſſe tamen legendum uno verbo *exſomni*. Caſſius Parmenſis in Orpheo.

-- nocturno exſomnis, olivo immoritur, Paſſer.

Cum veſana meas torreret flamma medullas,
  Sic felix Cæli, ſis in amore potens.

Inferiæ ad fratris tumulum. CII.

Multas per gentes, & multa per æquora vectus
  Advenio has miſeras, frater, ad inferias,
Ut te poſtremo donarem munere mortis,
  Et mutum nequicquam adloquerer cinerem:
Quandoquidem fortuna mihi tete abſtulit ipſum.
  Heu miſer indigne frater adempte mihi.
Nunc tamen interea priſco quæ more parentum
  Tradita ſunt triſtes munera ad exequias,
Accipe, fraterno multum manantia fletu,
  Atque in perpetuum frater have, atque vale.

Ad Cornelium. CIII.

Si quicquam tacite commiſſum eſt fido ab amico,
  Cujus ſit penitus nota fides animi,
Meque eſſe invenies illorum jure ſacratum.
  Corneli, & factum me eſſe puta Harpocratem.

Ad

Magiſtelli ſpinoſi *expectata* legunt. propter ſyllabam, quam nolunt poſitione ſequenti, produci. Alii vero magiſtelli zelotypi dicunt palam in ſuis ſuggeſtis veteres quoque expectata pro ſpectata dixiſſe. quid tum poſtea? oſtendant mihi expectatum apud Virgilium eſſe pro ſpectatum. alioquin ſcimus verum eſſe eo quoque modo poſſe dici. Sed quid facerent pædagogi ſi nihil haberent, quod latrarent? Putidiſſima capita.

J. SCALIGER.

Et mutum nequicquam adloquerer cinerem] Auſon.

Voce ciere animas funeris inſtar habet.

Seneca: *Magnum ſolatium eſt appellare ſæpius nomina non reſponſura.* Aliud eſt & *magna poſtremum voce ciemus.* Hoc enim in ipſo rogo fiebat.

Euripides:

ὑμεῖς δὲ τὴν θανοῦσαν, ὡς ἔστι θέμις
προσείπατ' ἐξιοῦσαν ὑστάτην ὁδόν.

Me unum eſſe invenies) Scribe ex calamo exarata membrana: *Meque eſſe invenies.* & me invenies eſſe ſacratum illorum jure, & dices me eſſe Harpocratem.

Illorum jure ſacratum) Quia de ſilentio agit, quod proprium eſt myſteriorum, propterea verbo myſtico utitur, *Sacratum.* Sacrati ſunt *οἱ μεμυημένοι.* ut in veteri inſcriptione Romana: *Sacrata apud Eleuſinem Deo Baccho Cereri, & Coræ.* item in alia: *Sacrata apud Æginam Deabus Taurobolita, Iſiaca.* Et ſacrandi, mos initiandi. Prudentius:

Quid

Ad Silonem. CIV.

Aut ſodes mihi redde decem ſeſtertia, Silo,
  Deinde eſto quamvis ſævus & indomitus:
Aut, ſi te nummi delectant, deſine quæſo
  Leno eſſe, atque idem ſævus, & indomitus.

Ad quendam de Lesbia. CV.

Credis, me potuiſſe meæ maledicere vitæ,
  Ambobus mihi quæ carior eſt oculis?
Non potui; nec ſi poſſem, tam perdite amarem.
  Sed tu cum caupone omnia monſtra facis.

In

J. Scaliger.

Quid quum ſacrandus accipit ſphragitidas? Ut apparet ex Prudentii loco, ſtigmata in fronte aut alia parte corporis accipiebant. Sic in veteri Chriſtianiſmo dicebantur ſignati, & ſacrati, qui in fronte crucis ſignaculum chriſmate prænotatum habebant, tanquam ea eſſet initiatio. Hoc crebrum eſt apud Tertullianum. Hunc locum virum diſertum non capere, probat ejus interpretatio.

Credis me potuiſſe mea maledicere vita) Vereor ne Catullus non *maledicere* ſcripſerit, ſed *valedicere*. Nam ſane id fecerat, ut ex ſuperioribus cognoſcimus:

Vale puella, jam Catullus obdurat.

Item:

Cum ſuis vivat, valeatque mœchis.

Nunc Catullus videtur conqueri apud amicum, quod id ſtatim in eam partem tanquam ſerio a ſe dictum eſſet, interpretatus ſit. Qui mutarant lectionem, rationem habebant ſyllabæ ultimæ in VALE. Atqui CAVE eodem modo corripiebant: item RESPONDE. Martialis:

Si, quando veniet? dicet. reſponde: poëta
Exierat veniet, quum cytharœdus erit.

Sed tu cum Caupone] Nunquam hanc lectionem ego probavi, ut quæ ſemper de mendo mihi ſuſpecta fuerit. Tandem vetus lectio omnem prorſus dubitationem ſuſtulit, quæ non *cum Caupone*, ſed, *cum Tappone* habet. Tappones familia Romæ in gente Valeria. In veteri Inſcriptione Placentiæ legi: C. VALERIVS TAPPO. item apud Livium libro triceſimo octavo. Iſte igitur Tappo cum iſto inſuſurrabat Lesbiæ neſcio quæ, quibus ſuſpitionem illi faceret Catullum alio tranſtuliſſe calorem ſuum. Hoc negat Catullus: & contra illum τερατολογεῖν ait. Nam illud, *omnia monſtra facis*, nihil aliud eſt, quam, πάντα τερατολογεῖς ad verbum, vel τερατοποιεῖς. Eſt ergo Helleniſmus. Poſſet tamen & obſcœnitas intelligi, ut ad verbum apud *Alexidem*:

-- ὁρᾷς δὲ πιλοκουμένον τι ἢ
ξυρούμενον; τούτοιν ἔχει τι θάτερον.
ἢ γὰρ τερατεύειν ἐπινοεῖν μοι φαίνεται.
ἢ πάντα τῷ πώγωνι δρᾶν ἀνάξια.

Nam hic τερατεύειν obſcœne, quod Catullus monſtra facere, ſiquidem aliquam obſcœnitatem innuit. Male pro τερατεύειν legitur στρατεύειν.

In Mentulam. CVI.

Mentula conatur Pimplæum ſcandere montem:
  Muſæ furcillis præcipitem ejiciunt.

De puero, & præcone. CVII.

Cum puero bello præconem qui videt eſſe,
  Quid credat, niſi ſe vendere diſcupere?

Ad Lesbiam CVIII.

Si quidquam cupido, optantique obtigit umquam
  Inſperanti, hoc eſt gratum animo proprie:
Quare hoc eſt gratum, nobis quoque carius auro,
  Quod te reſtituis Lesbia mi cupido,
Reſtituis cupido, atque inſperanti ipſa refers te
  Nobis. o lucem candidiore nota!
Quis me uno vivit felicior aut magis eſt me
  Optandus vita, dicere quis poterit?

In

J. SCALIGER.

Muſæ furcillis præcipitem ejiciunt) δι-κράνοις ὠθεῖν. Proverbium. Innuit Mamurram invitis Muſis ad poëticem animum appellere.

O mihi cara magis candidiore nota] Nuſquam liberius pervagata eſt correctorum licentia. atque nunc plane eſt, ubi iſtis inſanis capitibus ſuccenſeam, ſive Marulli illi fuerint, ſeu quicunque volunt nos ſapere ſuo capite. Reſtituenda eſt vetuſta lectio:

Reſtituis cupido, atque inſperanti refers te
Nobis. o lucem candidiore nota.

Vere ἀρχαϊσμός, *inſperanti nobis.* ut *Præſente* nobis: *Abſente* nobis apud Comicos. *Tibullus.*

Perfida, nec merito nobis inimica merenti. Nobis merenti. Vere ſupra, ni fallor, divinavimus, *valedicere* pro *maledicere* legendum eſſe. Nam hoc epigrammation pendet ab illo: ut enim in illo excuſat ſe non ex animo valedixiſſe; ſic hic palam præfert ſe illi reſtitui.

Aut magis hac eſt optandus vita) Lege ex veteri ſcriptura:

Quis me uno vivit felicior, aut magis eſt me
Optandus vita, dicere quis poterit?

Dicere quis poterit, quis felicior uno me vivit, aut magis me optandus eſt vita? Trajectio locum corrumpendi in cauſſa fuit *optandus vita* ἑλληνισμός, ζηλωτὸς τοῦ βίου, μακάριος τοῦ βίου. Sic *beatus vita. In Culice.*

Quis magis optato queat eſſe beatior ævo?

Quod plane huic loco facem adlucet. Hic ergo, *quis magis me optandus vita*; eſt τίς μᾶλλον μοῦ ζηλωτὸς τοῦ βίου;

Si Cumin-

In Cominium. CIX.

Si, Comini, arbitrio populi tua cana ſenectus
Spurcata impuris moribus intereat,
Non equidem dubito, quin primum inimica bonorum
Lingua exſecta avido ſit data vulturio,
Effoſſos oculos voret atro gutture corvus,
Inteſtina canes, cætera membra lupi.

Ad Lesbiam. CX.

Jucundum, mea vita, mihi proponis amorem
Hunc noſtrum inter nos, perpetuumque fore.
Dii magni, facite, ut vere promittere poſſit,
Atque id ſincere dicat, & ex animo,
Ut liceat nobis tota producere vita
Alternum hoc ſanctæ fœdus amicitiæ,

Ad Aufilenam. CXI.

Aufilena, bonæ ſemper laudantur amicæ,
Accipiunt pretium, quæ facere inſtituunt.

Tu

J. SCALIGER.

Si Comini populi arbitrio) Ex manuſcripta lectione cognoſcimus *popul' arbitrio* in Gallicano exemplari ſcriptum fuiſſe. pro quo in noſtris libris exaratum fuit, *ſic homini populari arbitrio.*

VARIORVM.

Comini) Scriptum mihi a Catullo videtur hoc Epigramma in Cominium, rabulam quendam de foro, & odioſum accuſatorem, cujus & Cicero & Aſcon. orat. pro Corn. meminerunt, & pro Cluent. Avito. A quo cum eſſet vel ipſe Catull. vel amicorum ejus aliquis injuria affectus, ſeu forſitan etiam accuſatus, hoc Epigrammate acerbam ejus & inimicam bonis omnibus linguam & loquacitatem inſectatus eſt. *Lipſius.*

Alternum) Lego *Æternum.* Livin.

Tu quod promiſti mihi, quod mentita inimica es:
Quod nec das, & fers, ſæpe facis facinus.
Aut facere ingenuæ eſt, aut non promiſſe pudicæ,
Aufilena fuit. Sed data corripere
Fraudando, efficitur pluſquam meretricis avaræ,
Quæ ſeſe toto corpore proſtituit.

Ad Aufilenam. CXII.

Aufilena, viro contentam vivere ſolo,
Nuptarum laus e laudibus eximiis.
Sed cuivis quamvis potius ſuccumbere fas eſt,
Quam matrem fratres efficere ex patruo.

In Naſonem. CXIII.

Multus homo es, Naſo, neq; tecũ multus homo, ſed
Deſcendis Naſo, multus es, & pathicus.

Ad

J. SCALIGER.

Quod nec das & fers) Vitioſe vetus ſcriptura:

Quod nec das nec fers.

Efficitur pluſquam meretricis avara) Pro *efficitur* vetus lectio habet, *effecit*, hoc eſt effecerit. Nam C pro X, ſcribebant veteres illi librarii. *effexit* ſupple facinus. ποιήσειεν ἂν τὸ τῆς πόρνης. ἐργάζοιτ' ἂν τὸ τῆς πόρνης, ἤγουν τὴν ἐργασίαν τῆς πόρνης.

Aufilena viro contentam) Liber ſcriptus, *contenta eſt*. Legendum ſane *contentas*. ex quo fecerant *contenta eſt*. Lege igitur:

Aufilena, viro contentas vivere ſolo
Nuptarum laus e laudibus eximiis.

Laus eximia nuptarum, contentas uno viro vivere.

Multus homo es Naſo) Venimus ad epigramma omnium judicio in hoc poëta obſcuriſſimum: ſed meo, non adeo perplexum, ſi illi ſuam veterem non correctorum lectionem reſtitueris. Simul enim id ſuæ antiquæ ſcripturæ reddideris, & ſuo nitori reſtitueris. Ita ergo ne una quidem ſyllaba minus in illo libro perſcriptum legimus:

Multus homo (es, Naſo, nam tecum multus homo) eſt, qui
Deſcendit? Naſo, multus es, & pathicus

Notum eſt qui ſint Aretalogi. & quod dicti, quia de virtute locuti faciunt id, quod Juvenalis dixit. De virtute loqui eſſet ἀρεταλογεῖν. Hoc faciebat Naſo, qui de virtute locutus, id quod taceo, facere deprehendebatur. Poteſtne fieri, inquit poëta, ut tu ἀνδρεῖος ſis, qualem te verbis facis, & re κίναιδος, qualis eſſe deprehenderis; ἀνδρεῖος igitur es, & κίναιδος; Hæc ſane non bene conveniunt, nec in una ſede morantur. Multus in aliqua re, ut apud Græcos πολύς. Nam nugantur, qui Moltus legunt a molendo.

Es Naſo nam tecum) Es namque te judice magnus vir καὶ γεννάδας. Ita Propertius locutus eſt. *Nec tantum mecum Romana cubilia viſes.* hoc eſt, me judice. vel ſimpliciter, tibi ſoli es nam alii te non cenſent. Eadem ſententia erit, ſi mi-

nima

Ad Cinnam. CXIV.

Conſule Pompeio primum duo, Cinna, ſedebant
Mæchilli, facto Conſule nunc iterum
Manſerunt duo. ſed creverunt millia in unum
Singula. fœcundum ſemen adulterio.

In

nima licentia legeris ex ductibus priſcæ ſcripturæ:

Multus homo eſt Naſo (nam tecum multus homo es) qui
Deſcendit? Naſo multus es, & pathicus?

Non eſt dubitandum ita a Catullo ſcriptum fuiſſe.

Qui deſcendit) ſcriptus liber more ſuo habebat QVE pro QVI. quod tam ſæpe monui. *Deſcendit.* ſatis patet quid velit. Juvenalis: *Ad terram tremulo deſcendant clune puella.* Marem ſe dicebat, & maribus tamen ſuccumbebat. Nunc apertiſſimus hujus Epigrammatis ſenſus.

V a r i o r u m.

Multus homo eſt) Vox *Multus* abſolute accipitur, de eo qui in unaquaque re multus eſt. hinc & pro ſevero, teiricoque & moroſo, odioſo & importuno, quem Græci φορτικὸν dicunt, ſumitur. Afranius apud Nonium: *multa es ac moleſta multum.* ita accipiendum *multus* in obſcuriſſimo hoc Epigrammate Catulli:

Multus homo es, Naſo num tecum multus homo eſt, qui
Deſcendit? Naſo multus es & pathicus.

Ita autem ipſum epigramma legendum, ac diſtinguendum eſt. *Multus es Naſo & moleſtus & moroſus & arrogans, an vero tibi videtur multus homo eſſe. qui deſcendit, & pathicus eſt?* mira enim res, ut homo cinædus, & qui omnibus omnia obſequitur, idem quoque arrogans ſit, & ſuperbus, ac difficilis & aſper. *Salmaſius.*

J. S c a l i g e r.

Primum duo, Cinna, ſedebant) Importuniſſimum correctorum vulgus hic quoque non uſitato ſcelere debacchatum eſt: Nam *ſedebant* ſuppoſuerunt pro eo, quod Catullus & veteres membranæ *ſolebant.* quod recte habebat. Superius monuimus veteres in iis, in quibus volebant reticere verbum, contentos fuiſſe ſolo verbo *ſolere.* Supra -- *ſolet hac imaginoſum* Plautus: *Qua nos pradicant cum viris ſuis ſolere.* non adhibuit verbum, quod præcipuum erat ſententiæ Sed notum quid ſoleant mœchi. Item notum *quid ſoleant* mulieres cum alienis viris.

Mœchilia) Egregia exemplaris Gallicani ſcriptura duabus ſynalœphis concepta, *Mœch'ill'a facto. a*, eſt *ab.* neque aliter in noſtro libro ſcriptum fuit, *ill'* mutarant in *ili.* quia τοῦ l, & *i* in Longubardicis literis nulla differentia eſt. Putant ænigma eſſe hoc, non epigramma homines erudítiſſimi, atque diſertiſſimi. Atqui certiſſimum eſt Catullum hic τὴν σκάφην σκάφην vocare, & nulla nos flexuoſa dictione, ut λοξίας ille ſolet, morari. Ait enim ſimpliciter, Pompeio primum conſule unum aut alterum reperiri Romæ alieni lecti inſeſſores. eandemque ad ejus ſecundum conſulatum, adulteriorum ariiatem fuiſſe. ſed poſtea pro uno, mille ſuccreviſſe: & hinc propagatam illam infamiæ ſegetem, qua Catulli ætate tota Roma flagrabat. Quod ſi hiſtoria quædam hic intelligeretur, de ſolis Mamurra & Cæſare tantum ſermo eſſet, ut illos Mœchorum ſigniferos dicat fuiſſe. Sane epigramma non adeo tantis tenebris obſitum eſt, quantis volunt homines magnæ eruditionis & primi in literis nominis.

Sed creverunt millia in unum ſingula] Liber habebat *Singulum*, non *Singula.* ita exteritur media, ut in *Amrunculeja.* Plau-

 tu.

In Mentulam. CXV.

Firmano ſaltu non falſo Mentula dives
 Fertur, qui tot res in ſe habet egregias,
Aucupia omne genus, piſces, prata, arva, feraſque.
 Nequicquam fructus ſumptibus exuperat.
Quare concedo ſit dives, dum omnia deſint,
 Saltum laudemus, dum tamen ipſe egeat.

In

tus Clitellaria: *Atat, ſingulum video veſtigium.* Varro περὶ ἐδεσμάτων libro primo: *Tum vero doces hiſtoriam neceſſariam ſemel unum ſingulum eſſe.* Idem octogeſima περὶ νομισμάτων: *Hoc erat incommodi, quod neſciebamus ſemel unum ſingulum eſſe.*

VARIORUM.

Machi, illi &c.) fortaſſe *Machulei.* Sic pro *hadilia* apud Horat. od. 17. lib. 1. Auratus legit *Hadulei.* nam ut ab equus, equulus, equuleus, hinnus, hinnulus, hinnuleus, ſic a mœchus, mœchulus, mœchuleus. *Paſſeratius.*

J. SCALIGER.

Firmano ſaltu) omnia hæc ſuppoſititia ſunt, & ab audacibus interpolata. Scriptura vetus ne ipſa quidem ſincera eſt, ſed tamen præ ſe fert. quid velit. Ea habet: *Firmanus ſaltus non falſo* &c. Ut jam conſtet recto caſu hic non ſexto legendum, ut in vulgatis. Nam profecto *ſaltus* perperam pro *ſaltus* ſcriptum eſt. Jam Mamurra non Firmanus ſed Formianus fuit, quanquam & prædia potuit habere in agro Firmano: ſed hoc eſſet nugari. Nam quum conſtet Formiis natum Mamurram ex Plinio, item ex Juvenale, qui Formias Mamurrarum domum vocat, cur aliud illi prædium aut ſaltum dabimus, & ſuum illi auferemus? ſed profecto Catullus ſcripſit:

Formianus ſaltus non falſo. M. dives
Fertur. Nam Grammatici offenſi ſunt ſyllaba penultima, quam nollent a Catullo productam, atqui ita non eſt. Neque enim dactylus primus eſt pes, ſed ſpondeus. *Horatius:*

Ut Naſidieni juvit te cana beati?

Secundus pes eſt ſpondeus. idem, *Vindemiator.* Eſt Epitritus quartus. Nam quatuor ſyllabarum eſt trium longarum & ultima brevi. Virgilius: *Fluviorum rex Eridanus* primus pes ſpondeus. Eſt præterea mille talium exemplorum apud Veteres. quare & hic quoque nullo dubio *Formianus* legendum, duobus ſpondeis primoribus. Dirigitur autem ſermo ad ipſum Mamurram. O Mamurra, Formianus ſaltus tuus non falſo eſt dives, qui tanta bona in ſe habeat. Nam qualis barbariſmus eſſet ille, ſi Catullus dixiſſet, Mamurram in ſe habere aucupia & piſces, non ſaltum ipſum? Quod ſane ſequatur neceſſe eſt, ſi vulgatem illam ineptam lectionem tueamur, quæ eſt contra ſcripturam antiquã, &, quod caput eſt, contra mentem poëtę. Ac neſcio an Catullus dixiſſet, *Ego ſum dives illa re.* ſed *illius rei.* quanquam non damno. Nã hoc modo ſupra dictum notamus, beatus vita, pro quo alii beatus vitæ.

Qui tot res in ſe habet) Melius vetus ſcriptura: *qua quot res.* Admirabundus hoc ait. & ſenſus eſt lepidiſſimus, & maxime conveniens ei quod dixit, non falſo cenſeri dives eſſe illud prædium.

Nequicquã fructus ſũtibus exuperat) ſcrib. *Nequicquam. fructus ſumtibus exuperas.* Secunda enim perſona ſcribendum, quum ad ipſum Mamurram ſermonem dirigat, ut jam dixi. Fruſtra, inquit, dives & copioſus eſt ſaltus tuus. Nam fructus illius prædii tu ſumtibus tuis exuperas. Notus eſt nepotatus Mamurræ ex Jambo, quem in ipſum vibravit Catullus.

Dum tamen ipſe egeat) Vetus ſcriptura, *dum modo*, non, *dum tamen.* quod melius eſt. Sed ſecunda perſona hic legendum EGEAS, non EGEAT. Jam emendatiſſimum eſt epigramma hoc, quod correctores tot vulneribus confecerant.

Inſtar

In eundem. CVI.

Mentula habet inſtar triginta jugera prati,
Quadraginta arvi, cætera ſunt maria.
Cur non divitiis Crœſum ſuperare potis ſit,
Uno qui in ſaltu tot bona poſſideat?
Prata, arva, ingentes ſilvas, ſaltuſque, paludeſque,
Uſque ad Hyperboreos, & mare ad Oceanum.
Omnia magna hæc ſunt.tamen ipſe eſt maximu'luſtro,
Non homo, ſed vere Mentula magna, minax.

Ad

J. S C A L I G E R.

Inſtar triginta jugera prati) Scribe meo periculo, J V S T A non *inſtar*. *Juſta*, pro quo nunc errorem librariorum & vitioſam conſuetudinem ſequuti dicimus *juxta*. Supra: -- *Calliſto juſta Lycaonida*. *Juſta* hic eſt junctim, ἐγγύς.

Cætera ſunt maria) Proverbium eſt, θάλασσα χρυσοῦ, Montes auri, & ſimilia Maria & montes polliceri. χρυσίου πόντος. Phœnix vetus poëta:

ἀνὴρ Νῖνος τις ἐγένεθ᾽ ὡς ἐγὼ κλύω,
Ἀσσύριος, ὅς τις εἶχε χρυσίου πόντον,
καὶ τἄλλα πολλῷ πλείονα Κασπίης
ψάμμου.

Eadem figura apud Callimachum:

οὐ φιλέω τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐχ ὅσα πόντος ἀείδει.

Hebræi quoque eodem proverbio utuntur. In threnis Hieremiæ: *magna eſt ſicut mare tribulatio tua.*

Uno qui in ſaltu tot bona) Repone ex veteri lectione, *totmoda*. Notum, veteres *omnimodum* dixiſſe. Sic *totmodum* una voce. Sic omnifariam, & totfariam, & aliquotfariam. Varro.

Omnia magna hæc ſunt tamen ut ſint maxima & ultra) Deformata omnia hæc ſunt, ut apparet. Vetus lectio:

Omnia magna hæc ſunt. tamen ipſe eſt maximus ultor.

Tranſpoſita & luxata ſunt iſta. Nam ne una quidem literula minus ita legendum:

Omnia magna hæc ſunt. tamen ipſe eſt maximu'luſtro.

Hæc quidem, inquit, magna confiteor. ſed quum ipſe omnia abſumat in luſtris, cui bono illæ tantæ opes, ſi fructus ſumtibus exuperat? Luſtro luſtronis eſt, qui in luſtris patria & avita abſumit. Nævius:

Peſſumorum peſſume, audax, ganeo, luſtro, (aleo.

Et verbum *luſtrari*. Lucillius:

Quem ſumptum facis in luſtris, circum oppida luſtrans. Plautus:

Luxantur, luſtrantur, comedunt quod habent.

Et *luſtramentum*, apud Juriſconſultum, ἀσέλγεια, ἀφροδισιασμός.

Non homo ſed vere M magna nimis] Repone:

Non homo, ſed vero M magna minax.

ita habet vetus ſcriptura: Non homo, non hominis nomine dignus, ſed ipſamet libido, quæ jactat ſeſe de divitiis ſuis. minacem vocat Aretalogum; qui hominum aures divitiarum ſuarum prædicatione obtunderet Hoc enim vult verbum minari. Horatius:

Atqui vultus erat magna & præclara minantis.

Sane ſcriptura, quam repoſuimus, extat etiam in editione Parthenii. Quis primus mutaverit, neſcio.

Operæ pretium facturus videor, ſi heic adponam Raphaëlis Eglini Iconii Tigurini *Vindicias Ciris Catulliana* adverſus Vir. Inluſtr. JOSEPHUM SCALIGERUM qui Ceirin hanc edidit in *Append. P. Virgil. Maronis.* Virgilioque abſcribit; ejus rationes, quibus illud evincit, quoniam in omnium manibus verſantur notæ Viri divini, heic addere ſuperſedebo. Pergam itaque ad Eglinum, qui non ita obvius. ejus hæc ſunt verba.

Miraberis, ſat ſcio, Nobiliſſime & Conſultiſſime Goldaſte, perpaucorum carminũ delectu me poëtam venuſtiſſimum delumbaſſe. Verum en tibi viciſſim acceſſionem ad eumdem haud exiguam, quam tui facio judicii, CIRIM Virgilio attributam (at quo vindice? JOSEPHO SCALIGERO, Primorum Principe,) aſſero CATULLO. Neque adduci poſſum, ut non idem voluiſſe, valuiſſe, credam SCALIGERUM. Sed ſi id faceret, parentis de eodem judicium elevaret. Itaque maluit Virgilio, cui parens aras ſtatuit. Verum non ideo de ponte dejiciendus Catullus, præſertim civis civi, in cujus imitatione vel ipſe Maro palmarium quæſivit, reperit. Age igitur, age ad calculos ſedeamus; ſummam rationem ejus ſubducamus. *Hujus politiſſimi poëmatis auctorem eſſe Virgilium, vel una* (inquit) *ratio vicerit, verſus hic crebo repetits, qui paſſim in Æneide & in Georgicis atque Bucolicis leguntur.* At enim & in Virgilianis leguntur ex ipſo Catullo identidem deprompti, quorum partim meminit Macrobius. Illud certe e *coma Berenices* planiſſime expreſſum. Æn. vi.

Invitus Regina tuo de litore ceſſi.

Pro quo Catullus multo ante;

Invitus Regina tuo de vertice ceſſi.

Jam ſi ratio valet, contra Scaligerum valet, verba, verſus, lemmata ſubinde in Ciri agnoſcentem eadem, quæ in Argonauticis Catullianis, ſive Nuptiis Pelei atque Ariadnæ leguntur. Quidni igitur ad Catullum Cirim referas? Sed addit Scaliger? *Quod ſi propterea Virgilii non eſt, ut dicebat amicus noſter, qui putabat Virgilium pleraque ex hoc poëmate deſumpſiſſe, & ſuis operibus inſeruiſſe: at ſi idem* (inquit) *fecerit unus verſiculus. Vt vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error. Negari enim non poteſt* (inquit) *quin eum ex Theocrito verterit Maro, qui omnium Romanorum primus Theocritum Latine expreſſit. Conſequens ergo, ut illius verſiculi auctor ſecundum alios quoque verſus vindicias poſtulet.* Hactenus Scaliger? ſed conſequenti nullo. Verterit enim primus Romanorum Maro Theocritum integrũ, aut maxima ex parte, ideone conſequitur, unum atque alterum, adeoque hunc ipſum verſiculum, quem Ciris præfert, primum vertiſſe? Aut nemone ante Virgilium prorſus

Theo-

Theocritum ulla ex parte adiit? Non ſinit Catullus. Quippe ex Syracuſanarum Dialogo *Venerem Golgicolam* cum Theocrito vocat. Id quod Bembus haud ſcio an obſervans Græca ſic expreſſit;

Quæ Golgom Regina colis Venus, Idaliumq;

Pro quo Catullus:

Quæ ſanctum Idalium. quaque Golgo.

Quid vero, quod Plinius libro Naturalis Hiſtoriæ XXVIII. ſcribens; *Hinc* (inquit) *Theocriti apud Græcos, Catulli apud nos; proximeque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio?* An cui dubium (ſi Plinio credimus) Catullum, qui & Græcos ſtudioſiſſime coluit, & nomen docti haud ſcio aliundene aptus, Theocritum non ſolum ante Virgilium, & quidem in ſimilis argumenti imitatione, adiiſſe, ſed Maroni ad Theocritum in pharmaceutriis exprimendum viam præiviſſe, facem prætuliſſe? Hinc illa verſuum crebra in Æneide, in Georgic. in Bucol, adeoque hujus ipſius verſiculi, *Ut vidi ut perii, ut me malus abſtulit error*, repetitio, nempe ex Ciri Catulliana deſumptorum.

Quę enim alia ante Maronem incantamentorum amatoria imitatio Catulli, niſi hæc in Ciri? Proinde hujus & reliquorum verſuum germanus auctor Catullus ſecundum Cirim vindicias poſtulat. Vis vi Maroni ereptam? Scyllam Niſi jam in Sileno agnovit Virgilius. Quomodo igitur in Ciri demum confictæ poſt Bucolica novus auctor, ut illa jactatur, poteſt haberi? præterea cætera, ne in ſpeciem quidem probabilia, nempe Maronem in Ciri Muſas conquieſcere voluiſſe, ut Philoſophiæ primum initiaretur ſcilicet! qui tamen Æneida emendaturus ſeceſſit; languorem vero nactus, eam abſolvere non potuit. Apage hos languores, ac vide tis Catullum, qui ab omni cura poſt fratris obitum ſe vindicare volens, in hortulis Philoſophiæ conquieſcere, & reliquum vitæ, depoſito in Ciri poëſeos ſtudio cui diu multumque vacarit, exigendum ſtatuit; quippe ſecutus magni docta dicta Scironis. Quod epigrammatium purum putum Catulli eſt, ut & alia e Catalectis & Appendice Virgiliana. Ut ne ſim longior: conferantur inter ſe Ciris & Pelei Nuptiæ, ovum ovo non tam ſimile, atque hæc duo inter ſe poëmatia: nec diffitente Scaligero. Conſequens igitur, ut ambo ſint Catulli, quandoquidem neutrum Virgilii. Tanto igitur in illuſtriori ſita loco Poëtę Veroneſis laus, quanto cultius eſſe teſtatur Scaliger poëmatium, prorſus ut Latinorum nulli neque nitore neque elegantia cedat. Valeat igitur, valeat hinc judicium Scaligerorum patris, infra Martialem Catullum perverſe dejicientis. Quantum libet enim falſus, terſus, argutus Martialis, tamen infra Catullum, ipſomet jactante Hiſpano:

Nec multos mihi præferas poëtas,
Uno ſed tibi ſim minor Catullo.

Quid igitur ſtatuendum? Quod tota olim Latinitas, cujus teſtes verſiculi;

Tantum parva ſuo debet Verona Catullo,
Quantum magna ſuo Mantua Virgilio.

Hæc ad te, Nobiliſſime ſimul & Doctiſſime Goldaſte, ut Veronenſem nobis Poëtam a Principibus Veronenſibus durius habitum meo poſtulatu ſecundum libertatem vindices. Vale & quoniam amas, fave. Ex patria urbe, Helvetiæ luce, V. Id Julii. ∞. IↃC. III.

ALBII

ALBII
TIBULLI,
EQUITIS ROMANI
LIBRI IV.

ALBII TIBULLI, EQUITIS ROMANI

LIBER I.

Elegia I.

Divitias alius fulvo ſibi congerat auro
Et teneat culti jugera magna ſoli:
Quẽ labor aſſiduus vicino terreat hoſte,
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugẽt,
Me

J. Scaliger

Divitias alius) Hæc Elegia ordine prima eſt, ſed tempore poſtrema. Nam lapſus opibus Tibullus ſeceſſit in agellum, qui illi ſuperfuit ex patrimonii naufragio, in regione Pedana. Unde Horatius:

Di tibi divitias dederant artemq; fruendi.

Manifeſto enim oſtendit eum exhauſto opimo patrimonio ſeceſſum ruris petiiſſe. Et, ſi conjecturæ locus eſt, videtur opes avitas in amoribus profudiſſe, & magno patrimonio imminuto, ira ac dolore animi, rus ſe abdidiſſe, Horatius id plane indicat:

Non tu corpus eras ſine pectore. di tibi formam,
Di tibi divitias dederant —

Et ſane alibi eum eo nomine conſolari videtur, quum ita canit: *Albi, ne doleas plus nimio*, &c. At ipſe plane & paupertatem ſuam conqueritur, & dolorem profitetur in Panegyrico ad Meſſalam:

Nam mihi quum magnis opibus domus alta niteret,
Cui fuerant flavi ditantes ordine ſulci
Horrea, fœcundas ad deficientia meſſes,
Nunc deſiderium ſupereſt. nam cura novatur,
Quum memor anteactos ſemper dolor admonet annos.

Nam poſtremis verſibus plane profitetur ſe pœnitere ejus, cujus & Horatius ſe pœnitere non diſſimulanter ait:

Hei mihi, per urbem, nam pudet tanti mali,
Fabula quanta fui. conviviorum & pœnitet.

Quis ferat eos, qui dicunt non prodegiſſe patrimonium, ſed agros ejus aſſignatos fuiſſe? Atqui ita clare loquitur, ut aliter interpretari, hoc ſit Latine neſcire. Dicit enim ſe divitem fuiſſe, & ſtatim ſubjicit ſe pœnitere annorum anteactorum, quoties e quantis facultatibus exciderit, meminit: Sane non ſolet pœnitere nos culpæ alienæ, ſed noſtræ. Pœnitet eum amiſſorum bonorum. Ergo culpa ſua amiſit, non ex aſſignatione aut perticatione. Quid quod ex Horatio tam clare colligitur. Sed quid tam iniquæ contradictioni occurro? Ipſe ſemet ſuo ſibi gladio jugulat. Hæc igitur ſcribit in prædiolo ſuo Pedano ad Meſſalam Corvinum tum in Ciliciam proficiſcentem: quem etiam antea bello Aquitanico ſecutus erat. Hujus poëtæ ea omnia quotquot in Italia extant, exemplaria, recentiora ſunt, quam ut inter vetuſtos libros cenſeri debeant, quin correctorum audacia multa perabſurda illis admiſſa ſunt. Ejuſmodi unum vidimus, cujus copiam nobis fecit Juris conſultiſſimus Jacobus Cujacius. Sed & meliora quædam in eo, quam alii in ſuis, invenimus.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Ipſe

J. SCALIGER.

invenimus. Neque puto meliorem librum eo hodie extare. Nam quædam etiam vetuſtatis retinet veſtigia, quum paulo ante ineuntem typographicam artem ſcriptus ſit: & nondum correctorum audacia ita licenter in bonis auctoribus pervagaretur. Sed excerpta pervetuſta ejus poetæ in manus noſtras pervenere, quibus plurimum adjuti ſumus. Item fragmentum peroptimum, & quam emendatiſſimum a quarta elegia libri tertii ad finem uſque commodavit nobis idem præſtantiſſimus vir, ſummaque humanitate præditus Jacobus Cujacius. Qui liber, etſi imperfectus, tanti apud me momenti eſt, ut non meminerim me ullum vetus exemplar emendatius legiſſe. Itaque hoc præter Italos, amplius conſecuti ſumus, ut vetuſtiores, quam illi, hujus poëtæ reliquias nacti ſimus. Quæ quum egregie nos in multis juverint, in eo tamen, quod caput erat medicinæ, nullum auxilium nobis tulerunt, hoc eſt in tranſpoſitione Elegiarum, & confuſione, qua non exigua pars hujus poëtæ verſuum laborat. quod mirum nemini hactenus ne oboluiſſe quidem. Atqui nos id primi odorati ſumus, &, ut re ipſa potius, quam prædicatione noſtra cognoſcas, nihil eſt quod hujus tibi majorem fidem faciat, quam prima elegia: quę ita hactenus confuſa, & perturbata fuit, ut ne ipſe Tibullus, ſi reviviſceret, ſuam agnoſcat.

Lege vitam hujus poëtæ apud Lilium Gyraldum. Ibi videbis exemplar, ex quo omnia Tibulliana, quæ hodie extant, propagata ſunt, aliquot pagellis tranſpoſitis turbatum fuiſſe. Et tamen quibuſdam doctis mirum viſum nos dixiſſe quædam in hoc poëta alio ordine poſita, ac ab illo relicta erant. qood ita perſpicuum eſt, ut hoc negare ſit cæcitatem oculis ſuis conſciſcere. At quia omnes tantum huic poëtæ deferunt, & recte meo judicio, ut pauci ſint, qui non aures ejus lectione tritas habeant: nemo eſt, qui non eum ſe intelligere credat. quia enim character ejus planus ac minime moroſus eſt, propterea omnem dubitationē ſuſtulit poſſe aliquid, quod legenti negotium faceſſat, in eo reperiri. Atqui aliter ſe rem habere, ipſa editione, quam primum nunc nova incude recudimus, omnibus teſtatum eſſe volo.

Quem labor aſſiduus) Iſtud diſtichon totam ſententiam abrumpit. Sequebatur autem ſine dubio poſt illud: *Hoc mihi contingat ſit dives jure*, &c.

Me mea paupertas) Poſt hoc diſtichon reponendum illud NEC SPES DESTITUAT. Dum, inquit, meus fucus aſſidue luceat, nec ſeges eludat ſementem. Spes enim pro reditu frugum apud veteres ponebatur, ut apud Varronem. Unde & Varro ipſe ſpicam a ſpe dictam dicit. Nam, ut ait proverbium Græcum, *ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος*. Quam autem bene hæc duo diſticha inter ſe coagmentata ſint, quid melius probaverit, quam abſurditas illa, quam efficiebat interjectum diſtichon, IPSE SERAM.

Dum meus adſiduo) Ita etiam citatur a Mario Victorino nobiliſſimo Grammatico. Vetuſta vero excerpta hujus poëtæ habent, non *aſſiduo*, ſed *exiguo*. quæ fortaſſe germana eſt lectio. Suppetat, inquit, ſemper foco, quanvis exiguus ignis. Nam illo epitheto indicat tenuitatem ſuam. Ita Ovid. -- *Parvo calfacit igne focum*. & præclare Statius -- *diveſque foco lucente Tibullus*. Dives, inquit, foco lucente, quanvis exiguo igne. Alii quoque libri ſcripti habent *exiguo* non *aſſiduo*.

VARIORUM.

Vita traducat inerti.) eſt nihil aliquam ad inertem ignavamque vitam traducat. Paupertatis *inertem vitam* appellat ſeu ingloriam, ut Maro extremo Georg. *Studiis florentem ignobilis oti.* de poëtica, cujus otium gloria vacaret, *Scottus nod. Cic. l. 2. c. 7.*

Ipſe

Ipſe feram teneras maturo tempore vites
Ruſticus, & facili grandia poma manu.
Nec ſpes deſtituat, ſed frugum ſemper acervos
Præbeat, & pleno pinguia muſta lacu.
Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu vetus in trivio florida ſerta lapis:
Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.

Flava

J. SCALIGER.

Ipſe feram] Poſt hoc diſtichon poſuimus, NEC TAMEN INTERDUM PUDEAT TENUISSE BIDENTEM, AUT STIMULO TARDOS, &c. quum hoc poſtulet ſententia. Ipſe, inquit, inſitioni dabo operam, quod eſt honeſtiſſimum munus rurantibus. non tamen, ut me aliquando pigeat oves paſcere, quod eſt infimum rure. Non negabunt homines docti hunc eſſe ordinem horum verſuum. Quam enim bene illi conveniat ſedes, quæ olim huic diſticho a librariis attributa erat, nemo non videt.

Nam veneror] Ante hoc diſtiſtichon collocavimus illud, HIC EGO PASTOREMQUE MEUM. Sententia ipſa eum ſuo loco reſtituit, ut abſurditas eum loco alieno expulit.

Seu ſtipes]. Hic ſtipitem & lapidem conjungit non immerito. ſunt enim termini. Ovidius:

Termine, ſive lapis, ſive es defoſſus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.

Prudentius:

Ignoſco fatuis hac tamen vulgaribus,
Quos lana terret diſcolor in ſtipite.

Idem:

Deaſciato ſupplicare ſtipiti.
Verris cruore ſcripta ſaxa ſpargere.

Stipites illi vocabantur Atiniæ. Lapides ipſi inſcripti erant literis quadratis uncialibus. Unde Gammati dicebantur, qui Γάμμα inſcalptum habebant. Alii interpretantur qui literæ Gamma ſimilitudinem habent. Habes igitur, quid Albius noſter per ſtipitem, & lapidem intellexerit.

Libatum agricola) Apulejus: *Iſte vero nec Diis rurationis, qui eum paſcunt, ac veſtiunt, ſegetis ullas, aut vitis, aut gregis primitias impartit. nullum in villa ejus delubrum ſitum, nullus locus, aut lucus conſecratus.*.

VARIORUM.

Nam veneror &c.) Hujus ritus planiſſima enarratio ab Halicarnaſſæo petenda, ita lib. 11. ſcriptitante: Θυσίας τε γὰρ ἠγήσατο τοῖς τέρμοσι, καὶ θύουσιν αὐτοῖς ἔτι τῶν μὲν ἐμψύχων οὐδέν. οὐ γὰρ ὅσιον αἱμάττειν τοὺς λίθους. πελάνους δὲ δημητρίου (i. liba Cerealia) καὶ ἄλλας τινὰς καρπῶν ἀπαρχάς. Victimarum proinde & ſanguinis expers Terminus, quæ ſententia etiam Plutarchum auctorem habet. At ſi quis etiam animato rem divinam Termino fieri poſſe pertenderit Horatianam & Ovidianam auctoritatem pro ſe habebit, e quibus alter nobis præit, 11. Faſt. Horatius autem.

Vel agna feſtis cæſa Terminalibus;
Vel hædus ereptus lupo.

quod inſuper & Prudentius teſtatur. *Douſa. P.*

Libatum Agricola &c.) Ex antiquorum pietate dixit, qui frugum & fructuum primitias diis immortalibus libare conſueverant, nec ante guſtare, quam diis conſecraſſent. Cenſorinus: *Itaque cum perceperant fruges, antequam veſcerentur, diis libare inſtituerant. Turnebus.*

Flava Ceres, tibi ſit noſtro de rure corona
  Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Pomoſiſque ruber cuſtos ponatur in hortis,
  Terreat ut ſæva falce Priapus aves.
Vos quoqe felicis quondam, nunc pauperis horti
  Cuſtodes, fertis munera veſtra Lares.
Tunc vitula innumeros luſtrabat cæſa juvencos,
  Nunc agna exigui eſt hoſtia magna ſoli.
Agna cadet vobis, quam circum ruſtica pubes
  Clamet, io meſſes,& bona vina date.
Jam modo non poſſum contentus vivere parvo,
  Nec ſemper longæ deditus eſſe viæ:

J. SCALIGER.

Hoſtia parva ſoli] Repone ex veteri membrana, *hoſtia magna*. Recte ex tenuitate ſua dixit. neque id tantum intelligit, ſed ait nunc vitulæ eſſe agnam ſuccedaneam. quia hoſtia ſeu victima magna dicebatur tantum de bubulo genere. quod olim me annotare memini.

Clamet, io meſſes) Poſt hunc verſiculum repoſuimus illud Diſtichon cum ſequenti, ADSITIS DIVI. Nam Divi illi ſunt ipſi Lares, ad quos ſermo ſemper continuandus eſt. Quod enim ipſi Lares ſint, manifeſto declarant illa

-- nec vos e paupere menſa
Dona neque e parvis ſpernite fictilibus.

Fictilia enim iſta ſunt patellæ, e quibus e menſa dapem libabant Laribus. Perſius:

-- cultrixque foci ſecura patella.

Ibi interpres vetus: *Cultrix foci, quia delibandæ dapes in ea poſita ad focum ferunter.* Varro: *Quocirca oportet bonum civem legibus parere, deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.* At quo ore hæc diſtraxerant homines invenuſti? Poſt duo autem hæc diſticha illud huc retrahendum. AT VOS EXIGVO. Pro ADSITIS DIVI vetuſtiſſima Excerpta habebant, *Vos quoque adeſte Dei.*

Jam modo non) docti viri *modo non μονονουχὶ* interpretantur. Sed vereor ut ſatis fideliter concepta ſit hæc lectio in codicibus infimæ vetuſtatis, quibus uſi ſunt Itali Critici. Nam noſtra illa Excerpta, quorum fidem ego ſatis ſpectatam habeo, legunt *Quippe ego jam poſſum.* Idque retinendum puto. Quare tam certa lectio nobis diſpliceat, auctore tam vetuſto libro? ut taceam abſurditatem vulgatæ. Nam ſane diu eſt, quum Tibullus multa vulnera accepit.

VARIORVM.

Tibi Sit.) ut *aureus eſto*; ſed legi mihi placet *ſit.* ut Lamb. in Sat. 5. Horat. *Livin.* idem placuit Fruter. lib 2. Veris. cap. 22. Rectius Paſſeratius *Tibi ſit.* dicantis eſſe docet ſicut illud Horatii lib. 3. Carm. 22. *imminens villa tua pinus eſto.* Nihil varietatis omnino habent Pal. Sex. Commel. *Gebhardus*

Ponatur.) *Donatus* cum Lamb. legendum eodem loco. *Livin.*

Terreat ut ſava.) Pal. quartus *Scavas* ſicut & quintus & ſextus *ſcava*, niſi quod ſuperne additum *S.* vera lectio eſt ergo. *Teneat ut ſcavas falce Priapus aves.* Propert. lib. 13. El. 15. *Sava canum rabies* lege *ſcava. Gebhardus.*

Sed canis æſtivos ortus vitare ſub umbra
  Arboris, ad rivos prætereuntis aquæ.
Nec tamen interdum pudeat tenuiſſe bidentem,
  Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boves.
Non agnamve ſinu pigeat, fetumve capellæ
  Deſertum oblita matre referre domum.
At vos exiguo pecori fureſque, lupique
  Parcite, de magno eſt præda petenda grege.
Hic ego paſtoremque meum luſtrare quotannis,
  Et placidam ſoleo ſpargere lacte Palem,
Adſitis Divi, nec vos e paupere menſa
  Dona, nec e puris ſpernite fictilibus.
Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis
  Pocula, de facili compoſuitque luto.
Non ego divitias patrum, fructuſque requiro,
  Quos tulit antiquo condita meſſis avo.

Parva

J. Scaliger.

Sed canis æſtivos) Huc uſque omnia confuſa ac perturbata erant in omnibus tam ſcriptis, quam formis excuſis. ſequentia continuant ab illo o QVANTVM EST AVRI illa enim loco movenda non ſunt.

Nec e puris] Codex infimæ vetuſtatis, E PARVIS.

Variorum.

Fureſque] Intelligit abigeos. Nam *abigei* ſeu *abactores* armentorum pecorumque fures. Idem dicebantur *Abigatores*. Gloſſar. *Abigator, abactor* ἀπελάτης. Iſidor. lib. x. *Abactor eſt fur jumentorum & pecorum, quem vulgo Abigeum vocant, ab abigendo*. Sed diſtinctione JCtorum *abactores* ſunt plurium boum oviumque raptores: tantumque in furti non abigeatus crimen venit, qui vel bovem vel ovem abegit unicam. *Gebhardus*.

Hic ego paſtoremque meum.) Paſſeratius conjectavit leg. *Paſtorumque deam*, ut Pana ſignificet, quem una cum Pale conjungit infra lib. 2. Eleg. 4. Sed ego nego fas eſſe Paſſeratio *Deos* in *Deas* mutare. ut Neptunus puellam in virum tranſdedit. altera ejus jactura eſt. *Paſtorumque deum*, ut deſignetur Apollo νόμιος qui etiam cum Pale conjungitur a Virg. lib. 3. Georg. Si mei arbitrii res ſit, nihil contra omnes codices attentem, ſed retenta lectione vulgata interpreter hic *paſtorem* ipſum *Pana*, utpote numen habitum cultumque paſtorale. *Meum* vero exponam mihi propitium, ſenſu tali exeunte. Soleo luſtrare Pana, ſi quando avertus & ſucceſſus pecuarius reſponderit, ſi quando favorem numinis paſtoralis expertus fuero. Vel ut Pan meus, mihique propitius fiat, luſtrare ſoleo. Sed iterum non memini an recte dicatur, *Deum luſtrare*, Ergo ſimpliciter luſtrare paſtorem erit [illegible] ſeu ἁγνίζειν τὸν βούκολον. *Gebhardus*.

Parva ſeges ſatis eſt: ſatis eſt requieſcere lecto,
Si licet, & ſolito membra levare toro.
Quam juvat immites ventos audire cubantem
Et dominam tenero continuiſſe ſinu!
Aut, gelidas hibernus aquas cum fuderit Auſter,
Securum ſomnos, imbre juvante, ſequi.
Hoc mihi contingat, ſit dives jure, furorem
Qui maris, & triſtes ferre poteſt pluvias.
O, quantum eſt auri, pereat potiuſque ſmaragdi.
Quam fleat ob noſtras ulla puella vias.
Te bellare decet terra, Meſſala, marique,
Ut domus hoſtiles præferat exuvias.
Me retinent victum formoſæ vincla puellæ:
Et ſedeo duras janitor ante fores.

Non

J. SCALIGER.

Si licet & ſolito) Excerpta habebant:
-- ſatis eſt, requieſcere lecto
Si licet, & ſolo membra levare toro.
Quod valde amplectimur. ſolum torum ſibi ſupereſſe ait. Aliud eſt levare mēbra in Moreto. hoc eſt tollere. hic requieſcere.

Imbre juvante ſequi) Hæc eſt priſca lectio, non *igne*. ut vulgatæ editiones. Sappho: - - - ὕδωρ
Ἀμφὶ δ' ψυχρὸν κελαδεῖ δι' ὕσδων
Μαλίνων. αἰθυσσομένων δ' φύλλων
Κῶμα καταῤῥεῖ.

Sit dives jure) Excerpta illa aliter habent:
-- ſit dives, vive furorem
Qui maris, & cæli nubila ferre poteſt.
Hoc ſenſu, Divitem eum eſſe puto, qui abditus ruri ridet hibernas tempeſtates. Hoc enim valde cum ſuperioribus cohæret. Præterea pentametrum concinnius habet. Sed illi lectioni cum ſequentibus non bene convenit. Videndum an melius huc traducatur diſtichon, quod ſecundum a principio Elegiæ legitur, ut ita continuetur:

Hoc mihi contingat ſit dives jure, furorem
Qui maris, & triſtes ferre poteſt pluvias:
Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte,
Martia cui ſomnos claſſica pulſa ſonent.
Nam ut hoc diſtichon huc traductum ſententiam bene continuat, ita ubi hodie legitur, abrumpitur

VARIORUM.

Requieſcere lecto) τὸ *lecto* otioſum & ſuperfluum eſt, cum *toro* ſequatur, quare corrigebam *requieſcere feſſo*. Henſius 1. Faſt. verſ. 287. niſi quis malit *tecto*, quia ſequitur *toro*. Paſſeratius.

Pereat potiuſque.) *potius pereatque* lego. *Livin.*

Janitor.) Sciendum eſt *Janitores* & catenatos & compeditos fuiſſe, in ipſo aditu ac veſtibulo quaſi in præſidio conlocatos, ubi ſervili cella, ac ſubcuſtode cane contenti noctu atque interdiu vitam ſedentariam exigerent. haud, ante pedes quod erat, proſpicientes modo; ſed poſt etiam reſpicientes. credo ne quis adventor gravior, quam adveniſſet, diſcederet. Facit huc Ovid locus ex I. Faſt, ubi Janum bifrontem ſumta hinc ſimilitudine aptiſſime utentem inducit. [*De cane vide*

Non ego laudari curo mea Delia: tecum
　Dummodo ſim, quæſo ſegnis, inerſque vocer.
Te ſpectem, ſuprema mihi cum venerit hora,
　Te teneam moriens deficente manu.
Flebis, & arſuro poſitum me Delia lecto,
　Triſtibus & lacrymis oſcula miſta dabis.
Flebis: non tua ſunt duro præcordia ferro
　Vincta, nec in tenero ſtat tibi corde ſilex.
Illo non juvenis poterit de funere quiſquam
　Lumina, non virgo ſicca referre domum.
Tu Manes ne læde meos, ſed parce ſolutis
　Crinibus, & teneris Delia parce genis.
Interea, dum fata ſinunt, jungamus amores.
　Jam veniet tenebris mors adoperta caput.

Jam

ne vide N. in Petron.] *Perticam* manu geſtare aſſidue his ſollemne erat. Eam *Hoſtiarii virgam* appellat Seneca; *Cuſtodis harundinem* Propert & Arbiter, qui eampſe quoque *janua appenſam ſuffixamque* facit. *Douſa P.* v. inf. el. VII.

J. SCALIGER.

Non ego laudari] Poſt hoc diſtichon retrahe huc quatuor diſticha fugitiva, quæ in ſecunda Elegia invenies: IPSE BOVES MEA SIM TECVM MODO DELIA, nempe ut dixi. cum tribus ſequentibus diſtichis. Quomodo hæc ſuo loco luxata fuerint, proclivius eſt mirari, quam ejus rei rationem reddere. ut non parum fecerimus, qui hæc ſuo loco reſtituerimus. Nolo enim aliter diligentiam noſtram vendicare. Quod ſentio, libere dicam. Hæc prima Elegia cum ſequenti nihil aliud ſunt quam excerpta ex pluribus elegiis. Tam multa ſunt, quæ male cohærent, quibus omnibus opem ferre non poſſumus.

Mea ſi tecum modo Delia] Lege, *mea, ſim tecum modo, Delia* - ut ſupra dixit, *tecum dum modo ſim.* & ſequenti diſticho eodem modo, *dum teneris liceat retinere lacertis.* Quæ omnia quam belle inter ſe apta ſint, eruditiorum judicium eſto, quum antea ridicule alieno loco ſecunda elegia poſita eſſent. Nos ſane iſtos alieni loci inſeſſores verſus inde jure pellendos cenſuimus.

Te ſpectem) Recte ergo ſuperiora huc traduximus, quum illa cum his belle conveniant: Triumphet ille de Cilicibus quiſquis eſt: Mihi ſufficit, ſi te ſpectem, quum ultima dies mihi venerit. Quam enim verum ſit ea apte & ex mente poëtæ huc traducta eſſe, non attinet dicere.

Tu manes ne læde meos ſed parce ſolutis Crinibus) Manes offendi immoderato leſſo, & planctu putabat veterum ſuperſtitio, quare & illud in monimento incidi jubebant. ut Narbone in veteri lapide:

-- TIBI. PRÆTERITO. REDEAT. FELICIOR. ANNVS
-- CAPER. ET. FACILI. VITA. REGATVR. OPE
-- DVRÆ. MORTIS. SACRATOS. LÆDERE. MANES
-- ECCE. MONENT. LEGES. ET. LEVIS. VMBRA. ROGI.

Jam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit:
Dicere nec cano blanditias capite.
Nunc levis eſt tractanda Venus, dũ frangere poſtes
Non pudet, & rixas inſeruiſſe juvat.
Hic ego dux, mileſque bonus, vos ſigna, tubæque
Ite procul, cupidis vulnera ferte viris,
Ferte & opes. ego compoſito ſecurus acervo
Deſpiciam dites, deſpiciamque famem.

ELEGIA II.

Adde merum, vinoque novos compeſce dolores;
Occupet ut feſſi lumina victa ſopor:
Neu quiſquam multo perfuſum tempora Baccho
Excitet infelix dum requieſcit amor:
Nam poſita eſt noſtræ cuſtodia ſæva puellæ,
Clauditur & dura janua firma ſera.
Janua difficilis dominæ, te verberet imber,
Te Jovis imperio fulmina miſſa petant.

Ja-

J. SCALIGER.

Hic ego dux mileſque bonus) Hic ego, inquit, bonus miles ero', o Meſſala, non ad Iſauricum bellum, quo me invitas, ut ſim in contubernio tuo. Proper: (*arma*
Exitus hic vitæ ſupereſt mihi. Vos, quibus
Grata magis, Craſſi ſigna referte domum.

Janua difficilis domina) Scriptus liber, *Domini*. Quod rectum eſt. *Domini*, hoc eſt mariti. Sequentia id probant, ne forte putes aliud per dominum intelligi.

VARIORUM.

Inſeruiſſe juvat.) Non eſt plena oratio. τὸ *juvat* etiam poſt τὸ *pudet* frigide inculcatur. Non dubito ab elegantiſſimo Tibullo ſcriptum, *inſeruiſſe ſera*. Heinſius ad I. Faſt. P. 287.

Cupidis &c.] Non ideo hoc dixit, quod, qui militiam ſequuntur, vulnerum ac plagarum ſint cupientes ſed quod hac potiſſimum via, i. e. per vulnera & cædes ad funeſtæ pecuniæ arcem hoc hominum genus graſſentur, nitanturque: dum alienis opibus inhiantes ſe præda quiſque locupletem fore, victoremque domum rediturum animis trahunt. *Cupidis* ergo eſt avaris, ſive avidis prædæ ac divitiarum, jure belli ex rapto viventibus, manipulares ut conſuevere. Qui ergo pro *cupidis* reſcribunt *Stupidis*, ſtupore laboraſſe videntur mero. *Douſa P.*

Janua firma ſera) Alii *fulta*. Ovidius de Arte Amandi II. 244

Atque erit oppoſita Janua fulta ſera.

Livin.

Janua difficilis domini) ita cum Doctiſſimo Scaligero legere malo, quam cum cæteris omnibus, *Domina*, ſic tamen, ut Epithetum iſtud *Difficilis*, non cum *janua*, ſed cum voce *domini* conſtruendum autumem, quippe patrio, non recto caſu poſitum, ne fruſtra ſies. *Douſa P.* Seneca III. de ira: *Beati hominis ac potentis judicat indicium difficilem januam*. Unde videatur epithetum illud *difficilis* ad *januam* hic referri poſſe non ad *dominam*: quamvis etiam ita acceptum ſententiam non malam efficiat. *Douſa F.*

Ei

Janua jam pateas uni mihi victa querelis,
  Neu furtim verſo cardine aperta ſones.
Et mala ſi qua tibi dixit dementia noſtra,
  Ignoſcas: capiti ſint precor illa meo.
Te meminiſſe decet, quæ plurima voce peregi
  Supplice, cum poſti florida ſerta darem.
Tu quoque ne timide cuſtodes Delia falle.
  Audendum eſt, fortes adjuvat ipſa Venus.
Illa favet, ſeu quis juvenis nova limina tentat,
  Seu referat fixo dente puella fores,

Illa

VARIORUM.

Neu furtim verſo &c.] Fallendis maritis ad januæ cardines aquam muliereulæ affundebant, ne ſtreperent. Eleganter illa falſa mulier apud Ariſtoph. de ſe fatetur idem:

Ἐγὼ δ᾽ ἡ καταχέασα τὴν ϛροφέως ὕδωρ
Ἐξῆλθον ὡς τὸν μοιχόν.

Hinc patet Plauti locus Curcul. I. III. I,

Placide egredere, & ſonitum prohibe forium & crepitum cardinum:
Ne quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planeſium,
Mane, ſuffundam aqualam. --
Lipſius.

Seu referat fixo. &c.] veteres duo genera clavium habebant βαλανάγρας & Λακωνικάς. Βάλανος erat ferrum glandis inſtar faciei & cavum, quod in foramen ſeræ, hoc eſt lignei vectis, τοῦ μοχλοῦ, immittebatur, & ſic ſeram committebat januæ, ut niſi extracto eo revelli non poſſet ſera, nec janua aperiri. Ita autem in ſeræ foramen incidebat βάλανος, ut tota lateret, neque erui poſſet inde niſi immiſſo alio ferro oblongo, quod in cavitatem βαλάνου ita inibat, ut eam evelleret, ac ſurſum traheret. Illud ferrum dicebatur βαλανάγρα. Gloſſ. βαλανάγρα, κλεὶς παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον. Foramen illud vocabatur βαλανοδόκη. Cæterum ut januæ hæ reſerari poſſent ab illis qui foris erant, ſatis grande foramen ſupra locum ſeræ relinquebatur in oſtio, per quod manus tranſmitti quiret, & βάλανος in βαλανοδόκην demitti claudendæ januæ, & rurſus eidem aperiendæ βαλανάγρα in βάλανον immitti. Et hæc forma fuit communis clavium & clauſtrorum: & hæ claves unico tantum dente præditæ erant, qui in βάλανον infigebatur ad eam extrahendam. Tibull. *ſeu referat fixo dente puella fores.* Solertior ratio fuit per *claves Laconicas*, quæ & κρυπτοὶ dicebantur, quod tota intra clauſtra laterent, atque hæ exterius immiſſæ aperiebant: eæ erant cum tribus dentibus, qui tali ſitu ac diſpoſitione locati erant, ut alius alii ſubjiceretur. Dicebantur eædem & Caricæ a Caribus populis. Vide Cl. Salmaſium in Solin. p. 925. fuſe de hac materia evagantem.

Illa docet furtim molli decedere lecto,
  Illa pedem nullo ponere poſſe ſono:
Illa viro coram nutus conferre loquaces,
  Blandaque compoſitis abdere verba notis.
Nec docet hoc omnes, ſed quos nec inertia tardat,
  Nec vetat obſcura ſurgere nocte timor.
En ego cum tenebris tota vagor anxius urbe,
  Securum in tenebris me facit eſſe Venus.
Nec ſinit occurrat quiſquam, qui corpora ferro
  Vulneret, aut rapta præmia veſte petat.
Quiſquis amore tenetur, eat tutuſque ſacerque
  Qualibet, inſidias non timuiſſe decet.
Non mihi pigra nocent hibernæ frigora noctis,
  Non mihi, cum multa decidit imber aqua,

Non

J. SCALIGER.

En ego quum tenebris) Hoc diſtichon ſpurium & inſititium eſt, &c, quod caput eſt, ridiculum, atque, ut ille dixit, commictile. Quare ne verere illi tranſverſo calamo notam culpæ illinere. Non eſt enim, ut unquam Tibulli officina illud bona moneta cuderit. Præter importunam ſententiam quam facit, falſi eum convincit Pentametron diverſe conceptum:

Securum in tenebris me facit eſſe Venus.
Præſidio noctis ſentio adeſſe Deam.
Ille Deus certa det mihi ſigna via --

Quis ſanus hæc Tibulliana dixerit? Putarunt otioſi & oſcitabundi homines interruptam eſſe ſententiam. At ſic illa genuina, quæ tam bene cohæret interrupta eſt, quomodo tam aliena verba hic locum habebunt? Lege ergo, quæ Tibulli ſunt, & illa expunge, videbis nihil elegantius illis eſſe; quæ, ne ego explicem, ipſa perſpicuitas facit.

Aut rapta præmia veſte petat) Nonius, *Præmiatores nocturni prædones. Nævius Agrypnuntibus: Nam in cæna nos nocturnos cepit præmiatores tollere.* Petronius: *Advocati jam pæne nocturni, qui volebant pallium lucrifacere.* Scio nos olim adoleſcentes aliter hunc locum explicaſſe.

VARIORUM.

Molli decedere lecto.) Ego Statiani codicis fide inductus, in quo diſertim legitur *diſcedere*, reponendum hariolor *deſcendere*, ut *furtim deſcendere* ſit ἠρεμαὶ, καὶ κλήπτως χωεὶς pedes de lecto deducere, *inſonumque* (ut cum Apulejo hoc dicam) veſtigium ponere, ne videlicet maritus tremuli lecti argutatione ſomno excitus, quid rei uxor cum potiore adultero agat, fieri percipiat tandem. *Douſa P.* Rectius eſt quod in Friſingenſibus ſcedis repperit CL. Gruterus noſter.

Illa docet furtim molli derepere lecto
Eleg. 8. P. 59.
& poſſum media quamvis obrepere nocte.

Eodem modo ille Vir egregie Florum reſtituit lib. 4. cap. 10. *Quaſi hoc quoque ex arte ducis eſſet, obrepere.* Gebhardus.

Præmia) Nonius: *Præmiatores, nocturni prædones*, neque alio Poëta procul dubio reſpexit, quum *præmium petere* dixit. *Douſa P.*

Et vocat

Non labor hic lædit, referet modo Delia poſtes,
Et vocet ad digiti me taciturna ſonum.
Parcite luminibus, ſeu vir, ſeu femina fias
Obvia: celari vult ſua furta Venus.
Neu ſtrepitu terrete pedum: neu quærite nomen:
Neu prope fulgenti lumina ferte face.
Si quis & imprudens adſpexerit, occulat ille,
Perque Deos omnes ſe meminiſſe neget.
Nam fuerit quicunque loquax, is ſanguine natam,
Is Venerem e rapido ſentiet eſſe mari.
Nec tamen huic credet conjux tuus, ut mihi verax
Pollicita eſt magico ſaga miniſterio.
Hanc ego de cælo ducentem ſidera vidi:
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.
Hæc cantu finditque ſolum, Maneſque ſepulcris
Elicit, & tepido devocat oſſa rogo.
Jam ciet infernas magico ſtridore catervas:
Jam jubet adſperſas lacte referre pedem.
Cum lubet, hæc triſti depellit nubila cælo:
Cum libet, æſtivo convocat orbe nives.
Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas,
Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.
Hæc mihi compoſuit cantus, quies fallere poſſes:
Ter cane, ter dictis deſpue carminibus.

Ille

VARIORUM.

Et vocat ad digiti, &c.) Sono digiti, loco nutus aut etiam vocis utebantur, qui ſibi ſine cunctatione parituros præſto habebant, ut imperium maius, aut ulla vocis ſignificatione opus non eſſet, itaque Cicero, *ſi concrepuerit digitis*: & *digitorum percuſſionem*: cum videlicet inter ſe colliduntur, ut concrepent, dixit, pro eo, quod facile nulloque negotio obtinetur. *Turnebus.*

Rapido.) *Rabido*, id eſt, truculento. *Livin* Conjectura non neceſſaria.

Ut mihi verax, &c.) Notandum epithetū ſagæ *verax*. quo alluſiſſe puto eum ad id quod hæ mulieres, *quæ devotionibus ac maleficiis quidvis efficere credebantur*, ut Apulejus loquitur, *veratrices* dicerentur ut videre eſt ex eodem Mileſ. IX. id quod noſtra lingua feliciſſime exprimit, *Waerſeghſters*. Douſa. F.

Ille nihil poterit de nobis credere cuiquam:
  Non ſibi, ſi in molli viderit ipſe thoro.
Tu tamen abſtineas aliis. nam cetera cernet
  Omnia: de me uno ſentiet eſſe nihil.
Quid credam? nempe hæc eadem ſe dixit amores
  Cantibus, aut herbis ſolvere poſſe meos.
Et me luſtravit tedis, & nocte ſerena
  Concidit ad magicos hoſtia pulla Deos.
Non ego totus abeſſet amor, ſed mutuus eſſet,
  Orabam: nec te poſſe carere velim.
Ferreus ille fuit, qui, te cum poſſet habere,
  Maluerit prædas ſtultus, & arma ſequi.
Ille licet Cilicum vinctas agat ante catervas,
  Ponat & in capto Martia caſtra ſolo,
Totus & argento contextus, totus & auro
  Inſideat celeri conſpiciendus equo:

Ipſe

J. SCALIGER

Non ut totus abeſſet amor) Hic clauditur Elegia. Reliqua quo pertineant, partim dicturi ſumus.

Ille licet Cilicum) De Cilicibus triumphet per me quidem licet: Nam τὸ *Licet* aliter video accipi hic. De Cilicibus autem mentionem injicit, quia eo profectus erat Meſſala, ut alibi patet, quum ait, *Ad te Cydne canam.* & invitatus fuerat a Meſſala ad contubernium ſuum. Propterea ſupra jam reſpondet.

Te bellare decet terra, Meſſala, marique.

Ferreus ille fuit] Profecto legendum:

Ferreus ille fuat, qui, te quum poſſit habere,
Maluerit prædas ſtultus & arma ſequi.

Eſt enim per hypotheſin dictum, & ut barbarum vulgus Grammaticorum loquitur, potentialiter. Ferreus ille erit, inquit, quicunque te voluerit relinquere. Nam *Fuat*, εἴη ἄν & *Maluerit*, προτιμήσειεν ἄν, προαιροίη ἄν. Virgilius:

Tros Rutulusve fuat. &, *Fors fuat.* Propertius:

Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuat

VARIORUM.

Sentiet eſſe nihil) Lege *ipſe.* ut verſ. 58. *Viderit ipſe toro.* Eleg 10. *Liba ipſe ferebat.* Eodem modo emendandum Epiſtola Sabiniana Demophoontis ad Phyllidem verſ. 16.

Alcida magno non minor ipſe comes.

Vitioſe. enim *non minor eſſe* ibi legitur. Et Octavia, quæ falſo Senecæ tribuitur. *Stulte videbor ipſe cum faciam deos*, non *eſſe*. 331. 8. Calpurnius. Ecloga 1188.

Fontibus in liquidis quoties me conſpicor ipſe. Sic enim recte in Edit. Florentina 1504. Cæterum mendoſe *eſſe*. Livin.

Non ego, totus abeſſet amor.) ita in Mſſ. erat, quam lectionem ab ipſiſſimo Tibullo eſſe liquido perſuaſum eſt mihi, ut Adverbium ſubaudiatur, antiquum in morem. *Duſa P.*

Quid

Ipſe boves mea ſi tecum modo Delia poſſim
  Jungere, & in ſolo paſcere monte pecus,
Et te, dum liceat teneris retinere lacertis,
  Mollis & inculta ſit mihi ſomnus humo.
Quid Tyrio recubare toro ſine amore ſecundo.
  Prodeſt, cum fletu nox vigilanda venit?
Nam neque tum plumæ,nec ſtragula picta ſoporem,
  Nec ſonitus placidæ ducere poſſit aquæ.

* * *

Num Veneris magnæ violavi numina verbo,
  Et mea nunc pœnas impia lingua luit?
Num feror inceſtus ſedes adiiſſe Deorum,
  Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis?
Non ego tellurem genibus perrepere ſupplex,
  Et miſerum ſancto tundere poſte caput:
Non ego ſi merui,dubitem procumbere templis,
  Et dare ſacratis oſcula liminibus.
At tu, qui lætus rides mala noſtra, caveto,
  Mox tibi non unus ſæviet uſque Deus.
Vidi ego, quod juvenum miſeros riſiſſet amores,
  Poſt Veneris vinclis ſubdere colla ſenem,
Et ſibi blanditias tremula componere voce,
  Et manibus canas fingere velle comas.
Stare nec ante fores puduit, caræve puellæ
  Ancillam medio detinuiſſe foro.

Hunc

J. SCALIGER'

Quid tyrio recubare toro) Male hæc ab interpunctionibus laborant. Ita enim legendum:

Quid Tyrio recubare toro ſine amore ſecundo
Prodeſt, quum fletu nox vigilanda venit?

Vigilanda venit, pro vigilanda eſt. qua in figura creberrimus Propertius, ut

— *Non impune illa rogata venit.*

hoc eſt, rogata eſt, aut rogatur. Poſt hoc diſtichon repone FERREUS ILLE, ex eadem ſecunda elegia. ut non ſolum commiſſum ſit in loco horum verſuum, quum in alienam elegiam traducti ſint, ſed in ſuo ſibi ordine, quum inter ſe confuſi ſint.

Illa

Hunc puer, hunc juvenis turba circumſtetit arcta:
 Deſpuit in molles & ſibi quiſque ſinus.
At mihi parce Venus, ſemper tibi dedita ſervit
 Mens mea, quid meſſes uris acerba tuas?

AD MESSALAM

ELEGIA III.

Ibitis Ægeas ſine me, Meſſala, per undas,
 O utinam memores ipſe, cohorſque mei!
Me tenet ignotis ægrum Phæacia terris,
 Abſtineas avidas mors violenta manus!
Abſtineas mors atra precor.non hic mihi mater,
 Quæ legat in mæſtos oſſa peruſta ſinus,
Non ſoror Aſſyrios cineri quæ dedat odores,
 Et fleat effuſis ante ſepulcra comis.
Delia non uſquam: quæ me cum mitteret urbe,
 Dicitur ante omnes conſuluiſſe Deos.
Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit: illi
 Rettulit e triviis omina certa puer.

Cuncta

J. SCALIGER.

Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit) Tollere ſortes eſt, κληδονίζειν. Unde in veteribus inſcriptionibus: SORTIBVS SVBLATIS. Sortes erant ſigna, quæ dabantur alicui puero de trivio, quæ ſi convenerant ei ſigno, quod ille, qui ſortes dederat, habebat in animo, tunc bene ſecum agi putabant. Apud Euripidem Hippolyto:

καὶ δέλτος ἤδη κλῆρον οὐ δεδεγμένη.

Interpres, κλῆρος, ἐστὶ τὸ σημεῖον τὸ διδόμενον τοῖς μαντευομένοις, ἀφ᾽ ὧν οἱ μάντεις ὁρμώμενοι προφητεύουσι περί τινος μελλόντων. τῶν δὲ μάντεων οἱ μὲν ὄρνισι προσέχουσιν, οἱ δὲ κλήροις.

E triviis) *Puer e triviis*, ὁ τυχών. oportebat enim ignotum eſſe, ne ſciens, & prudẽs aliquid eorum facere videretur. Sic dictum puer e triviis, ut apud Attium, *de vico Auſpices*, item, *de Circo Aſtrologi*. *Ter* autem, ut, quod tertium addixiſſet, id certiſſimum omen eſſe putarent. Propterea fortaſſe dixerit Auſonius
 -- *omnia trina*.

VARIORVM.

Me cum mitteret urbe.) ita in omnibus exemplaribus noſtris legitur, ſententia non inconcinna & aperta ſatis: malim tamen pro *quum*, *quam* reſcribere, ut ad *Ante*, quod ſequitur jure ſuo referatur. *Douſa. P.*

Omina.) Cant. *Omina* leg. annotavit ex Aurato, Hoc dicit *Trinas illas ſortes* omnes certas fuiſſe ac proſperas. Lege ergo *e trinis omnia certa puer*. Alioqui quid eſt *triviis*? mutatio autem generis nihil impedit. *Livin.*

Aut

Cuncta dabant reditus, tamen eſt deterrita nūquam,
  Quin fleret, noſtras reſpiceretque vias.
Ipſe ego ſolator, cum jam mandata dediſſem,
  Quærebam tardas anxius uſque moras.
Aut ego ſum cauſſatus aves aut omina dira,
  Saturni aut ſacram me tenuiſſe diem.
O quoties ingreſſus iter mihi triſtia dixi
  Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem!
Audeat invito ne quis diſcedere amore,
  Aut ſciat egreſſum ſe prohibente Deo.
Quid tua nunc Iſis tibi Delia? quid mihi proſunt
  Illa tua toties æra repulſa manu?
Quidve, pie dum ſacra colis, pureque lavari
  Te memini, & puro ſecubuiſſe toro?
Nunc Dea, nunc ſuccurre mihi. nam poſſe mederi
  Picta docet templis multa tabella tuis.

Biſque

J. SCALIGER.

Aut ego ſum cauſſatus, aves dant omina dira) Melius:

Aut ego ſum cauſſatus aves, aut omina dira
Saturni ſacra me tenuiſſe die.

Nam quidam ſcripti non habent τὸ *aut* in poſteriore verſu.

Quid tua nunc Iſis tibi Delia?) Lege *mihi*, non *tibi* ex veteri ſcriptura. Nam lique: eam pro Tibulli morbo in caſto Iſidis fuiſſe.

VARIORUM.

Deterrita) i. e. terrore levata, eandem vim præpoſitione *de* habente, quam in aliis. item in vocibus *dejuvare* ac *degelare*, etiamnum obtinet. Dicit ergo Tibullus: Etſi Deorum oraculo per ſortes data Deliæ optata omnia de reditu ſuo promitterent (hoc enim *dabant* eſt) illam tamen ominibus nullis quamvis certiſſimis deterreri unquam potuiſſe h. e. terrore & metu, quo de Poëtæ amatoris ſui reditu anxie nimis ſollicita erat, exſolvi porro, adeoque animi ſecuram reddi, quin abeuntem lacrymis proſecuta reſpectaret. *Donſa P.*

Aut ego ſum cauſſatus aves.) Objectam ſibi religionem cauſſatur, haud addicentibus avibus, verum contra profectioni obſcævantibus ſuæ. quippe Inebris, non Præpetibus, aut Admiſſivis alitibus uſus: nec quæ garritu, aut volatu ſaltem ſuo, Poëtæ conſilium adprobarent; vel facerent ratum. *Donſa P.*

Saturni. &c.] Sacro Saturni die prohibitum ſeſe, quo minus inſtitutum porro iter exſequi properaret. Eo dico, ne quem verbi *Tenuiſſe* ambiguitas turbet, haud nomen, ſed pronomen, quod proxime anteceſſerat, regentis: neque enim hoc dicit Poëta, *Tenuiſſe ſe* ſed *retentum a Sacra Saturni* die, hoc eſt, inhibitum ac reprehenſum quaſi e fuga; vetitumque ſe extra portam *qua* (ut lepide jocatur Varro) *itineri longiſſima eſſe dicitur*, pedem quopiam peregre ulterius efferre porro. *Donſa P.*

Ut

Ut mea votivas perſolvens Delia voces
Ante ſacras lino tecta fores ſedeat:
Biſque die reſoluta comas, tibi dicere laudes
Inſignis turba debeat in Pharia.

At

J. SCALIGER.

Ut mea votivas) In intimæ vetuſtatis libro *Et*, non *Ut*. Magnum autem mendum eſt in hoc verſu, *voces*, pro *noctes*.

Et mea votivas perſolvat Delia noctes.

Propertius:

Triſtia jam redeunt iterum ſolennia nobis,
Cynthia jam noctes eſt operata decẽ. Item:
Votivas noctes & mihi redde decem.

In noſtro libro autem, *perſolvat*, non *perſolvens*. Ita erit ἀσύνδετον. utraque lectio defendi poteſt. Illud tantum conſtet, *noctes*, non *voces* legendum.

Ante ſacras lino tecta) Linigeri Calvi, qui Iſiaca ſacra geſtabant, apud Martialem. In libro Catalectorum, quæ nos publicavimus, ſecundo:

Carbaſeo poſt hunc artus indutus amictu
Memphidos. antiqua ſacra, Deamq; colit

Biſque die reſoluta comas) Hæc, puto, non adverterunt Grammatici, quare ſcilicet bis in die dicere laudes Iſidi debeat Sciendum prima hora ſacerdotes Iſidis templum aperire ſolitoa, idque Apertio vocabatur, deinde ſalutabant Deam quod Salutationem, & Excitationem vocabant, poſt totum diem ſtipem emendicabant. inde ad octavam redibant, deam componebant, templum claudebant. Hoc igitur eſt bis die Deæ laudes canere, & mane quũ ſalutatur dea: & hora octava, quũ templũ clauditur. de apertione templi Appulejus Mileſiæ fabulæ libro undecimo: *Rebus jam rite conſummatis, inchoatæ lucis ſalutationibus religioſi primam nunciantes horam perſtrepunt.* Infra: *Ilico Deæ matutinis perfectis ſalutationibus ſummo ſtudio percunctabar ſingulos.* Item: *Rite ſolenni apertionis celebrato miniſterio, ac matutino peracto ſacrificio.* Arnobius libro ſeptimo: *Quid ſibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutini collatis ad tibiam vocibus? obdormiſcunt enim Superi, remeare ut ad vigilias debeant. Quid domitiones illæ, quibus bene ut valeant auſpicabili ſalutatione mandatis? Somni enim quiete ſolvuntur: occuparique ut hoc poſſint, lenes audiendæ ſunt neniæ?* Ubi plura habes de prima hora, de ſalutatione & excitatione Deæ, de apertione templi, de laudibus Deæ ad tibiam cantatis, quod hic dicit Tibullus. Quare ὑμνῳδοὺς eos vocat Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. ſed loquitur de Serapidis ſacro, quod nulla in re differebat ab Iſiaco καὶ ταῦτα, inquit, δεικνύντες ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὥς που ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ ἀνοίξει τοῦ ἁγίου Σαράπιδος, ἡ θεραπεία διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος γίνεται, λείβοντος τοῦ ὑμνῳδοῦ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ φαίνοντος, ὁπηνίκα ἑστὼς ἐπὶ τοῦ οὐδοῦ τῇ πατρίῳ τῶν Αἰγυπτίων φωνῇ ἐγείρει τὸν θεόν. Tertullianus libro de jejunio: *Nam & Joel exclamavit: Sanctificate jejunium, & orationem: proſpiciens jam & tunc & alios Apoſtolos & Prophetas ſancituros jejunium, & prædicaturos officia curantia Deum.* Unde & qui in idolis comendis, & in hac re ornandis, & ad ſingulas horas ſalutandis adulantur, curationem facere dicuntur. Vides Salutationes illas dici Curationes, ut θεραπείαν vocat Porphyrius. Atque hæc quidem de prima hora. de octava Martialis:

Nunciat octavã Phariæ ſua turba juvencæ,
Atque pilata redit jamque ſubitq; cohors.

Ita legendum in Martiale, non, ut hodie editur, *Et pilata*, prima longa. Pice depilabantur Calvi Iſidis. hoc enim & pilare dicitur. Idem Martialis:

Nec plena turpe matris olla reſina,
Summenianæ qua pilantur uxores.

Volſos enim fuiſſe vel nomen Calvorum, quo appellabantur, probaverit. πιττίζειν hoc Græci vocant. & Juvenalis -- *reſinata juventus.*

Tibi dicere laudes) ὑμνῳδεῖν, ut jam diximus, quod male quidam ad votivas voces quod ſuperius dixit accommodant, quum locus ſit corruptus, & a nobis jam emendatus,

Tam

At mihi contingat patrios celebrare penates,
Reddereque antiquo menſtrua thura Lari.
Quam bene Saturno vivebant rege prius quam
Tellus in longas eſt patefacta vias.
Nondum cæruleas pinus contemſerat undas,
Effuſum ventis præbueratque ſinem,
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Preſſerat externa navita merce ratum.
Illo non validus ſubiit juga tempore taurus,
Non domito frenos ore momordit equus.
Non domus ulla fores habuit, non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arva lapis.
Ipſæ mella dabant quercus, ultroque ferebant
Obvia ſecuris ubera lactis oves.
Non acies, non ira fuit, non bella, nec enſes
Immitti ſævus duxerat arte faber.
Nunc Jove ſub domino cædes, & vulnera ſemper,
Nunc mare, nunc lethi mille repente viæ.
Parce pater. timidum non me perjuria terrent,
Non dicta in ſanctos impia verba Deos.

Quod

VARIORUM.

Menſtrua tura) Laudo Epithetum, *Menſtrua*, præ quod ab aliis temere ingeſtum, *Maſcula*: putoque ad νεομηνίας. i. ſingulorum menſium Kalendas, atque ad Interlunia reſpexiſſe poëtam: qui dies ruſticis ſacer antiquitus. Doceo ex Horat. lib. III. Od. XXIV. Sed neque illud de nihilo crediderim eſſe; quod ture, non victimis Larem ſuum propitiare cogitat Tibullus; pro opibus ſcilicet ſuis conditurus mœnia; quippe rebus jam accifis, & quaſi in fundo adhibiturus parſimoniam: cujus rei invidiam tamen tempeſtiva vetuſtatis excuſatione emollit, Epithetum *Lari* τῷ Antiquo, accommodans. Scias, diſſimulanter & quaſi aliud agentem innuere velle, *Antiquo Lari* antiquam. i. incultam & ſimplicem priſci illius ac Saturnii ævi frugalitatem convenire. *Donſa. P.*

Duxerat arte faber.] *Ducere* hoc loco ſignificat producere, hoc eſt in longum cudendo porrigere. Inde *ductor ferreus* in carmine obſcœno Vulcanus, qui faber eſt, & ferrum ducit, id eſt, extendit, & eſt ductile, quod malleis obſequitur apud Plin. *Parrhaſius.*

Et vulnera ſemper.) Eleganter in Colotii libro reperitur, *nunc vulnera ſemper*. Gebh,

Tum

Quod ſi fatales jam nunc explevimus annos,
  Fac lapis inſcriptis ſtet ſuper oſſa notis.
Hic jacet immiti conſumptus morte Tibullus,
  Meſſalam terra dum ſequiturque mari.
Sed me, qui facilis tenero ſum ſemper amori,
  Ipſa Venus campos ducet in Elyſios.
Hic choreæ, cantuſque vigent, paſſimque vagantes
  Dulce ſonant tenui gutture carmen aves.
Fert caſiam non culta ſeges, totoſque per agros
  Floret odoratis terra benigna roſis.
Ac juvenum ſeries teneris immiſta puellis
  Ludit, & aſſidue prœlia miſcet Amor.
Illic eſt cuicunque rapax mors venit amanti,
  Et gerit inſigni myrtea ſerta coma.
At ſcelerata jacet ſedes in nocte profunda
  Abdita, quam circum flumina nigra ſonant.
Tiſiphoneque impexa feros pro crinibus angues
  Sævit, & huc illuc impia turba fugit.
Tum niger in porta ſerpens, tum Cerberus ore
  Stridet, & æratas excubat ante fores.
Illic Junonem tentare Ixionis auſi
  Verſantur celeri noxia membra rota;
Porrectuſque novem Tityus per jugera terræ,
  Aſſiduas atro viſcere paſcit aves.

Tanta lus

J. SCALIGER.

Tum niger in turba) Codex infimæ vetuſtatis non *in turba*, ſed *in porta* habet, recte. Legendum autem:

Tum niger in porta ſerpens, tum Cerberus ore
Stridet

-- *Niger ſerpens*, Hydra. quam etiam in porta collocat, Virgilius libro ſexto:

Centauri in foribus ſtabulant, Scyllaque biformes,
Et centumgeminus Briareus, & bellua Lernæ
Horrendum ſtridens --

quæ omnia aperte hunc locum illuſtrant.

VARIORUM.

Fac lapis.) Placet Mſ. exemplaris lectio
Fac lapis his ſcriptus ſtet ſuper oſſa notis. *Douſa P.*

Valde placet, &, ni fallor, germanum eſt. Livin.

Rapax mors.) i. immatura, acerba, immitis. *Douſa P.*

Deducat

Tantalus eſt illic, & circum ſtagna. ſed acrem
  Jam jam poturi deſerit unda ſitim.
Et Danai proles, Veneris quæ numina læſit,
  In cava Lethæas dolia portat aquas.
Illic ſit quicumque meos violavit amores,
  Optavit lentas & mihi militias.
At tu caſta precor maneas, ſanctique pudoris
  Aſſideat cuſtos, ſedula ſemper anus.
Hæc tibi fabellas referat, poſitaque lucerna
  Deducat plena ſtamina longa colo.
Ac circa gravibus penſis affixa puella
  Paulatim ſomno feſſa remittat opus.
Tunc veniam ſubito: nec quiſquam nunciet ante,
  Sed videar cælo miſſus adeſſe tibi,
Tunc mihi, qualis eris, longos turbata capillos,
  Obvia nudato Delia curre pede.
Hoc precor, hunc illum nobis Aurora nitentem
  Luciferum roſeis candida portet equis.

AD

J. SCALIGER.

Deducat plena ſtamina) In noſtro eſt ἀρχαϊσμὸς *Pleno.*

At circa gravibus) Majuſcula C ſcribendum *Circa.* eſt nomen puellæ, κίρκη. Horatium ſemper Circam non Circem dixiſſe teſtatur Caper Grammaticus. Sed codex noſter habebat, *Cura* non *Circa.* Ne ita quidem propterea non erit nomen proprium. κούρα enim eſt puella. Si quis adverbiale mavult, ego non magnopere pertendo.

Paulatim ſomno feſſa remittat opus) In meo eſt. *onus.* quod perplacet. Eſt autem idem quod Plautus in Caſina: — *nam ubi domi ſola ſum,*
Sopor manus calvitur; juſſin' colum ferri mihi?

Nec quiſquam nunciet ante) Quem morem vide apud Plutarchum in Quæſtiobus Romanis.

VARIORUM.

Atcirca, &c.] Doctiſſ. Guiljelmius ita hunc locum explicat; ut adoleſcentulis, inquit, ſervuli cuſtodes dabantur, ita puellis ſervulæ, quæ in lanificio una eſſent, eas ſectarentur & curarent: ii eæque, ut JCti. loquuntur, peculiares illis plerumq; erant, hoc eſt in peculio. Plautus Captivis: *Vendiditque patri meo te ſex minis. is te mihi Parvulum peculiarem parvulo puero dedit.* Perſa: *Sophoclidiſca hæc peculiaris eſt ejus Quo ego miſſus ſum* Et vero quæ curabant puellam aut in lanificio una erant ſervolæ, Latine circa illam eſſe dicuntur. Exemplum hic in Tibullo habes, & Terentii Eunucho: *Abducit ſecum ancillas: pauca quæ circum illam eſſent manent Novitia puella.*

AD PRIAPUM.

ELEGIA IV.

SIc umbroſa tibi contingant tecta Priape,
 Ne capiti ſoles, ne noceantque nives.
Quæ tua formoſos cepit ſollertia, certe
 Non tibi barba nitet, non tibi culta coma eſt.
Nudus & hibernæ producis frigora brumæ,
 Nudus & æſtivi tempora ſicca canis.
Sic ego. tum Bacchi reſpondit ruſtica proles,
 Armatus curva ſic mihi falce Deus.
O fuge te teneræ puerorum credere turbæ:
 Nam cauſſam juſti ſemper amoris habent.
Hic placet, anguſtis quod equum cōpeſcit habenis,
 Hic placidam niveo pectore pellit aquam.
Hic, quia fortis adeſt audacia, cepit: at illi
 Virgineus teneras ſtat pudor ante genas.
Sed ne te capiant, primo ſi forte negabit,
 Tædia, paullatim ſub juga colla dabit.

LONGA

J. SCALIGER.

Armatus curva) Hic verſiculus liquido extat in noſtro infimæ vetuſtatis, quo tamen vetuſtiorem non habent Itali Critici. quod ex illorum editionibus certo affirmare poſſum. Quare quod in quibuſdam, ut ipſi ajunt, hic verſus abeſt, potuit negligentia librariorum id committi. quod autem fragmentum hoc putarint eſſe: facile ignoſco illis propter abruptam ſententiam. quod non alia de cauſa accidit, quam quod hic, ut in aliis tranſpoſitio facta eſt. poſt hoc enim pentametrum collocandum eſt diſtichon: TV PVERO QVODCVNQVE TVO. At ſequens diſtichon: O FVGE TE TENERÆ cum duobus ſequentibus, ubi ſit collocandum, ſuo loco oſtendemus.

Sed ne te capiant) Quam recte ante hoc diſtichon illud collocavimus, quum ſententia ipſa tam clare aperiat, quid opus eſt dicere? Hic enim eſt principium præceptorum & regularum illius ἀσελγοτεχνίας. cujus utinam nunquam illis veteribus in mentem veniſſet.

At

LONGA dies homini docuit parere leones,
LONGA dies molli ſaxa peredit aqua.
ANNUS in apricis maturat collibus uvas,
Annus agit certa lucida ſigna vice.
Nec jurare time. Veneris perjuria venti
Irrita per terras, & freta ſumma ferunt.
Gratia magna Jovi. vetuit pater ipſe valere,
Juraſſet cupide quicquid ineptus amor.
Perque ſuas impune ſinit Dictynna ſagittas
Affirmes, crines perque Minerva ſuos.
At ſi tardus eris, errabis: tranſiet ætas,
Quam cito non ſegnis ſtat, remeatque dies:
Quam cito purpureos deperdit terra colores:
Quam cito formoſas populus alta comas:
Quam jacet, infirmæ venêre ubi fata ſenectæ,
Qui prior Elæo eſt carcere miſſus equus.
Vidi jam juvenem, premeret cum ſerior ætas,
Mærentem ſtultos præteriiſſe dies.
Crudeles Divi, ſerpens novus exuit annos:
Formæ non illam fata dedere moram.
Solis æterna eſt Phœbo, Bacchoque juventas:
Nam decet intonſus crinis utrumq; Deum

J. SCALIGER.

At ſi tardus eris) Legendum: *Ah ſi tardus eris* Elegans admodum μίμησις. Hoc enim dicitur ex alia perſona, nempe amantis, quem hac in re εἰσπνηλὸν vocabant Lacones. verba, inquam, ejus ad puerum. Vide, quam bene nunc cohæreant, quæ adeo luxata antea, ac perturbata erant. Hoc enim præcipit dicendum puero, & peierandum in amatoriis, τῇ παιδικῇ, ſi licet.

Tranſiet ætas) ἀρχαϊκῶς, pro tranſibit. Tertullianus adverſus Judæos: *Ex te enim exiet dux, qui paſcat populum meum Iſraël.*

Quam cito formoſas populus alta comas) Liber noſter habet, *ante comas*. recte profecto. *ante comas*, τὰς πρὶν κόμας. hoc eſt hornotinas comas. τὰς ἔνας dixit Theophraſtus. Sic Catullus.

Sed tu olim magnos viciſti ſola furores.

Olim furores, τοὺς πάλαι. Et Virgilius *ante malorum*, τῶν πάλαι κακῶν

Solis æterna eſt) Hactenus μιμητικῶς. nunc redit in orbem flagitioſorum præceptorum ſuorum. Subdendum enim ſtatim diſtichon, NEU COMES IRE NEGES. continuatio enim eſt, ejus, quod primo præceperat.

Tu, puero quodcunque tuo tentare libebit.
Cedas. --

Tu, puero quodcunque tuo tentare libebit,
　Cedas. Obſequio plurima vincit amor.
Neu comes ire neges, quamvis via longa paretur,
　Et canis arenti torreat arva ſiti.
Quamvis prætexens picta ferrugine cælum
　Venturam admittat imbrifer arcus aquam,
Vel ſi cæruleas puppi volet ire per undas,
　Ipſe levem remo per freta pelle ratem,
Nec te pœniteat duro ſubiiſſe labori,
　Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.
Nec, velit inſidiis altas ſi claudere valles,
　Dum placeas, humeris retia ferre neges.
Si volet arma, levi tentabis ludere dextra:
　Sæpe dabis nudum, vincat ut ille, latus.

Tunc

J. SCALIGER.

Venturam admittat imbrifer) Eleganter *Admittat*. Quid ſit admittere equum, notiſſimum eſt. Unde Ovidius:

Et celer admiſſis labitur annus equis.

& idem alibi aquas amnis admiſſas vocat.

Et celer admiſſas exigit Hebrus aquas,

ſed noſter codex aliam lectionem præfert, nempe, *venturam amiciat*. quod ſi rectum eſt, aqua amictum intelligit, quod Phyſicus, & Meteororum indagator valde probabit. ſed duplici *ii* ſcribendum, *amjiciat*. ut quum volunt producere *obice*, addunt *i* alterum, imo reſtituunt, *objice*. ab *ob* enim & *jacio* eſt. ut *amjicio*, ab *am*, & *jacio*.

Duro ſubiiſſe labori) *Duros ſubiiſſe labores*. liber ſcriptus.

Atteruiſſe manus) Grammatiſtæ *atteruaſſe* ſuppoſuerant. Vide quid ſuper hoc in Varronis libros rerum ruſticarum annotamus.

VARIORUM.

Quamvis prætexens, &c) Hoc in verſu *admittat* multi eſſe putant, accipiat hauriat: arcum enim veteres aquam bibere cenſebant, quam imbri poſtea ridentem redderet: Maro I. Georg. --- *& bibit ingens Arcus*. Vitruvius lib. IX. c. IV. *non minus aquæ vapores a fontibus ad nubes per arcus excitari*. Arcum enim demiſſis in terram cornibus aquam elicere in nubes opinione vulgi receptum erat. Plaut. in Curcul. *Ecce autem bibit arcus, pluit credo hercle hodie*. Propert. lib. III. eleg. V. *Cæruleus pluvias cur bibit arcus aquas*. Si quis tamen, *admittat*, ſignificet exportendat, explicet, ut augurale verbum ſit, quæ Mureti ſententia eſt, eruditiſſimi viri, non modo non refragante me tecerit, verum etiam vehementer laudante & adprobante. Non deeſt qui *admittat*, incitet & pellat, explicet. *Turneb.*

Atteruiſſe) F. *adſeruiſſe*. Vide Feſtum in *adſerere*. Videtur apud veteres *tero*, præteritum feciſſe *terui*, poſtea *trivi*. unde quis pro eo per ſyncopen dicat *Atteruiſſe* pro *attriviſſe*. Mihi certe *atteruaſſe* gloſſa videtur. *Livin.*

Poſt

Tunc tibi mitis erit: rapias tum cara licebit
Oſcula: pugnabit, ſed tamen apta dabit.
Rapta dabit primo, poſt offeret ipſe volenti,
Poſt etiam collo ſe implicuiſſe volet.
Heu, male nunc artes miſeras hæc ſecula tractant.
Jam tener aſſuevit munera velle puer.
Jam tu, qui Venerem docuiſti vendere primus,
Quiſquis es, infelix urgeat oſſa lapis.
Pieridas pueri, doctos & amate poëtas,
Aurea nec ſuperent munera Pieridas.
Carmine purpurea eſt Niſi coma: carmina ni ſint,
Et humero Pelopis non nituiſſet ebur.
Quem referent Muſæ, vivet, dum robora tellus,
Dum cælum ſtellas, dum vehet amnis aquas.
At qui non audit Muſas, qui vendit amorem,
Idææ currus ille ſequatur Opis,
Et ter centenas erroribus expleat urbes,
Et ſecet ad Phrygios vilia membra modos.
Blanditiis vult eſſe locum Venus ipſa: querelis
Supplicibus, miſeris fletibus illa favet.
Hæc mihi, quæ canerem Titio, Deus edidit ore:
Sed

J. SCALIGER.

Poſt obferet ipſe volenti) Noſter: -- *mox offeret ipſe roganti*, quod melius eſt.

Blanditiis vult eſſe locum) Legendum ſine dubio *Blanditis*. Ita loquebantur veteres. Propertius:

Blanditaque fluant per mea colla roſa.

τὸ *Supplicibus* eſt ſubſtantivum, ut ſæpius. Quare nihil mutandum. Non enim leviter interpunctionibus ſuis hæc corruperant Grammatiſtæ. Lege igitur:

Blanditis vult eſſe locũ Venus ipſa querelis.
Supplicibus miſeris flentibus ipſa favet.

Hæc ego quæ canerem Titio) Jamdudum monuimus hic legendum eſſe, *caverem*, non *canerem*. tertia conjugatione. quæ cauſa fuit, ut inſolentia conjugationis corruptus fuerit locus. Juriſconſultorum & prudentum more ſe de amore reſpondere & cavere aliis profitetur, ut ipſi de jure reſpondebant. Apud Virgilium:

— quum litora fervere late
Proſpiceres. Ibi Servius:

Dicemus a tertia conjugatione eſſe Imperativi: ut CAVO CAVIS. *Hinc etiam Catullus* CAVERE *dixit.* Hoc in Catullo non extat. Sed videtur hunc Tibulli locum Servius in animo habuiſſe. De quo ego non dubito Aperta jam ſententia. Nam Titium eſſe Juriſconſulto-

Sed Titium conjux hæc meminiſſe vetat.
Pareat ille ſuæ. vos me celebrate magiſtrum,
  Quos male habet multa callidus arte puer.
Gloria cuique ſua eſt. me, qui ſpernentur amantes,
  Conſultent: cunctis janua noſtra patet.
Tempus erit, cum me, Veneris præcepta ferentem,
  Deducat juvenum ſedula turba ſenem.
Eheu quam lento Marathus me torquet amore!
  Deficiunt artes, deficiuntque doli
Parce puer quæſo ne turbis fabula fiam,
  Cum mea ridebunt vana magiſteria,

ELEGIA V.

ASper eram,& bene diſſidium me ferre loquebar;
  At mihi nunc longe gloria fortis abeſt
Namq; agor, ut per plana citus ſola verbere turben,
  Quem celer aſſueta verſat ab arte puer.

Ure

rum perſonam ὑποθετικῶς, ut Philoſophorum Θέωνας, Δίωνας, jam nemo poteſt ignorare. In quo tamen imprudenter faciunt, qui Titium, aut Tityum, τὰ παιδικὰ Tibulli accipiunt.

J. SCALIGER.

Sed Titium conjunx) Poſt hunc verſum inſerenda tria diſticha, quæ ſuperius alieno loco expunximus, O FUGE TE TENERÆ. Nam & hic mira elegantis μιμητικῶς dictum ex perſona uxoris. Quæ, candide lector, quum luce clariora eſſe videas, quid prius debeas hanc lectionem amplecti, an perturbatam illam vulgarem exibilare, incertum eſt. ſed utrunque debes, meo judicio, quum hæc noſtra vera ſit, & illa inepta, præpoſtera, confuſa. Noviſſima verba matronæ ſunt: *Pareat ille ſua.* Sequatur, inquit, illa præcepta. quæ? *O fuge te tenera?*

Vos me celebrate magiſtrum) Recte *magiſtrum.* Juriſconſultum & Prudentem agit. & poſt verbum aptum ei rei, CONSULTENT. & poſtremo: VANA MAGISTERIA. Hæc enim potius ad Qu. Mutium, aut Seru. Sulpitium, quam ad poëtam leviculum pertinebant, ut & illa:

Deducat juvenum ſedula turba domum.

Namque agor ut per plana citus ſola verbere turbo) Scribe *turben* auctore Chariſio libro primo inſtitutionum Grammaticarum. *Turben*, inquit, *Tibullus*: *Nanque agor, ut per plana citus ſola verbere turben.* *Quem Maro* VII. *turbonem vocat. -- tortus ſub verbere turbo.* Servius tamen in illum locum: TURBO, *Catullus hoc turben dixit, ut hoc carmen.* Et falſum a Catullo uſurpari, quum apud Tibullum legatur: & hoc turben dici, quum ſit maſculinum. Recte vero Chariſius. Nam ſi in O analogia poſtulat ut in obliquis turbonem faciat. Sic *termo*, non *terminis*, ſed

Ure ferum, & torque libeat nec dicere quidquam
Magnificum poſt hac: horrida verba doma.
Parce tamen: per te furtivi fœdera lecti,
Per Venerem quæſo, compoſitumque caput.
Ille ego, cum triſti morbo defeſſa jaceres,
Te dicor votis eripuiſſe meis.
Ipſeque ter circum luſtravi ſulfure puro,
Carmine cum magico præcinuiſſet anus.
Ipſe procuravi, ne poſſent ſæva nocere
Somnia ter ſalſa deveneranda mola.
Ipſe ego velatus filo, tunicisque ſolutis
Vota novem Triviæ nocte ſilente dedi.

Omnia

ſed *termonis* faciebat. Feſtus: *Termonem Ennius Græca conſuetudine dixit, quem nos nunc terminum, hoc modo: Ingenti vadit curſu, qua redditu' termo'ſt.* Si vero in E N facit obliquos *terminis*. Varro: *Itaque terminus quum in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Attium, non Terminus, ſed Termen.* Ergo ut Termo, termonis: Termen, terminis: ſic Turbo, turbonis: Turben, turbinis dicebatur. Turbo eſt ῥέμβιξ.

Per Venerem quæſo compoſitumque caput) Componere caput, jungere caput, limare caput, idem. *Ovidius.*

Perque tuum, noſtrumque caput, quod junximus una.

Ipſeque ter circum) Scriptura, & ſententia poſtulat, ut T E non T E R legas.

Carmine quum magico præcinuiſſet anus) Correctorum inventum eſt *præcinuiſſet*. Nam ſcriptura vetus, *procubuiſſet*. Id κατὰ τὸ σημαινόμενον intelligendum. Procumbebat enim magicum carmen immurmurans.

Ter ſalſa deveneranda) Liber noſter *ſancta*, non *ſalſa*. utrunque defendere potes.

Tunicisque ſolutis) Sunt reſolutoria ſacra. Vide quæ in Feſtum notavimus.

Vota novem Veneri) Ineptiſſime hic Grammatiſtæ *Veneri* pro *Triviæ*, quæ erat vetus lectio, ſuppoſuerant. Sunt enim non Veneria ſacra, ſed Stygialia, & Cocytia. quorum ritum & cauſam vide in iis, quæ in Cirim ſcripſimus.

VARIORUM.

Vota novem Triviæ nocte ſilente dedi) *Stygialia ſacra* ſunt, inquit, quæ Sagæ faciebant ad pelliciendum in amorem ſui quoſcunque vellent. Talia ſunt illa, quæ Dido prætexit in IV ſe facere velle; ut in amorem ſui animum Æneæ intractabilem pelliciat. *Stygialia* vero ideo vocantur, quia Jovi Stygio fiebant. De iis & Porphyrio interpres Horatii: *Cocytia*, inquit, *ſacrum Cupidinis eſſe dicit; quia maleficia hæc, quæ per inferna fiunt., ad amorem pertinere vult intelligi. Magicum* ergo *Jovem*, ut & *Stygium* eundem intelligo: & *Stygialia* eadem cum *Cocytiis*. In iis autem ſacris aut effigies cerea ſimilis ei, quem devovebant, ponebatur; ut exponendum eſt in illo: *Effigiemque toro locat haud ignara futuri*; contra opinionem Servii: aut laminæ in ejuſdem ſimilitudinem efficta, quæ *Ipſullices*, ut puto, vocantur Feſto. Scaliger. Comment. Cirim.

Omnia perſolvi: fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix utitur ille meis.
At mihi felicem vitam ſi ſalva fuiſſes,
Fingebam demens, ſed renuente Deo.
Rura colam, frugumque aderit mea Delia cuſtos,
Area dum meſſes ſole calente teret.
Hæc mihi ſervabit plenis in lintribus uvas,
Preſſaque veloci candida muſta pede:
Conſueſcet numerare pecus, conſueſcet amantis
Garrulus in dominæ ludere verna ſinu.
Illa Deo ſciet agricolæ pro vitibus uvam,
Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapem,
Illa regat cunctos, illi ſint omnia curæ.
Et juvet in tota me nihil eſſe domo.
Huc veniet Meſſalla meus, cui dulcia poma
Delia ſelectis detrahet arboribus:
Et tantum venerata virum, hunc ſedula curet;
Huic paret, atque epulas ipſa miniſtra gerat.
Hæc mihi fingebam, quæ nunc Eurusque, Notusque
Jactat odoratos vota per Armenios.
Sæpe ego tentavi curas depellere vino;
At dolor in lacrymas verterat omne merum.
Sæpe aliam tenui: ſed jam cum gaudia adirem,
Admonuit dominæ, deſeruitque Venus,

Tunc

J. SCALIGER.

Plenis in lintribus uvas) Servius nondum excuſus in illud: -- *cavat arbore lintres. Alii*, inquit, *lintres, in quibus uva portatur, accipient.*

Hæc mihi fingebam) Poſt hoc diſtichon, AUM VENERIS MAGNÆ VIOLAVI NUMINA VERBO, cum novem ſequentibus ponendum eſt hic, quæ omnia hactenus perperam ſecundam Elegiam claudebant. Miratur Tibullus, unde factum cur fruſtra de Delia ſperarit, an Veneris numine læſo, an aliquo alio Deo, ut ſibi rivalem ſuperinductum videat. Quæ omnia ita ſententiam hujus Elegiæ continuant, ut magno hujus poëtæ & poëſeos Latinæ ſtudioſorum damno hæc diſtracta hactenus fuerint.

Et pudet

Tunc me diſcedens devotum femina dixit,
  Et pudet, & narrat ſcire nefanda mea.
Non facit hoc verbis: facie, teneriſque lacertis
  Devovet, & flavis noſtra puella comis.
Talis ad Æmonium Nereis Pelea quondam
  Vecta eſt frenato cærula piſce Thetis.
Hæc nocuere mihi, quod adeſt huic dives amator,
  Venit in exitium callida lena meum.
Sanguineas edat illa dapes, atque ore cruento
  Triſtia cum multo pocula felle bibat.
Hanc volitent animæ circum ſua fata querentes:
  Semper & e tectis ſtrix violenta canat.

J. SCALIGER.

Et pudet & narrat) Lege: *Et, pudet hei, narrat.* Veteres EI ſine aſpiratione ſcribebant unde fecerunt, ET.

Facie teneriſq; lacertis devovet) Afranius.
Si poſſent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio
Hæc ſunt venena formoſarum mulierum:
Mala ætas nulla delinimenta invenit.
Ovidius:
Moribus & forma conciliatur amor.

VARIORUM.

Vecta eſt.) Gronovius Obſerv. lib I. cap. 17. ſuſpectum habet *piſce* & *priſte* legendum putat quem vide.

Hanc volitent animæ circum ſua fata querentes.) Adluſum, ni fallor, ad veterum Platonicorum ſententiam, qui ajebant mollium hominum, ac puerorum animas indignari quod invitæ de hac luce diſcedant, ideoque circa ſua funera oberrare, & plorare. Plato in Phœdone: *Ponderoſum vero, o amice, id putandum eſt, & grave, terrenumque & viſibile, quod Anima ejuſmodi ſecum trahit: ideoque ab eo graviter, & ad viſibilem trahitur locum, metu inviſibilis atque occulti: & quemadmodum fertur, circa monumenta, ſepulcraque verſatur, circa quæ jam nonnulla apparuerunt animarum umbroſa phantaſmata, qualia præferunt ſimulachra tales animæ, quæ videlicet non puræ deceſſerunt e corpore, ſed viſibile aliquid trahentes, quo fit, ut videri poſſint.* Hæc ibi & longe plura in hanc ſententiam. Et juratus Platonicus Macrobius lib. I. c. IX. in Somn. Scip *Anima*, inquit, *quam in ſe pronam corporis uſus effecit, atque in pecudem quodammodo reformavit ex homine, & abſolutionem corporis perhorreſcit, & cum neceſſe eſt,* Non niſi cū gemitu fugit indignata ſub ſibras. *Sed nec poſt mortem facile corpus relinquit, quia* -- — non funditus omnes Corporeæ excedunt peſtes *ſed aut ſuum oberrat cadaver, aut novi corporis ambit habitaculum, non humani tantummodo, ſed ferini quoque.* Idem c. XIII. *Mortem ait Plotinus debere animæ a corpore ſolutionem eſſe, non vinculum: exitu autem coacto, animam circa corpus magis magiſque vinciri, & revera ideo ſic extorta anima diu circa corpus ejuſve ſepulturam, vel locum in quo injecta manus eſt, pervagantur,* Lactantius lib. II. c. II. *Vulgus exiſtimat mortuorum animas circa tumulos, & corporum ſuorum reliquias oberrare.* De puerorum vero animabus ſignate poëta Platonicus lib. VI. Æn. ubi *Animas flentes*, vocat, ut Statius in Epiced. in Glauciam Meliores, *plorantes. Ploratum* vero animarum nihil aliud præter *ſtridorem* quendam eſſe exiſtimabant. Petron. *Ecce inter tumulos atque oſſa carentia buſtis, Umbrarum facies diro ſtridore minatur.* Claud in Ruff. *Illic umbrarum tenui ſtridore volantum Flebilis auditur queſtus.* Gevartius ad Statium apud quem vide plura.

Ipſe fame ſtimulante furens, herbaſque ſepulcris
  Quærat, & a ſævis oſſa relicta lupis.
Currat & inguinibus nudis, ululetque per urbes,
  Poſt agat a triviis aſpera turba canum.
Eveniet. dat ſigna Deus, ſunt Numina amanti,
  Sævit & injuſta lege relicta Venus.
At tu quam primum ſagæ præcepta rapacis
  Deſere: NAM donis vincitur omnis amor.
Pauper erit præſto tibi, præſto pauper adibit
  Primus, & in tenero fixus erit latere.
Pauper in anguſto fidus comes agmine turbæ,
  Subjicietque manus, efficietque viam.
Pauper ad occultos furtim deducet amicos,
  Vinclaque de niveo detrahet ipſe pede.
Heu canimus fruſtra: nec verbis victa pateſcit
  Janua, ſed plena eſt percutienda manu.
At tu, qui potior nunc es mea fata caveto:
  VERSATUR celeri fors levis orbe rotæ.

Non

J. SCALIGER.

Eſcaſque ſepulchris quarat) Majorem egeſtatem præfert membrana noſtra:

-- herbaſque ſepulchris quarat --

Nam eſcas e ſilicernio rapere non ita miſerum, ut herbas ex veteribus monimentis vellere.

Poſt agat hanc triviis) Noſter: *Poſt agat a triviis.* Canes a triviis, ut Ovidius *Aſella a mola.*

Ut rudit a ſcabra turpis aſella mola.

Pauper erit præſto) Mirum in vetuſtis Excerptis longe diverſius conceptum hoc diſtichon extare:

Pauper erit præſto. ſemper te pauper adibit
Primus, & in duro limine fixus erit.

Vulgatæ tamen lectioni ſubſcribit Ovidius:

Quando non fixus lateri ſpatiantis adhaſi
Ipſe tuus cuſtos, ipſe vir, ipſe comes?

Illam alteram tuetur Tibullus ipſe:

Hac foribuſque manet noctu me affixa -
Affixa foribus & fixus in limine. idem.

Subjicietque manus, efficietque viam] Horatius id voluit:

---- extrahe turba
Oppoſitis humeris --

Mea furta caveto) Ita etiam noſter, non, ut quædam editiones. *mea fata.* Caveto ne imponam tibi, ut nunc mihi.

Verſatur celeri fors levis orbe rota) In excerptis *orbe cito.* Fortaſſe melius conveniet temporibus Tibulli. quod eo tempore globo potius quam rotæ, inſiſtentem facerent. quod ego in multis numiſmatibus memini me legere. In quibus fortuna gubernaculum tenens pilæ uno pede inſiſtit. *Pacuvius:*

Fortunam inſanam eſſe, & cacam, & brutam, perhibent philoſophi..

Saxeque

Non fruſtra quidam jam nunc in limine perſtat
Sedulus ac crebro proſpicit, ac refugit,
Et ſimulat tranſire domum, mox deinde recurrit
Solus, & ante ipſas excreat uſque fores.
Neſcio quid furtivus amor parat. utere quæſo,
Dum licet, in liquida nat tibi linter aqua.

ELEGIA VI.

SEmper ut inducar blandos offers mihi vultus:
Poſt tamen es miſero triſtis, & aſper Amor.
Quid tibi ſævitiæ mecum eſt? an gloria magna
Inſidias homini compoſuiſſe Deum?
Jam mihi tenduntur caſſes, jam Delia furtim
Neſcio quem tacita callida nocte fovet.
Illa quidem tam multa negat: ſed credere durum eſt.
Sic etiam de me pernegat uſque viro.

Ipſe

Saxoque inſtare globoſo prædicant volubili.
Id quo ſaxum impulerit fors, eo cadere Fortunam autumant.

Adde quod Ovidius ita loquitur, non addita rotæ mentione:

Nec metuis dubio Fortunæ ſtantis in orbe
Numen, & exoſa verba ſuperba Dea.

Item:

Te fieri comitem ſtantis in orbe Dea.

Eſt autem ſententia Terentiana, vel potius proverbium: *Omnium rerum viciſſitudo.* & de eadem re dictum, de qua & hic apud Tibullum. Porro hoc pentametro clauditur hæc elegia. Nam ſequentia alio transferenda, ut mox videbimus.

Semper ut inducar) Magis ſententiæ convenit ſcripta lectio, *inducas.*

Illa quidem tam multa negat) Lego, *jam multa.* Eſt locutio Archaica, *multa negat.* Ennius:

Quanquam ego multa manus ſupplex ad cærula celi
Tendebam lacrimans --

Heu heu nunc premor arte mea) Ovid.

Multa miſer timeo, quia feci multa proterve,
Exemploque metu torqueor ipſe mei.

VARIORUM.

Et ſimulat tranſire domum] Hæc & alia innuit ſe feciſſe ſæpe, quanvis tertia perſona loquatur.

Utere quæſo dum licet) Hoc accendit ſtimulos ζηλοτυπίας ipſius viri.

In liquida nat tibi) In noſtro *jam tibi.* Ovidius eodem modo:

Navigat hinc alia jam mihi linter aqua.

Proverbio huic illud cognatum apud Senecam: *Ferrum tuum in igne eſt.*

Illa quidem) Venuſte & facete, atque ex ſententia omnium librorum, excepta Statiana editione, cui inſcite ad marginem adſutum legitur.

Nam ſic & de me pernegat uſque viro.

Receptam lectionem inſuper Naſo confirmare videtur lib. Triſt. II.

Credere juranti durum putat eſſe Tibullus,
Sic etiam de ſe quod neget illa viro.

Sic enim ibi legendum eſſe non hoc, ex hoc Tibulli loco præſtare nullus dubitem. Cætera quæ apud Ovidium ordine deinceps lectitantur, non alio quam ad hanc ipſam Elegiam pertinent. *Douſa. P.*

Illam

Ipſe miſer docui, quo poſſet ludere pacto
Cuſtodes: eheu nunc premor arte mea.
Fingere tunc didicit cauſſas, cur ſola cubaret,
Cardine tunc tacito vertere poſſe fores.
Tunc ſuccos herbaſque dedi, queis livor abiret,
Quem facit impreſſo mutua dente Venus.
At tu fallacis conjux incaute puellæ,
Me quoque ſervato peccet ut illa nihil.
Neu juvenes celebret multo ſermone caveto,
Neve cubet laxo pectus aperta ſinu.
Neu te decipiat nutu, digitoque liquorem
Ne trahat, & menſæ ducat in orbe notas.
Exibit quam ſæpe, time: ſeu viſere dicet
Sacra Bonæ matribus non adeunda Deæ.
At mihi ſi credas, illam ſequar unus ad aras.
Tunc mihi non oculis ſit timuiſſe meis.
Sæpe, velut gemmas ejus, ſignumque probarem,
Per cauſſam memini me tetigiſſe manum.
Sæpe mero ſomnum peperi tibi: at ipſe bibebam
Sobria ſuppoſita pocula victor aqua.

Non

J. SCALIGER.

Illam ſequar unus ad aras) Ratio poſtulat, ut legitur *ad aram*. Unica enim tantum erat, & ſtatuebatur in domo Conſulis ejus, cujus eo menſe faſces erant. Propertius:

Interdicta viris metuenda lege piatur.
Quæ ſe ſummota vindicat ara caſa.

VARIORVM.

Tunc mihi non oculis) Ex opinione veterum, qui elucificari, cæcarique credebant eos, quicunque myſtica Deorum ſacra, & quaſi religionum arcana oculis profanis temere uſurpaſſent. *Denſa P.*

Ipſe bibebam Sobria ſuppoſita pocula victor aqua) Heliodorus lib. II. ἐπιῤῥόφων ὁ μὲν ὕδατος. Mera aqua eſt ἀπαράχυτος, quæ Tibull. vocat *Sobria pocula*. Heliodorus lib. v. Ὕδατος ἀπαράχυτον φιάλην προτείνας ὁ Ναυσικλῆς, ἀγαθὲ Καλάσιρε, ἔφη, καθαρὰς σοι νύμφας, ἃς σοι φίλων ἀκρινανήτους τοῦ Διονύσου, καὶ ἀληθῶς ἔτι νύμφας προπίνομεν. Elegantiſſimus ſcriptor *ſobria pocula* vocat ὕδωρ ἀκοινώνητον τοῦ Διονύσου. Et ut Achilles Tatius ἄνευ τῆς πρὸς οἶνον ὁμιλίας. lib. IV. ἄπινον δὲ, inquiens, καὶ τοῦ Νείλου τότε πρῶτον ἄνευ τῆς πρὸς οἶνον ὁμιλίας. Porro vocat ἄκρατον καὶ Διονύσου μὴ δεόμενον. Statius *ſobria* vocat *rura* vitibus nondum *conſita: vitifero ſub palmite nudos Umbravit colles, & ſobria rura Lyæus.* Gebhard.

Inſtabat

Non ego te læſi prudens: ignoſce fatenti:
  Juſſit Amor. Contra quis ferat arma Deos?
Ille ego ſum, nec me jam dicere vera pudebit,
  Inſtabat tota cui tua nocte canis.
Quid tenera tibi conjuge opus, tua ſi bona neſcis
  Servare? fruſtra clavis ineſt foribus.
Te tenet, abſentes alios ſuſpirat amores,
  Et ſimulat ſubito condoluiſſe caput.
At mihi ſervandam credas, non ſæva recuſo
  Verbera, detrecto non ego vincla pedum.
Tunc procul abſitis, quiſquis colit arte capillos,
  Effluit effuſo cui toga laxa ſinu:
Quiſquis & occurret, ne poſſit crimen habere,
  Stet procul, aut alia ſtet procul ante via. Sic

J. SCALIGER.

Inſtabat tota cui tua nocte canis) Poſt hunc verſum pentametrum ſequi debent tria diſticha, quæ ſuperiorem elegiam claudebant: NON FRUSTRA QUIDAM JAM NUNC IN LIMINE PERSTAT, auctore Ovidio, qui ita ſecundo Triſtium poſt multos hujus elegiæ ad verbum recitatos verſus tandem ita ordine claudit:

Scit cui latretur, quum ſolus obambulat ipſe.
Cur toties clauſas excreet ante fores.

Cur legendum, ut poſui, non *Cui*, ut eſt in vulgatis. docet nos Ovidius, quo ſenſu hæc accipienda ſint. *μιμητικῶς* enim de ſe ipſe Tibullus ait, tanquam moneat virum. quod artificioſiſſime factum a poëta, ut neſcio an locus illuſtrior in toto Tibullo ſit. Quaſi diceret: ſæpe ego obambulans ante fores excreo, ut illa me audiat. abſque Ovidio horum verſuum ſedem propriam ignoraremus, quanquam eos ex fine ſuperioris elegiæ expunxeramus. Nam quem locum ibi habere poterant? præterea & verum hujus loci ſenſum ſine ejuſdem ope divinare difficile erat. Vides, candide lector, non jam novum eſſe, conjectura noſtra tot verſus in hoc poëta ſuo ordini reſtitutos, quum videas hujus rei nos fidejuſſorem locupletem Ovidium habere. Et tamen quidam factum improbant. quod ut novum non eſt, neque a me primum incipit obtrectatio malevolorum, ita ego non facio nauci.

Servare ah) *Ah* deeſt in noſtro.

Effluit effuſo cui toga lapſa) Lege *laxa*. Horatius:

Malthinus tunicis demiſſis ambulat.

Ab eo Deſcapulatos juvenes appellavit Seneca.

VARIORUM.

Juſſit amor. Contra quis ferat arma Deos) Ad verbum Euripides ephigenia Aulidenſi verſ. CIↃ.CCC.XCVI. Ἐμποδὼν γενήσομαι ἐγὼ θνητὸς οὖσα τῇ θεῷ; *Contra Deos arma ferre* eſt θεομαχεῖν. Euripides eadem fabula verſ. CIↃ CCCC.IX. Τὸ θεομαχεῖν γὰρ ἀπολιποῦς, ὅσου κρατεῖ. Heliodorus lib. IV. πρὸς δαίμονα μάχεσθαι. Euripides Iphigenia Taurica. verſ CIↃ. CCCC. LXXIIX. —— τί γὰρ πρὸς τοὺς σθένοντας θεοὺς ἁμιλλᾶσθαι καλόν; Juſtinus lib. II. c. XII. *qua manus tota imbribus & fulminibus deleta eſt; ut intelligeret, quam nulla eſſent hominum adverſus Deos vires.* Gebhard.

Effluit) *& fluit* legendum ſuſpicor. *Liv.*

Spargit

Sic fieri jubet ipſe Deus, ſic magna ſacerdos
Eſt mihi divino vaticinata ſono:
Hæc ubi Bellonæ motu eſt agitata, nec acrem
Flammam, non amens verbera torta timet.
Ipſa bipenne ſuos cædit violenta lacertos,
Sanguineque effuſo ſpargit inulta Deam.
Statque latus præfixa veru, ſtat ſaucia pectus,
Et canit eventus, quos Dea magna monet.
Parcite, quam cuſtodit Amor, violare puellam:
Ne pigeat magno poſt didiciſſe malo.
Attigeris; labentur opes, ut vulnere noſtro
Sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.
Et tibi neſcio quas dixit mea Delia pœnas.
Si tamen admittas, ſit precor illa levis.
Non ego te propter parco tibi, ſed tua mater
Me movet, atque iras aurea vincit anus.
Hæc mihi te adducit tenebris, multoque timore
Conjungit noſtras clam taciturna manus.
Hæc foribuſque manet noctu me affixa; proculque
Cognoſcit ſtrepitus me veniente pedum.

Vive

J. SCALIGER.

Spargit inulta deam) *inulta* paſſive, ἄτιτος.

Ne pigeat magno poſt didiciſſe malo] Venuſte detorſit in ſuum ſenſum proverbium.

-- ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Si tamen admittas) Si tibi videtur, ſi hoc tibi cordi eſt, opto ut illa Bellonaria anus nullo pondere verba effuderit. Ita hic verſiculus exponendus.

VARIORUM.

Attigeris.) recte Statius *Attigeris*, quod in omnibus codicibus perperam ac nullo ſenſu *Attigerit* legebatur. Memini quoque magnum illud Galliarum lumen, præceptorem noſtrum Auratum, *Attigeris* Statianum in morem legere. i. e. ſi quis puellam illam vel digito attigerit modo, ilicet dilabentur opes. *Douſa. P.* Frut. *attigeris. Livin.*

Adducit.) Proprie. nam de lena matre loquitur & *adducere* eſt puellam alii conciliare. unde etiam *adductrices* pro conciliatricibus vetuſtatem poſuiſſe crediderunt. *I. Douſa* Græci προαγωγοὺς vocant. *Livin.*

Vive

Vive diu mi dulcis anus: proprios ego tecum
  Sit modo fas, annos contribuiſſe velim.
Te ſemper, gnatamque tuam te propter amabo:
  Quidquid agit, ſanguis eſt tamen illa tuus.
Sit modo caſta doce, quamvis non vitta ligatos
  Impediat crines, nec ſtola longa pedes.
Et mihi ſint duræ leges, laudare nec ullam
  Poſſim, quin oculos appetat illa meos.
Et ſi quid peccaſſe putor, ducarque capillis
  Immerito, properas proripiarque vias.

Non

J. SCALIGER.

Vive diu mihi dulcis anus) Lege, *mi dulcis anus.* ἀρχαϊκῶς mutavit genus. Apulejus Mileſia IIII. *Parce mi parens.* Alloquitur autem anum. Item VIII; Maritus Tlepolemus conjugem Chariten ita alloquitur: *Mi conjunx.* Imp. Aurelius Alexander Mammeæ matri: *Mi mater.* Niſi quis Mi pro Mihi dictum putet, ut ſit Helleniſmus? Eurip. Troadib. ὦ φίλος, ὦ πόσι μου. In Iphigenia in Tauris. ὦ μοι σύγγονε. In Iphigenia in Aulide: σὺ δ' ὦ τέκνον μου, λεῖπε πωλικοὺς ὄχους. Et in Hercule furente: σύ τ' ὦ γύναι μου, σύλλογον ψυχῆς λαβέ. Sed, ut dixi, archaiſmus eſt. mi pro mea. Quare non eſt audiendus vetus Grammaticus Chariſius, qui ait in omnibus Comœdiis nunquam mi pro feminino uſurpari. Atqui Apulejus magnus antiquarius non uſurpaſſet, niſi apud antiquos legiſſet. Denique optimus auctor Latinitatis Tibullus eum in ordinem cogit.

Quamvis non vitta ligatos) Quamvis ſit libertinæ conditionis. Nam ſi non habet vittas, non ſequitur ſtatim meretricem fuiſſe.

Et ſiquid peccaſſe] Lego:

Et ſi quid peccaſſe putor, ducarque capillis
Immerito, properas proripiarque vias.

Continuandum autem uno colo cum ſuperioribus. Quamvis libertinæ conditionis ſit, quamvis duris legibus me adſtringat, quamvis denique ob exiguam culpæ ſuſpitionem male multet.

Proprias] Ita ſcripta membrana. ſed legendum *properas.*

VARIORUM.

Stola.) *Stola* matronarum tunica proprie dicta, licet apud Græcos & barbaros pro communi veſte, & maxime virili accipiatur. Cic. Philippica II. *Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim ſtolam reddidiſti.* Eodem plane ſenſu illi apud Petronium. *Quid ille alter, qui die togæ virilis ſtolam tanquam togam ſumpſit?* Ita enim locus ille legendus eſt. Sic Caligula Liviam *Vlyſſem ſtolatum* appellabat. Hanc autem ad talos ut loquitur Flaccus demiſſam, & inſtita ad oram ornatam docuit Turnebus lib. XXIX. & ex eo plures. Ubi duo inſignia in cultu matronarum notat, vittas queis crines ligabātur, & talarem tunicam adſuta inſtita cultam. Secus in Libertinis quæque viris morigerabantur. *Ferrarius.*

Properas proripiarque vias.] Frut. *pronas proripiarque vias.*

Hic

Hanc animo gaudente vident, juvenumque catervæ
Commemorant merito tot mala ferre ſenem:
Hanc Venus ex alio flentem ſublimis Olympo
Spectat, & infidis quam ſit acerba, monet.
Hæc aliis maledicta cadant. nos, Delia, amoris
Exemplum cana ſimus uterque coma.

ELEGIA VII.

Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non ulli diſſoluenda Deo:
Hunc fore Aquitanas poſſet qui fundere gentes
Quem tremeret forti milite victus Atur.
Evenere. novos pubes Romana triumphos
Vidit, & evinctos brachia capta duces.
At te victrices lauros, Meſſalla, gerentem
Portabat nitidis currus eburnus equis,

Non

J. SCALIGER.

Tot mala ferre ſenem) Senex mulier. Pomponius in epigrammatio:

Nam vere puſus tu, tua amica ſenex.

& Cicero dixit *famam ſenem.*

Hunc fore Aquitanas poſſet qui fundere) In noſtro, *Spargere.*

Quem tremeret forti milite victus Atax) Nuſquam invenies Galliam Narbonenſem aliquid moviſſe eo tempore, ut opus fuerit Auguſto Meſſalam in eas partes mittere. Deinde Aquitanas gentes tantum viciſſe ait. Item alibi Gentis Aquitanæ victorem appellat. non eſt dubium, quin amplior futura eſſet gloria triumphi, ſi de univerſa Gallia triumphaſſet, non de parte tantum Aquitania. In Faſtis Capitolinis: M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALA A. DCCXXVI. CORVINVS PROCOS. EX GALLIA VII. K. OCTO. Ibi ex Gallia profecto interpretandum eſt, Aquitania. Nam tunc Narbonenſis non vocabatur Gallia. Quid ergo? Ego puto mendum eſſe in voce *Atax*, & legendum *Atur.* de Ature vel Atyro fluvio Novempopulaniæ noſtræ, qui navigiorum etiam gravium patiens eſt, ſatis in lectionibus Auſonianis diximus. Et profecto ea eſt vera lectio. Ipſe Atur ex montibus Pyreneis fluens in Tarbellis ſupra Aquas Tarbellicas Oceano Tarbellico excipitur. ejus fluvii nos pene caput in Bigerronibus vidimus. Quin etiam ſententiam noſtram confirmat ipſe, quum Tarbellam Pyrenem teſtem militiæ ſuæ laudat. In eo enim tractu eſt fluvius ille. At de Atace, nugæ profecto. Sed id nomen, quia cuivis obvium erat, pro eo, quod minus vulgatum jam tum erat, ſubſtitutum eſt. Noſter codex autem habebat *Attus.* At in veteribus libris *u* pro *a*, & *r* pro *x* non raro poni ſciunt, qui earum literarum ſtudioſi ſunt. Alii de Salaſſis, qui ſunt in Narbonenſi ſecunda, triumphaſſe ſcribunt: Certe quum hic mentio Rhodani fiat, poſſet de Narbonenſi quoque triumphaſſe videri.

Non ſine me eſt tibi partus honos, Tarbella Pyrene
Teſtis, & Oceani litora Santonici.
Teſtis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna,
Carnuti & flavi cærula lympha Liger.
At te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis
Cæruleus placidis per vada ſerpis aquis.
Quantus & æthereo contingens vertice nubes
Frigidus intonſos Taurus alat Cilicas.
Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
Alba Palæſtino ſancta columba Syro?

Utque

J. SCALIGER.

Non ſine me eſt tibi partus honos tua bella Pyrene) Jam monuimus *Tarbella Pyrene* legendum; ut qui de eo dubitarit, dignus ſit, qui nunquam Chorographos & Geographos legat.

Teſtis Arar) Arar vicinus finibus priſcæ Aquitaniæ, Rhodanus etiam proxime ab ipſis finibus aberat. Nam ſane illæ gentes, quæ Rhodano continebantur, nihil tum turbabant, neque de illis Meſſallam triumphaſſe unquam mihi perſuadebo.

Carnuti & flavi) Noli dubitare quin legendum ſit.

Carnuti & flavi cærula lympha Liger. Ut Tiberis Tuſcus amnis dicitur, ita Ligerim Carnutum fluvium vocat. fines autem Carnutorum ſecat Liger. quod nemini dubium eſt, niſi ei, qui omnino ἀγεωγράφητος ſit. Cæruleum vocat, hoc eſt æquoreum, quia Oceanum intrat per ſe, & æſtuaria efficit. Nam cæruleus eſt æquoreus: Juvenalis:

Illic cæruleos, his piſcem fluminis.

At te Cydne canam) Sperat alium triumphum Meſſalæ ex Iſauria, in qua tum belligerabat Meſſala. Nam ſupra dixit:

Ille licet Cilicum victas agat ante catervas.

Frigidus intonſos Taurus arat Cilicas.) Taurus ſynecdochicôs pro ipſis incolis. Cilicas altera ſynecdoche pro Cilicia. Ovidius:

Cretes nutrito terra ſuperba Jove.

Qui legunt *alat*, profecto hæc conſiderare debebant, ut taceam, quod *alat* ſubjunctivus non convenit hic. Sed, ni fallor, hypallage eſt, *Taurus arat Cilicas*, pro, Cilices arant Taurum. Virgilius: *Talem dives arat Capua.*

Alba Palæſtino ſancta columba Syro) Palæſtinus Syrus, ut Pſyllus Pœnus. Cinna: *Somniculoſam ut Pœnus aſpidem Pſyllus*. Noſter tamen codex legit *ſuo*, non *Syro*.

VARIORUM.

Alba Palæſtini ſacra Columba ſuo) Syri columbas, quod in tutela Veneris eſſent, magno habebant in honore, eo quod, teſte P. Nigidio, ovum miræ magnitudinis a piſcibus ex Euphrate evolutum columba foverit, unde Dea edita eſt. Et vide ſis Luciani Deam Syriam, Diodor. Sicul in Biblioth. II alios & Sacras autem Veneri columbas pueri ſciunt. Samaritani etiam in ſuo Chronico (ut mihi auctor eſt Scaliger ad Manilii lib. V.) Joſuæ Duci Columbam adminiſtram adtribuunt, ſed divinitus, ut ipſi ajunt, non autem humanis myſteriis edoctam. Quæ de Semiramide ad hanc Deam ſpectantia adferuntur, pete ex Hygino Poëtic. aſtron. II. Fab. CXCVII. Athenagora in Apologia, Phurnuto de Nat. Deor. Ovidio Met IV. Tzetze Chiliad. IX. c. CCLXXV. Plura vide apud *Seldenum*, & *Gyraldum*.

Sancta

Utque maris vaſtum proſpectat turribus æquor
  Prima ratem ventis credere docta Tyros?
Qualis & arentes cum findit Seirius agros,
  Fertilis æſtiva Nilus abundet aqua.
Nile pater, quanam poſſum te dicere cauſſa,
  Aut quibus in terris occuluiſſe caput?
Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
  Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi.
Te canit, atque ſuum pubes miratur Oſirin
  Barbara, Memphitem plangere docta bovem.
Primus aratra manu ſollerti fecit Oſiris,
  Et teneram ferro ſollicitavit humum.
Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ,
  Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adjungere vitem,
  Hic viridem dura cædere falce comam.
Illi jucundos primum matura ſapores
  Expreſſa incultis uva dedit pedibus,

Ille

Sancta columba ſuo] Lege *ſancta columba Syro.* minime ferendum *ſuo*, quod Scaligeri codex exhibebat, illo non improbante. Syria enim triplex apud veteres Geographos, Συρία κοίλη, Φοινίκη, καὶ παλαιστίνη. Ovid. l. Art Am. *Culta Palæſtino ſeptima ſacra Syro.* N. Heinſius ad Ovid. Artem. l. I. v. 78.

J. SCALIGER

Arida nec pluvio) Statius Theb. IIII,
Tu nunc ventis pluvioque rogaris
Pro Jove — Apollonius.
καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς ἱκμαίοιο.

VARIORUM.

Caput.) Latini ſcriptores vocem *Caput*, in fluviorum origine ponunt. quod aliquot teſtimoniis planum faciemus: idque eo libentius, quod Lambinus, cum de fluminibus enunciatur, originem ſed finem potius, ubi videlicet flumina ſe in mare egerunt ſignificare contendit. Senec. in epiſt. *magnorum fluminum capita veneramur.* Idem Nat. c. III. *quidam exiſtimant terram quoque concuti & dirupto ſolo, nova fluminum capita detegere.* Propert. lib. II. eleg. XIII. *Fluminaque ad caput incipient revocare liquores.* alii. *Rob. Titius.*

Arida nec Pluvio ſupplicat herba Jovi.) Alludere videtur ad γῆς ἄγαλμα ἱκετεύούσης ὗσαι οἱ τὸν Δία, de quo Pauſanias in Atticis: Id quod alii non monuerunt. nam de ὀμβρίῳ & ὑετίῳ Jove omnia jam vulgata. *Douſa. F.*

Incultis pedibus.) *Inculti pedes* i.e. muſto ſordidi. Quod explicat ipſe lib. I. eleg. v. *Oblitus & muſto feriet pede ruſticus uvas.* Nam exculcatione iſta quis neſcit inquinari pedes? Propertius lib. III. el. xv. *Et nova preſſantes inquinet uva pedes.* Gebhar-

F 2 Crut.

Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
  Movit & ad certos neſcia membra modos.
Bacchus & agricolæ magno confecta labore
  Pectora triſtitiæ diſſolüenda dedit.
Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert,
  Crura licet dura compede pulſa ſonent,
Non tibi ſunt triſtes curæ, non luctus Oſiri,
  Sed chorus, & cantus lenis, & aptus amor.
Sed varii flores, & frons redimita corymbis,
  Fuſa ſed ad teneros lutea palla pedes:
Et Tyriæ veſtes, & dulcis tibia cantu,
  Et levis occultis conſcia ciſta ſacris.
Huc ades, & centum ludos, Geniumque choreis
  Concelebra, & multo tempora funde mero.

Illius

J. SCALIGER.

Crura licent dura compede pulſa) Noſter: *Crura licet dura cuſpide multa ſonent.* ſed τὸ *cuſpide* natum ex vitioſa ſcribendi conſuetudine, *cumpide.* cumpis, cumpidis. *Multa* autem pro. *pulſa*, verum eſt. Ita ſupra: *Illa quidem jam multa negat.* Idem eſt ἀρχαϊσμός.

Lenis & aptus amor) Noſter: *& levis aptus amor.*

VARIORUM.

Pectora triſtitia.) *Lætitia* tamen cum Mureto eſt vet. Cod. Angeli Coloti apud Achillem Statium præſtare videtur. N. Heinſius in Addendis ad Ovid.

Palla:) Inquit Servius: *Palla proprie eſt veſtis muliebris deducta uſque ad veſtigia,* Iſidorus. *quadrum pallium* interpretatur, quod de ſuo adjecit, quemadmodum quod *affixis in ordinem* gemmis diſtincta eſſet. Id enim Servius non habet, a quo ille ad verbum accepit. Recte autem illud, *dictam pallam* ἀπὸ τοῦ πάλλειν, *quod rugis vibrantibus ſinuata* criſpetur. Ita Nonius *Palla eſt honeſta mulieris veſtimentum, hoc eſt tunica pallium.* Tam palla igitur, quam ſtola, ita mulierum peculiares fuere, matriſque familiæ cauſſa comparatæ, ut iis viri non facile uti poſſent ſine vituperatione, ut loquitur Ulpianus lib. XLIV. π. *de auro argent leg.* Ubi *palla*, non *pallia* legendum eſſe etſi ita extet in Pandectis Florentinis, idque tueatur Faber. Semeſt. lib. I. c. XV. ex eo apparet, quod pallia inter communia viris & feminis veſtimenta a Juriſconſulto infra recenſentur, cum pallæ muliebria tantum fuerint. Porro pallam eandem cum peplo facit Servius ad illud, -- *peplumque ferebant.* Palla inde ad Citharœdos, & ſaltatores tranſlata eſt. De Citharœdo Cornificius lib. IV. De Salaorum palla animadvertit Turneb. lib. XX. ex Plauti Menæchmis. Hanc autem pallam longo ſyrmate humum verriſſe illa indicant, *Traxitque vagus per pulpita veſtem;* Et Neronis nummi, in quis ille hoc habitu. *Ferrarius.*

Dulcis tibia cantu.) Haud placet, ita ut vulgo legitur, ſed *dulci*. quod tamen doctiſſimo auctori ſuo, Fruterio meo lubens & gratus me acceptum fateor referre. *Douſa. P.*

Illius

Illius e nitido ſtillent unguenta capillo,
　Et capite, & collo mollia ſerta gerat.
Sic venias hodierne: tibi dum thuris honores,
　Liba & Mopſopio dulcia melle feram.
At tibi ſuccreſcat proles quæ facta parentis
　Augeat, & circa ſtet veneranda ſenem.
Nec taceant monumenta viæ, quæ Tuſcula tellus,
　Candidaque antiquo detinet Alba lare.
Namque opibus congeſta tuis hic glarea dura
　Sternitur, hic apta jungitur arte ſilex.
Te canit agricola e magna cum venerit urbe
　Serus, inoffenſum rettuleritque pedem.
At tu natalis multos celebrande per annos
　Candidior ſemper, candidiorque veni.

E L E-

J. SCALIGER.

Illius e nitido) *Illius*, Genii. Alibi:
Ipſe ſuos Genius adſit viſurus honores,
Cui decorent ſanctas mollia ſerta comas.
Illius puro diſtillent tempora nardo,
Atque ſatur libo ſit, madeatque mero.

Tibi dum thuris) *Tibi dem.* liber noſter. Ovidius:
Libaque dem pro te genitale notantia tempus.

Non taceam) *Nec taceant*, liber noſter. id eſt liberi tui.

Candidior ſemper candidiorque) *Candidior candidiorq*; vetus locutio. Apulejus Mileſiæ fabulæ libro octavo: *Nonnunquam etiam cœna poculoque communi carior cariorque factus.* Silius libro decimoquinto:
-- torſul ovans major majorque videri.
Græcanica loquutio. Xenophon: ὁ δὲ ὄχλος πλείων καὶ πλείων ἐπέῤῥει. Sic *magis magis* Græcum eſt. Eupolis:
πῶς ζῶις μὲν ἐπινεφεῖ τὸ πρόσωπον
　ἡσύχως
Ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον - -

VARIORUM.

Et capite & collo) Ex more & diſciplina tam Latinis quam Græcis antiquitus uſurpata. Lucretius lib. 4.
Tum caput atque humeros plexis redimire corollis,
Floribus & foliis laſcivia læta juvebat.
Item 3. Adde Horat. Sat. 3. lib. II. Ovid. 2. faſtor.
Ecce nurum regis, fuſis per colla coronis
Inveniunt poſito pervigilare mero.
Douſa P.

Liba & Mopſopio dulcia melle feram) Videtur legendum, & interpungendum, *Liba, & Mopſopia dulcia mella feram. Mella Mopſopia.* ſunt Attica mella; nam Attica a Mopſopo rege dicta Mopſopia: auctor Strabo lib. IX. diverſa autem erant munera lib. & mellis, licet mellita eſſent liba. Sic eleg. ult. hujus libri:
Atque aliquis, voti compos, liba ipſe ferebat,
Poſtque comes purum filia parva favum.
Paſſerat.

Et circa ſtet veneranda ſenem.) malim *circumſtet*: Neque enim *circa ſtare*, ſed *circumſtare* loqui conſuevimus. itaque idem alibi quoque:
Hunc puer hunc juvenis turba circumſtetit arta.

ELEGIA VIII.

NOn ego celari poſſum, quid nutus amantis,
Quidve ferant miti lenia verba ſono.
Nec mihi ſunt ſortes, nec conſcia fibra Deorum:
Præcinit eventus nec mihi cantus avis.
Ipſa Venus magico religatum brachia nodo
Perdocuit multis non ſine verberibus.
Deſine diſſimulare. Deus crudelius urit,
Quos videt invitos ſuccubuiſſe ſibi.
Quid tibi nunc molles prodeſt coluiſſe capillos,
Sæpeque mutatas diſpoſuiſſe comas?
Quid fuco ſplendente genas ornaſſe, quid ungues
Artificis docta ſubſecuiſſe manu?

Fruſtra

Niſi tamen *circa* pro *circum* poſitum dicamus, quod equidem non impugno præſertim veterum auctoritate ſubnixum. Porro *veneranda* iſtud non patiendi nobis, verum agendi potius vim effectumque habere videtur, quaſi dicas *veneranda*. Neque enim ad fundamentum familiæ Corvinæ, h. e. adoloſcentem Meſſalæ prolem, ſed ad ipſum potius Meſſalam referendum, quem ſoboli ſuę ſenem olim venerationi fore auguratur Poëta, proinde, ut æquum eſt patrem quidem dicto audientes liberos produxerit ſibi. *Douſa*. P.

J. SCALIGER.

Non ego celari) Οὐκ ἂν λάθοιμι. Ovid. Faſt. III.

Præcipue cupiam celari Theſea,

Quid fuco ſplendente genas ornaſſe) Fucus erit ſandix, & ceruſſa. Sed optima illa excerpta habebant *ſucco*, non *fuco*. Ego puto legendum:

Quid ſucco ſplendente genas oneraſſe?

Succus ſplendens eſt craſſius ſputum ex madido pane, ut jus collyricum, cujus illitu genis ſplendorem conciliabant. Tertullianus de cultu mulierum: *Ad menſuram neminem ſibi adjicere poſſe pronunciatum eſt. Vos plane adjicitis ad pondus, collyridas quaſdam, ſputorũ umbilicos cervicibus aſtruendo.* Collyridas vocat a ſucco craſſiore. unde offas etiam vocat Juvenalis:

Sed quæ mutatis inducitur, atque fovetur
Tot medicaminibus, coctaque ſiliginis offas
Accipit, & madida, facies dicetur, an ulcus?

Ex pane enim ſiligineo id fiebat. Idem:

Et preſſum in facie digitis extendere panẽ.

Suetonius in Othone: *Quin faciem quotidie raſitare, ac pane madido linere conſuetum. idque inſtituiſſe a prima lanugine, ne barbatus unquam eſſet.* ſputum autem Tertullianus vocat tenue corium, aut cruſtam, quæ ex illo tectorio inducebatur. Martialis. *Hoc linitur ſputo Jani caryota Calendis.* *ſputo*, corio tenui ſputi umbilicos; bullas & pompholygas illius cruſtæ. Sic tenuis lamina σπίλωμα, hoc eſt ſputamentum, dicitur Polybio. Recte autem *oneraſſe genas*. Unde Tertullianus dixit mulieres adjicere ad pondus ſui moduli, quum craſſo illo pane faciem onerarent. Recepta lectio defenditur Plauti auctoritate:

Veniſti huc cum exornatis oſſibus

VARIORUM.

Ipſa Venus, &c.) Nodum aliquem aut verum vinculum, quo brachia conſtricta

haberet,

Fruſtra jam veſtes, fruſtra mutantur amictus,
Anſaque compreſſos colligat arcta pedes.
Illa placet, quamvis inculto venerit ore,
Nec nitidum tarda compſerit arte caput.
Num te carminibus num te pallentibus herbis
Devovit tacito tempore noctis anus?
Cantus vicinis fruges traducit ab agris.
Cantus & iratæ detinet anguis iter.
Cantus & e curru Lunam deducere tentat,
Et faceret, ſi non æra repulſa ſonent.

Quid

haberet, imaginari heic non licet *Magicus nodus*, eſt καταδεσμός ac *defixio*. Tertullianus in lib. de Spectaculis *devinctiones magicas*, vocat: *vis homicidium ferro, veneno, magicis devinctionibus perſici.* quæ eadem ſunt. Cui pars illa, qua viri ſunt, magica arte ad eam impotentiam redigitur, ut officio ſuo ſatisfacere nequeat, magico nodo religata intelligi debet. Nodus ille non ad diſſolvendum amorem contractum proprie pertinet, ſed ad impediẽdam virilitatis facultatem. Hoc cum fit, amoretiã conſequenter diſſolvitur, qui non poteſt hærere, ubi membra illa maleficio contacta ſunt ac funerata. Exemplum habes apud Tibullum, Ovidium, & Petronium. Proprie igitur, ac Latine *Magicum nodum* dicere liceat, hoc fortilegium, quo in nuptiis ſuis aliqui prohibentur officium virile facere. Nodum Hyænæ dixit Lucanus pro magico impedimento ac defixione quam facit Hyæna Lib. VI. Ubi res omnes Magiæ ſervientes enumerat: *Viſcera non Lyncis, non diræ nodus Hyænæ.* ἡ πῆξις τῆς ὑαίνης. Ita vocat Ariſtoteles. Plinius de Hyæna: *Et quibusdam magicis artibus omne animal quod ter luſtraverit, in veſtigio hærere.* Hæc eſt magica πῆξις, vel Magicus nodus quo illaqueat eos quos ter luſtraverit. quod notandum. *Salmaſius.*

J. SCALIGER.

Anſaque) Anſa calceamentorum ἴσκλη, ἀγκύλη. Vide quæ in librum V. Manilii notamus.

Cantus vicinis fruges traducit) Recte exprimit verbum excantare duodecim Tabularum. Excantare fruges non eſt ſimpliciter incantare, ſed e loco in locum carminibus traducere. Ovidius:

Nec ſeges ex aliis alios tranſibit in agros.

In noſtro libro erat *deducit*, non *traducit*.

Cantus & iratæ) Citatur a Chariſio.

Cantus & e curru Lunam) Veteres raro dicebant ἔκλειψιν σελήνης, ſed καθαίρεσιν σελήνης. Nam de Sole veteribus ἔκλειψις uſurpabatur tantum. Scholiaſtes Apollonii διαλαμβάνουσι δ' ἔνιοι τὴν τῆς σελήνης ἔκλειψιν ὑπὸ φαρμακίδων γίνεσθαι καθαιρουμένης, διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ καθαιρέσεις ἐκάλουν τὰς ἐκλείψεις. Soſiphanes Meleagro:

μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα Θεσσαλὶς κόρη
ψευδὴς σελήνης αἰθέρος καταιβάτις.

ubi καταιβάτις eſt καθαιρέτις.

VARIORUM.

Cantus vicinis meſſes.) ita V. C.

Cantus & irati.) non poſſum non vehementer hoc loco Lipſii mei conjecturam amplecti reſcribentis.

Cantus & irati detinet amnis iter.

irati i. irritati, concitati, plenoque ac effuſo ruentis agmine. *Douſa. T.*

P 4 At

Quid queror heu miſero carmen nocuiſſe? quid herbas?
Forma nihil magicis utitur auxiliis.
Sed corpus tetigiſſe nocet, ſed longa dediſſe
Oſcula, ſed femori conſeruiſſe femur.
Nec tu difficilis puero tamen eſſe memento.
Perſequitur pœnis triſtia facta Venus.
Munera ne poſcas, det munera canus amator,
Ut foveat molli frigida membra ſinu.
Carior eſt auro juvenis, cui lævia fulgent
Ora, nec amplexus aſpera barba ferit.
Huic tu candentes humero ſuppone lacertos,
Et regum magnæ deſpiciantur opes.
At Venus invenit puero ſuccumbere furtim,
Dum timet & teneros conſerit uſque ſinus:
Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oſcula, & in collo figere dente notas.
Non lapis hanc, gemmæque juvent, quæ frigore ſola
Dormiat, & nulli ſit cupienda viro.
Heu ſero revocatur amor, ſeroque juventa,
Cum vetus infecit cana ſenecta caput,

Tum

J. SCALIGER.

At Venus invenit) Lege *inveniet*. cætera docebit Venus.

Concumbere) Lege *ſuccumbere*, ex veteri ſcriptura. Catullus:

Sed cuivis quamvis potius ſuccumbere fas eſt.

Dum timet) Omnino legendum, *Dum tumet* ὀργῶ.

Et teneros conſerit uſque ſinus) Lucretius — *muliebria conſerit arva* & in Oraculo: μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ. Locus hactenus non intellectus. ἐμοὶ δὲ τὰ ἀπόῤῥητα ἐκφέρειν εὔσημα κεῖσθαι,

Non lapis hanc gemmaque juvant) Lege:

Non lapis hanc, gemmaque juvent, quæ frigore ſola
Dormiet: & nulli ſit cupienda viro.

ἡ μονοκοιτοῦσα ἀνεπαφρόδιτος, καὶ ἄχαρις ἔστω.

VARIORUM.

Perſequitur Pœnis.) Proprie ac Latine oppido, pro, *is ultum*, *vindicatque* meritiſſimo hercule ſupplicio. Saluſtius. *Nam cætera maleficia tum perſequare, ubi facta ſunt &c.* denique compluries alibi *Douſa. P.*

Et

Tũ ſtudium formæ eſt,coma tum mutatur,ut annos
  Diſſimulet viridi cortice tincta nucis.
Tollere tunc cura eſt albos a ſtirpe capillos,
  Et faciem dempta pelle referre novam.
At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
  Utere. non tardo labitur illa pede.
Neu Marathum torque, puero quæ gloria victo eſt?
  In veteres eſto dura puella ſenes.
Parce precor tenero: non illi ſontica cauſſa eſt,
  Sed nimius luto corpora tingit amor.
Vah miſer, abſenti mæſtas quam ſæpe querelas
  Conjicit, & lacrimis omnia plena madent?
Quid me ſpernis? ait. poterat cuſtodia vinci,
  Ipſe dedit cupidis fallere poſſe Deus.
Nota Venus furtiva mihi eſt, ut lenis agatur
  Spiritus, ut nec dent oſcula rapta ſonum.
Et poſſum media quamvis obrepere nocte,
  Et ſtrepitu nullo clam reſerare fores.
Quid proſunt artes, miſerum ſi ſpernit amantem,
  Et fugit ex ipſo ſæva puella toro?
Vel cum promittit ſubito, ſed perfida fallit,
  Eſt mihi nox multis evigilanda malis.

Dum

J. SCALIGER.

Et faciem demta pelle referre novam] Putabam noſtro tempore tantum hoc incepiſſe. Sed, quantum video, non minus illæ veteres lupæ inſaniebant, quam hæ noſtræ ætatis.

Heu Marathum torques) Lege: *Neu Marathum torque.* Et libro quarto: *Neu juvenem torque* .-

Non illi ſontica cauſa eſt) Liquida ſcriptura in noſtro. θηλαστον παιδος, ſonticam cauſſam vocabant.& θηλαστον νόσον morbum ſonticum. Feſtus: *Sontica cauſſa dicitur a morbo ſontico, qui quid gerendum agere non permittit. Cato de Regis Attali vectigalibus.* Mox citat verba. In epitome Pauli: *Sonticum juſtum.* Gloſſæ Iſidori; *Sonticus verax.* Gloſſæ Græcorum. *Sonticus* ἀληθής.

Sed nimius luteo] Scribe *luto* .- *mutabit vellera luto.*

VARIORUM.

Sed nimius luto.] Antiquius ac Varronianum fuerit magis *Tangit*, idque malim. Etiam *luteo* in prioribus editionibus impreſſum reperio, neque diſplicet. *Denſa. P.*

Illa

Dum mihi venturam ſingo, quodcumque movetur,
Illius credo tunc ſonuiſſe pedes.
Deſiſtas lacrymare puer, non frangitur illa,
Et tua jam fletu lumina feſſa tument.
Oderunt Pholoë, moneo faſtidia Divi,
Nec prodeſt ſanctis thura dediſſe focis.
Hic Marathus quondam miſeros ludebat amantes,
Neſcius ultorem poſt caput eſſe Deum.
Sæpe etiam lacrymas fertur riſiſſe dolentis,
Et cupidum ficta detinuiſſe mora:
Nunc omnes odit faſtus, nunc diſplicet illi
Quæcunque oppoſita eſt janua dura fera.
At te pœna manet, niſi deſinis eſſe ſuperba.
Quam cupies votis hunc revocare diem?

ELEGIA IX.

QUid mihi, ſi fueras miſeros læſurus amores,
Fœdera per divos clam violanda dabas?
Ah miſer, & ſi quis primo perjuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.
Parcite Cœleſtes: æquum eſt impune licere
Numina formoſis lædere veſtra ſemel.

Lucra

J. SCALIGER.

Illius credo tunc ſonuiſſe pedes) Scribe, *pedem*, ut eſt in priſca ſcriptura. Ab hoc pentametro duo diſticha ex ſecundo libro huc retrahenda ſunt:

Ah pereant artes, & mollia jura colendi.
Horrida villoſa corpora veſte tegam.
Nunc ſi clauſa mea eſt, ſi copia rara videndi.
Heu miſerum, laxam quid juvat eſſe togam?

Deſiſtat lacrimare puer) Jam enim lacrimabundus dicebat:

Heu miſerum laxam quid juvat eſſe togam.

Oderunt Pholoë] Pudicam fuiſſe, & nemini patuiſſe etiam Horatius teſtatur.

— Cyrus in aſperam
Declinat Pholoën. ſed prius Appulis
Jungentur capreæ lupis
Quam turpi Pholoë peccet adultero.

Fœdera per divos clam) In noſtro, JAM. Quod rectum eſt. quid tam ſancte jurabas mihi, ſi jam jam mox pejeraturus eras?

VARIORUM.

Quæcumque.) emenda: *Quæcunque appoſita eſt janua dura fera.* Heinſius in Addendis ad Ovid.

Nec

Lucra petens habili tauros adjungit aratro,
Et durum terræ ruſticus urget opus.
Lucra petituras per freta parentia ventis,
Ducunt inſtabiles ſidera certa rates.
Muneribus meus eſt captus puer: at Deus illa
In cinerem, & liquidas munera vertat aquas.
Jam mihi perſolvet pænas, pulviſque decorem
Detrahet, & ventis horrida facta coma.
Uretur facies, urentur Sole capilli.
Deteret invalidos & via longa pedes.
Admonui quoties, auro ne pollue formam,
Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala.
Divitiis captus ſi qui violavit amorem,
Aſperaque eſt illi, difficiliſque Venus.
Ure meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorta verbere terga ſeca.
Nec tibi celandi ſpes ſit peccare paranti.
Eſt Deus occultos qui vetat eſſe dolos.

Ipſe

J. SCALIGER.

Nec tibi celanti) Non dicam quam vitioſa hæc ſit lectio. neque juveniliter vectabor in doctiſſimis viris reprehendendis, qui hoc loco emendando, aut interpungendo & ſe & lectorem diutiſſime torſerunt. Excerpta illa ſeu eclogaria habebant egregie:

Nec tibi celandi ſpes ſit peccare paranti.
Eſt deus, ocultos qui vetat eſſe dolos.

Pentametrum ſimile illi apud Diphilum:
ἔςι δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Plane vitioſæ ſunt editiones, quæ doctos viros in errorem impulerunt. Alius ſcriptus habebat:

Nec tibi celanti ſpes ſit peccare paranti.

quod & ipſum rectum eſt. Non eſt dubium, quin hanc ſententiam ex Diphilo Comico expreſſerit: ex cujus longo teſtimonio apud Clementem hi verſus ſunt, quos expreſſit Tibullus:

εἴ τις δὲ θνητῶν οἴεται τοὐφ' ἡμέραν
κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λεληθέναι,
δοκεῖ πονηρὰ, καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
ὅτ' ἂν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη.

Ipſa

Ipſe Deus tacito permiſit læva miniſtro,
Ederet ut multo libera verba mero.
Ipſe Deus ſomno domitos emittere vocem
Juſſit, & invitos facta tegenda loqui.
Hæc ego dicebam: nunc me fleviſſe loquentem,
Nunc pudet ad teneros procubuiſſe pedes.
Tum mihi jurabas, nullo te divitis auri
Pondere, non gemmis vendere velle fidem:
Non tibi ſi pretium Campania terra daretur,
Non tibi ſi Bacchi cura Falernus ager.
Illis eriperes verbis mihi, ſidera cæli
Lucere, & puras fluminis eſſe vias.
Quin etiam flebas. at non ego fallere doctus
Tergebam humentes credulus uſque genas.
Quid facias, niſi & ipſe fores in amore puellæ?
Sit precor exemplo ſed levis illa tuo,

O quoties,

J. SCALIGER.

Ipſe Deus tacito permiſſ lene miniſtro) Corruptus locus, ut & cæco apparet. Noſter liber, *permiſit leva miniſtro*. Lege, *vela* Proverbialiter permittere vela, tradere libidini, ac voluntati. Quod ſane elegantiſſimum eſt, *Deus permiſit miniſtro*, ἀνέηκεν τὸν θεράποντα. Nam de vino loquens Homerus hoc verbo utitur ſuper eadem ſententia.

Ederet ut multo] Proverbium: In vino veritas. Nam vino vim adhiberi ait Horatius:

Munitaque adhibe vim ſapientiæ.

Munitos oſtendit vocari, quos nondum vinum arcana foras efferre adegit. Sic Græci eos vocant ἐμφρούρους. quod ad verbum eſt munitos Xenophon in Laconicis καὶ μὴν τὸ ὑπὸ οἴνου μὴ σφάλλεσθαι ἐπιμελεῖσθαι εἰδότας, ὅτι ἔνθαπερ ἐδείπνουν οὐ καταμενοῦσι, καὶ τῇ ὄρφνῃ ὅσα ἡμέρᾳ χρηστέον. οὐ γὰρ δὴ ὑπὸ φανοῦ τὸν ἔτι ἔμφρουρον ἔξεστι πορεύεσθαι. Ita videmus in Horatio eſſe penum abſtruſæ Græcarum venuſtatum copiæ.

Quid faceres) Magis placet ſcriptura libri noſtri, *Quid facerem?*

VARIORUM.

Campania terra) Hoc loquendi genus Poëtis admodum familiare. Sic Horat. *Adriam mare*. Sic *ſexum marem*, pro maſculino Arnob. lib. IV. Tertullianus de Pallio c. III. *Audaciam Græciam*, ſimiliter. Propert. *Heroas manus. Horatia pila, Auguſta navis*. Prudentius *Lucinas horas*. Martialis. *Lybiam palæſtram*. Meurſius.

Tu procul

O quoties, verbis ne quiſquam conſcius eſſet,
  Ipſe comes multa lumina nocte tuli!
Sæpe inſperanti venit tibi munere noſtro,
  Sed latuit clauſas poſt adoperta fores.
Tum miſer interii, ſtulte confiſus amari:
  Nam poteram ad laqueos cautior eſſe tuos.
Quin etiam attonita laudes tibi mente canebam:
  At me nunc noſtri, Pieridumque pudet.
Illa velim rapida Volcanus carmina flamma
  Torreat, & liquida deleat amnis aqua.
Tu procul hinc abſis, cui formam vendere cura
  eſt,
  Et pretium plena grande referre manu.
At te, qui puerum donis corrumpere es auſus,
  Rideat aſſiduis uxor inulta dolis.
Et cum furtivo juvenem laſſaverit uſu,
  Tecum interpoſita languida veſte cubet.
Semper ſint externa tuo veſtigia lecto,
  Et pateat cupidis ſemper aperta domus.

Nec

J. SCALIGER.

Tu procul hinc abſis) Hanc chriam in gnomen convertunt Eclogaria illa:

Sit procul a nobis formam cui vendere cura eſt.

VARIORUM.

Ipſe comes multa lumina nocte tuli) Placet *Verbis*, præ novo aliorum commento, *Vobis*. Hoc enim dicit Poëta; Sæpe ſe puero ſuo, cum amica communi clandeſtinum iter ingreſſo, cereum intempeſta nocte adluxiſſe. neque puduiſſe quidquam, amorum ſuorum exercitori, hoc eſt, & æmulo, & rivali ſuo deducti, imo pronubi, ne dicam productoris officium præſtare. Atqui inquiet hic aliquis; Quid ergo ad furtivas & tumultuarias nuptias opus daducho? Nimium vero, & cauſſam ſubjungit ipſus: ne videlicet furtim quiſpiam, & quaſi ex inſidiis aucupans cum auritis plagis jocoſos duorum amantium ſermones, ſecretasque blanditias, tenebrarum præſidio fretus, ſublegeret, corycæi ut conſuevere. cujus captioſiſſimi aucupii periculum non erat, quamdiu quidem Tibullus noſter, ne quis forte obreptaret curioſior, quaſi Argus quidam oculeus totus, reſtr:cis præſidens, non gravaretur frequentem obſervatione operam ſuam locare. Jam ad illam phraſim quod attinet: *Lumina tuli*; eam vero habuimus & ſupra, in baſilica illa Edictione: *Nec prope fulgenti lumina ferte face.* Douſa P.

Enarraiſſe.

Nec laſciva ſoror dicatur plura bibiſſe
Pocula, vel plures emeruiſſe viros.
Illam ſæpe ferunt convivia ducere Baccho,
Dum rota Luciferi provocet orta diem.

Illa

J. SCALIGER.

Emeruiſſe viros) τὸ Emerere viros in ea ſignificatione, in qua illud: *Quæ tot nocte viros peregit una.*

VARIORUM.

Nec laſciva ſoror dicatur plura bibiſſe
Pocula, quam plures hac meruiſſe viros)

Merere viros, eleganter imo proprie. Hinc enim *Meretrices* dictæ; ac *Scorta meritoria.* Vide Nonium. niſi cui Autati potius, ac Scaligeri ſententiam ſequi conſilium eſt, *Emeruiſſe*, legentium, hoc eſt, emeritos, vaſiſque ac lateribus exhauſtis, quaſi ſtipendiis expunctos, imo ex peculiatos penitus reddidiſſe. *Douſa P.*

Illam ſæpe ferunt convivia ducere Baccho,
Dum rota Luciferi provocet orta diem.)

Attribuit currum Lucifero, quum apud alios fere ſolo equo vectetur fuſco quidem veſpere, quando dicitur ἕσπερος, candido autem mane, quando eſt φωσφόρος. Quod ex Ovidii verſu in Faſtis; *Heſperus & fuſco roſcidus ibat equo* obſervavit ſeculi noſtri ornamentum Joſ. Scaliger in libro ſecundo ſingularis illius atque admirandi operis de Emendatione Temporum. Quod quia ab illo tantum obiter dictum eſt, neque pluribus auctorum teſtimoniis confirmatum, ad fidem majorem hic accuratius quædam exædificare decrevi ſuper fundamentis ab illo jactis. De *candido* quidem *equo* non memini legere. Cæterum de *fuſco* eſt apud Pedonem Albinovanum Elegia in Mæcenatis obitum:

Quæſivere chori juvenem ſic Heſperon illū,
Quem nexum medio ſolvit in igne Venus:
Quem nunc inſuſcis placida ſub nocte nitentem
Luciferum contra currere cernis equis.

Ni quod & hic videtur de curru intelligi poſſe, cum dicit *equis*. Sed apertius Statius Papinius in VI. Thebaid.

Roſcida jam noviés cælo dimiſerat aſtra
Lucifer, & totidem Luna prævenerat auro
Mutato nocturnus equo --- --- ---

Quod autem Scaliger addit; *deſultorem* dici Luciferum, pareſque equos habere, ut deſultores in Circo, quoniam exemplum nullum adduxit, auctoritatem ejus rei commoda petam a' Caſſiodoro ita ſcribente: *Equi deſultatorii, per quos Circenſium miniſtri miſſus denunciant exituros, Luciferi præcurſorias velocitates imitantur.* Sed neque illud obſervatione indignum, aut ab hoc loco alienum eſt, Horatium, (quod tamen monere neglexerunt Commentatores.) utramque Veneris ſtellæ adpellationem ſub *Veſperi* vocabulo confudiſſe, quum ait:

--- --- --- *Nec tibi Veſpero*
Surgente decedunt amores
Nec rapidum fugiente Solem.

Heſperus enim hic etiam pro *Lucifero* accipitur, cujus rei haud ſcio an exemplum aliud exſtet, niſi quod Plautus in Amphitruone *Nocturnum* (quem non noctis Deum, ut vulgo capiunt; ſed Heſperum eſſe mihi perſuadeo.) pro Lucifero ſumſerit ut quidem eum locum præter interpretum mentem explicandum cenſeo.

Credo ego noctu nocturnum obdormiſſe ebriū.

Valde enim inſulſus jocus fuerit, ſi noctis Deum, qui tunc, diei finibus in arctum redactis, pomœria ſua valde extenderat; ac non potius Luciferum, quod nō exoriretur, velut ſui muneris oblitum in ſomnum profundiorem incidiſſe intelligat, præſertim quum Solem eandem ob cauſſam paulo poſt accuſet his verbis:

Credo edepol equidem dormire Solem atque appotum probe!

Neque turbet aliquem, quod ſtatim deinde *Veſperuginis* mentio fiat a Soſia; hæc enim decore confunduntur in perſona ſervi.

Noctur-

Illa nulla queat melius conſumere noctem,
  Aut operum varias diſpoſuiſſe vices.
At tua perdidicit, nec tu ſtultiſſime ſentis,
  Cum tibi non ſolita corpus ab arte movet.
Tune putas illam pro te diſponere crines?
  Aut tenues denſo pectere dente comas?
Iſta hæc perſuadet facies, auroque lacertos
  Vinciat, & Tyrio prodeat apta ſinu?
Non tibi, ſed juveni cuidam vult bella videri,
  Devoveat pro quo remque, domumque tuam,
Nec facit hoc vitio, ſed corpora fœda podagra,
  Et ſenis amplexus culta puella fugit.

Huic

Nocturnum porro pro Heſpero videtur etiam Statius accepiſſe in verſibus quos modo adduxi, quum dicit,

Mutato Nocturnus equo. --- ---

Niſi ſit Luciferi epithetum, & *nocturnum Luciferum*, pro *Noctifero* poſuerit. Hæc ſcripſeram, cum deprehendi poſtea in Lactantio, ſive Lucratius eſt, Statii interprete, hęc, quę unice ad rem noſtram faciunt *Lucifer & mane oritur, & veſpere. ſed equo mutato.* ac paulo poſt: *Poſt autem quadrigas dant Soli, bigas Lunæ, equos ſingulos ſyderibus. eundem ergo Veſperum vult haberi, ut Horatius Veſperum pro Lucifero poſuit* Sed ut tandem ad Tibullum redeamus, video quomodo Lucifer e curru ſuo, cui eum modo impoſueram, deduci ac detrahi poſſit in hoc quidem Tibulliano verſu, ſed non cantu, quod Lunæ ſupra apud hunc noſtrum eventurum fuerat. niſi æra repulſa reſticiſſent, verum ſignificatione mutata ſi *rotam Luciferi* ſcilicet pro ipſo Lucifero capiamus. ut *rotam Solis* pro ipſo Solis corpore legimus apud Lucretium, Ciceronem, Virgilium, Sidonium Apollinarem atque alios. *Dousa F.*

J. SCALIGER.

Illa queat nullam) Recta eſt ſcriptura in noſtro:

Illa nulla queat melius conſumere noctem.

Iſta hac perſuadet] Poteſt & εἰρωνικῶς ſine interrogatione: Scilicet iſta facies tua illi perſuadeat, ut ſe ornet tibi. Quaſi dicat: cadaveroſa hæc facies tua nunquam illam alliciet, &c.

VARIORUM.

Remque domumque tuam) Lipſius emendat: *Teque domumque tuam.* ex Propertio *Improba qui tulerim teque tuamq; domum.* Et vere faveo conjecturæ iſti, ut *domus* pro gente ſcilicet & familia accipiatur. Aut certe mariti ædes intelligendæ, in quas ſponſa primum ex more deducta fuerat jam olim. Unde locutio uſitatiſſima *uxorem domum ducere* pro *nuptias facere*, & quod nos *ducere* ſimpliciter dictitamus. Quanquam & *rem* retineri non inſulſe poſſet, atque ad ſenile retritum rutabulum ambigue accommodari. Quis enim neſcit partes eas quibus viri cluimus per *res*, *vaſa*, ac *peculium* honeſta circuitione effatas atque enunciatas antiquitus. *Douſa. P.*

Fixa

Huic tamen accubuit noſter puer. hunc ego credam
  Cum trucibus Venerem jungere poſſe feris.
Blanditiaſne meas alii tu vendere es auſus?
  Tune alii demens oſcula ferre mea?
Tunc flebis, cum me vinctum puer alter habebit,
  Et geret in regno regna ſuperba tuo.
At tua tum me pœna juvet, Venerique merenti
  Fixa notet caſus aurea palma meos:
Hanc tibi fallaci reſolutus amore Tibullus
  Dedicat, & grata ſis, Dea, mente, rogat.

ELEGIA X.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
  Quam ferus, & vere ferreus ille fuit!
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
  Tunc brevior diræ mortis aperta via eſt.
At nihil ille miſer meruit, nos ad mala noſtra
  Vertimus, in ſævas quod dedit ille feras.
Divitis hoc vitium eſt auri: nec bella fuerunt,
  Faginus adſtabat cum ſcyphus ante dapes.

Non

J. SCALIGER.

Fixa notet caſus aurea palma meos) Ego ſuſpicor legendum *aurea lamna*. Nam in lamina, non in palma eos notare potuit. Deinde nulla eſt hic victoria, ut palma opus ſit, ſed eſt tabella ἐυχαϱιστικὴ tanquam naufragium evaſerit. Sed non dubium eſt, quin parma legendum ſit. In clipeolis enim ſignabant ſua vota, aut ἐυχαϱιστήϱια, quos ita dedicabant.

Quis fuit horrendos) Ejuſdem argumenti cum fine primæ hujus libri Elegiæ. Nam deteſtatur bella, quia invitabatur a Meſſala ad expeditionem in orientem. Unde ait: *Nunc ad bella trahor*,

At nihil ille miſer meruit) Melius, meo judicio, Eclogaria: *Forſan & ille nihil meruit*. --

VARIORUM.

Aliis) ipſius *Alii*, bis itidem repetitum dandi caſu libenter legerim. Conſtat enim de uno ſilicernio tantum, cum quo frater ſuus caput limaſſet, loqui poëtam. *Douſa P.*

Divitis hoc vitium eſt auri) Eleganter & vere malorum omnium cauſſam auro potius quam ferro imputandum cenſet, ut & Ovidius, Metamorph. lib. 1. *Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum*

Non arces, non vallus erat, ſommumque petebat
  Securus varias dux gregis inter oves.
Tunc mihi vita foret, vulgi nec triſtia noſſem
  Arma, nec audiſſem corde micante tubam.
Nunc ad bella trahor: & jam quis forſitan hoſtis
  Hæſura in noſtro tela gerit latere.
Sed patrii ſervate Lares. aluiſtis & iidem,
  Curſarem veſtros cum tener ante pedes.
Neu pudeat priſco vos eſſe e ſtipite factos,
  Sic veteris ſedes incoluiſtis avi.
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
  Stabat in exigua ligneus æde Deus.
Hic placatus erat, ſeu quis libaverat uvam,
  Seu dederat ſanctæ ſpicea ſerta comæ.
Atque aliquis voti compos liba ipſe ferebat.
  Poſtque comes purum filia parva favum.
At nobis ærata Lares depellite tela,
  *   *   *

  Hoſtiaque e plena myſtica porcus hara.
Hanc pura cum veſte ſequar, myrtoque caniſtra
  Vincta geram, myrto vinctus & ipſe caput,

J. SCALIGER.

Hoſtiaque e plena] Larum victima familiaris & compitalitia, porcus. Propertius:

Parva ſaginati luſtrabant compita porci.

Nihil eſt integrius hoc loco, quem tamen docti viri mancum clamant.

Myſtica] Propter Cererem, ut nemo neſcit. Itaque in nummo Q. VIBI. C. F. cuſa eſt Ceres cum porca.

Hanc pura) Scribe *Hanc*, ut eſt in manuſcripto. Hanc victimam ſcilicet.

VARIORVM.

Micante.) ita in optimæ notæ exemplaribus non *tremente*, quod a gloſſa eſt. Neque aliter Virgilius; quaſi ipſus ſeſe explicans. *micat auribus & tremit artus.* item Ovid. haud ſemel. *torque timore micat.* *Douſa P.*

Sic veteris ſedes incoluiſtis avi.] *Veteris avi*, dicit, ad avitam generis ſui nobilitatem (ut arbitror) denotandam, jam inde ab antiquo annulorum jure, ac Equeſtri dignitate inſignis. *Douſa P.*

Ipſa ferebat] legendum haud dubie *ipſe*. quomodo & paulo poſt:

Ruſticus e lucoque vehit male ſobrius ipſe.

non *ipſo*. aut *E luco revehit*. id quod Criticis noſtris animos tantopere adauxit. *Douſa P.*

Hoſtiaque e plena) V. C. Lipſii. *Hoſtia erit plena myſtica porcus hara*. unde nullam lacunam eſſe apparet, ut etiam commoniti ſumus a Tibulli enarratoribus nullum lacunæ veſtigium in libris chirographis apparere. *Douſa P.*

Q Sic

Sic placeam vobis. alius ſit fortis in armis,
Sternat & adverſos Marte favente duces.
Ut mihi potanti poſſit ſua dicere facta
Miles, & in menſa pingere caſtra mero.
Quis furor eſt atram bellis accerſere mortem?
Imminet, & tacito clam venit illa pede.
Non ſeges eſt infra, non vinea culta, ſed audax
Cerberus, & Stygiæ navita puppis aquæ.
Illic percuſſiſque genis, uſtoque capillo
Errat ad obſcuros pallida turba lacus.
Quam potius laudandus hic eſt, quem prole parata
Occupat in parva pigra ſenecta caſa.
Ipſe ſuas ſectatur oves: at filius agnos,
Et calidam feſſo comparat uxor aquam.
Sic ego ſim, liceatque caput candeſcere canis,
Temporis & priſci facta referre ſenem.
Interea pax arva colat. PAX candida primum
Duxit araturos ſub juga curva boves.

Pax

J. SCALIGER.

Sic placeam vobis) o Lares. Quare fruſtra hic deſiderari aliquid ſuſpicantur.

Illic percuſſiſque genis) Liber ſcriptus *perſciſſiſque*. Perſcindere genas, quod in lege XII. tabularum radere genas, ἀμύσσειν. Niſi quis malit *Perciſis*. *Os tibi perciſum eſt*. Martialis & Plautus.

VARIORUM.

Puppis aquæ.) in V. C. Lipſii. *pullus aqua* lectitabatur. *Douſa. P.*

Perſciſſiſque.] malim *pertuſiſque*, quam *percuſſiſque* legi, aut etiam *Perciſis*. Sic eadem elegia poſtea. *Flet teneras ſubtuſa genas*. *Douſa. P. Pertuſis* puto. Claudianus Africa. *Et contuſa genas mediis apparet in aſtris*. *Livin.*

Et calidam feſſo comparat uxor aquam.) Attigiſſe videtur poëta morem antiquum. Solebant namque veteres ex itinere feſſi aqua calida ſe fovere, atque lavare. Plautus Epidico, ſce. Male morigeras, - - *Abi intro, ac jube huic aquam calefieri*. Ubi Epidicus monet Stratippoclen, ut jubeat aquam calefieri ad lavandam virginem peregre venientem: & in Bacchid. ſc. - - - *aqua calet, eamus hinc intro, ut laves: Nam ut in navi vecta es, credo timida es*. Et in Trucul. ſc. piſcis ego credo. *Sed obſecro hercle Aſtaphium, i intro, ac nuncia. Me adeſſe tu i propere, & ſuade jam ut ſatis laverit.* Ramirez.

Duxit araturos.) *Aratores* eſt in V. C. Lipſii. quod placet, cum pro eo etiam Ovidius faciat. I. Faſt. *Cedebat taurus arator equo*. *Douſa. P.* Sic Pulchre reſpondebit illi quod Græci Poëtæ dicunt ἀροτῆρας. Orpheus hymno in Cererem: ἡ πρώτη ζεύξασα βοῶν ἀροτῆρα τένοντα. *Douſa F.*

Pax

Pax aluit vites, & ſuccos condidit uvæ,
Funderet ut gnato teſta paterna merum.
Pace bidens, vomerque vigent: at triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus.
Ruſticus e lucoque vehit male ſobrius ipſo
Uxorem plauſtro, progeniemque domum.
Sed Veneris tunc bella calent, ſciſſoſque capillos
Fæmina, perfractas conqueriturque fores?
Flet teneras ſubtuſa genas: ſed victor & ipſe
Flet ſibi dementes tam valuiſſe manus.
At laſcivus Amor rixæ mala verba miniſtrat,
Inter & iratum lentus utrumque ſedet.
Ah lapis eſt ferrumque, ſuam quicumque puellam
Verberat: e cælo deripit ille Deos.
Sit ſatis e membris tenuem perſcindere veſtem:
Sit ſatis ornatus diſſoluiſſe comæ:

Sit

J. SCALIGER.

Pace bidens vomerque vigent) Excerpta, *nitet. ſplendeſcere vomer aratro.* Virgil. Marcus Cato in oratione ad filium: *Vir bonus eſt, Marce fili, colendi peritus, cujus ferramenta ſplendent.*

Ruſticus e lucoque vehit) Nihil muto. Poterat tamen legi:

Ruſticus elucoque vehit male ſobrius ipſe, &c.

Male ſobrius eluco. Elucus, ἐωλοκρασία. Tertullianus: *ab eluco defenſitare.* Vide Gellium libro decimo ſexto, capite duodecimo.

Flet teneras ſubtuſa genas) Lego, *ſubfuſa.* Virgilius:

Triſtior, & lacrimis oculos ſubfuſa nitentes.

Facile divinatu, quare pudicitia expugnata erubeſcat. Poteſt etiam retineri *ſubtuſa* verberata. Sed altera lectio melior.

Sit ſatis ornatas) Noſter liber, *Sit ſatis ornatus diſſoluiſſe coma.* ſatis ſit, diſtruxiſſe ſuggeſtum comæ.

VARIORUM.

Male ſobrius ipſo) V.C. non *ipſo* ſed *uno* referebat, quod ſi cui probetur, unitatem iſtam *Plauſtro* non *Luco* accommodandam meminerit ſibi. *Dou*ſ*a F.*

Ah lapis eſt ferrumque) Sic Ennius Andromacha: ---- *Sed quaſi ferrum, aut lapis Durat rarenter gemitum conatur gravem.* Ita enim lego & diſtinguo iſta. Moſchus Idyll. ---- ---- πέτρης ὄγ᾽ ἔχων νόον, ἢὲ σιδήρῳ Καρτέρου ἐν στήθεσσι. ---- ---- Hinc & *lapideum cor* Ennius & σιδήρεον ἦτορ. Homerus dixit *Douſa F.*

Sit lacrymas moviſſe ſatis. quater ille beatus,
  Quo tenera irato flere puella poteſt.
Sed manibus qui ſævus erit, ſcutumque ſudemque
  Is gerat, & miti ſit procul a Venere.
At nobis pax alma veni, ſpicamque teneto:
  Perfluat & pomis candidus ante ſinus.

ALBII

VARIORUM.

Quo tenera irato.) repono *Quoi*, pro *cui*, more Catulli & veterum. Eidem etiam caſui hoc verbum lib. 2. Eleg. 5. connexuit Tibullus:

Nam ferus ille ſua plorabit ſobrius idem.

& Propertius.

Felix qui potuit præſenti flere puella.

Douſa P.

Quiſquis

ALBII TIBULLI, EQUITIS ROMANI

LIBER II.

ELEGIA I.

Quiſquis adeſt faveat: fruges luſtramus, & agros,
Ritus ut a priſco traditus extat avo.
Bacche veni, dulciſq; tuis e cornibus uva
Pendeat & ſpicis tempora cinge Ceres.

Luce

J. SCALIGER.

Quiſquis adeſt valeat) Lege, *faveat.* Alibi:

Quiſquis ades, lingua, vir mulierque, fave.

Et ſpicis) Mallem, *at ſpicis.* Et ita poſtulat ſententia.

VARIORUM.

Quiſquis adeſt faveat) Sacra cœtumque a faventibus celebrari præcipit Virgilius lib. I. & VIII. Æneid. Formula, quantum auguror, ita concipiebatur: LINGUIS FAVETE QUISQUIS ADES. Hanc ego conjecturam ex Ovidio & Tibullo caplo: quibus magiſtris lubenter errare me patiar. Ovid. l. XV. Meta.

— — cognovit numina caſtos
Evinctus vitta crines albente ſacerdos:
EN DEUS EST! DEUS EST! ANIMIS LINGUISQUE FAVETE
QUIQUIS ADES, *dixit: ſis, o pulcerrime, viſus*
Utiliter, populoſque juves tua ſacra colentes.
QUISQUIS ADEST, *viſum veneratur numen, & omnes*
Verba ſacerdotis referunt geminata piumq;
Æneadæ præſtant & MENTE ET VOCE FAVOREM.

Idem in Ibin.

Nulla mora eſt in me: peragam rata vota ſacerdos:
QUISQUIS ADES, SACRIS ORE FAVETE MEIS.

Verbum autem hoc QUISQUIS utrumque ſexum continere, vel me tacente, mediocriter docti intelligunt. Non. Marcellus *Quiſquis & gen. femin. attribui poſſe veterum autoritas voluit.* Livius: *Mulier quiſquis es, te volumus.* Cæcilius: *Quaſo igitur quiſquis es mea mulier.* Pacuv. *Quiſquis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine.* Briſſonius.

Quiſquis adeſt, faveat) malim: *quiſquis ades, faveas.* ſic infra:

Quiſquis ades lingua vir mulierque fave.

Donſa F.

O. Pal. Commel. *valeat.* Cum quondam de hoc verſu incideret ſermo apud Cl. Gruterum noſtrum probabat valde τὸ *valeat.* Eadem tamen joci cauſa conjectabat, *quiſquis abeſt valeat*: Quod video ſerio factum a Pimpontio ad lib. 2. Æneid. verſ. 98. *Gebhardus.*

E cornibus uva Pendeat.) Dictus eſt Bacchus Taurus, & illi cornua attributa, & cognomen etiam factum ταυρόκερως, *Tauricornus*; ut eſt apud Nicandri Comment. in Alexipharm. Idem & ab Orpheo in hymn. βουκέρως & δικέρως vocatus. id eſt, *Bucerus* & *Bicornis.* Hinc Ovid. *Accedant capiti cornua, Bacchus eris.* Giraldus

Plena

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
Et grave ſuſpenſo vomere ceſſet opus.
Solvite vincla jugis: nunc ad præſepia debent
Plena coronato ſtare boves capite.
Omnia ſint operata Deo: non audeat ulla
Lanificam penſis impoſuiſſe manum.
Vos quoque abeſſe procul jubeo. diſcedat ab aris,
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Caſta

J. SCALIGER.

Plena coronato ſtare boves) Excerpta. *Plena coronato vertice ſtare boves.*

VARIORUM.

Plena coronato ſtare boves capite.) Sic Conſalibus equis & aſinis coronatis requiem largiri ſolitos author eſt Plutarch. Ρ'ωμαϊκ. Problem. *Livineius*, & Dioniſius Halicarnaſſæus.

Omnia ſint operata Deo.) *Operandi* verbum in rebus divinis uſurpabant. Cornel. Tacit. lib. I. *Nox eadem lætam Germanico quietem tulit; viditque ſe* OPERATUM, *& ſanguine ſacro reſperſa prætexta, pulcriorem aliam manibus aviæ Auguſtæ accepiſſe.* Horat. lib. III. Ode XIV. *Unico gaudens mulier marito Prodeat juſtis* OPERATA *divis.* Virgil. lib. I. Georg. ---- ---- *lætis* OPERATUS *in herbis.* Idem in Ciri: *Dum ſacris* OPERATA *deæ. Julius Obſequens de Prod. Peſtilentia fameque ita laboratum, ut ex Sibyllinis populus circa compita, ſacellaque* OPERATURUS *fęderis* Pomponius apud Nonium Marcellum: *Ad Veneris profectus eſt mane vetulus, votum ut ſolveret, ibi nunc* OPERATUS EST. Operationis etiam dies à Feſto Pompejo in privatis feriis numerantur. *Briſſonius.*

Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.] A ſacris arcebant heſterna Venere inquinatos. Unde Lampridius in Alexandro: *Primum uſus vivendi eidem hic fuit: primum ſi facultas eſſet, id eſt, ſi non cum uxore concubuiſſet, matutinis horis in larario ſuo rem divinam faciebat.* Belle itaque Ovidius lib. III. Amor. Eleg. VI. *A tenera quisquam ſic ſurgit mane puella, Protinus ut caſtos poſſit adire deos?* Nec vero illoto corpore ad ſacra ſtatim acceſſiſſe Venere pollutos oſtendit Perſius Satyr. II. cum ait: *Hæc ſancte ut poſcas, Tiberino in gurgite mergis Mane caput, bis terque, & noctem flumine purgas.* Illic enim, *noctem* nocturnum concubitum accipere oportet. Quem Perſii locum D. Hieronymus citat in Apol. pro libris adverſus Jovinianum. *Sed ipſorum*, inquiens, *conſcientiam convenio, qui eadem die poſt coitum communicant, &, juxta Perſium, noctem flumine purgant.* Cicero lib. II. de LL. Atque adeo poſt illud nocturnum opus mulieres aqua ſumpta ſeſe purificaſſe oſtendunt, obſcure quidem Ovid. lib. III. Amor. Eleg. VI. poſtremis verſibus. Auctor incertus in Priapeis. & Cic. in orat. pro Cœlio: apertius vero Suetonius in Auguſto, c. XCIV quo loci Attiam refert, cum ad ſolemne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet poſita in templo lectica, dum ceteræ matronæ dormirent, obdormiiſſe, draconemque repente irrepſiſſe ad eam, paulloque poſt egreſſum: illam vero expergefactam quaſi a concubitu mariti, purificaſſe ſe. & ſtatim in corpore ejus exſtitiſſe maculam velut depicti draconis, nec potuiſſe unquam eximi, adeo ut mox publicis balneis perpetuo abſtinuerit. *Briſſonius.*

Et manibus

Caſta placent Superis. pura cum veſte venite,
  Et manibus puris ſumite fontis aquam.
Cernite, fulgentes ut eat ſacer agnus ad aras,
  Vinctaque poſt olea candida turba comas.
Dii patrii, purgamus agros, purgamus agreſtes,
  Vos mala de noſtris pellite limitibus.
Neu ſeges eludat meſſem fallacibus herbis,
  Neu timeat celeres tardior agna lupos.
Tum nitidus plenis confiſus ruſticus areis,
  Ingeret ardenti grandia ligna foco,

J. SCALIGER.

Tum nitidus plenis confiſus ruſticus agris) Profecto hic eſt ſpurium neſcio quid in voce AGRIS. Ego cenſeo legendum, *areis*, per ſynæreſin. Quod quam melius ſit, quam id, quod editum eſt, nemo non videt. Nam hoc vult: quemadmodum pro novis frugibus ambaruale ſacrificium fit: ita pro collectis alterum fit plenis ſcilicet areis, & bene NITIDVM: quaſi epulis functum. *Horatius:*

Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes.

VARIORVM.

Et manibus puris ſumite fontis aquam] Solemni præfatione eos quibus puræ manus non erant, ſacris arceri conſueviſſe, Livius lib. XLI tradit his verbis: *Cum omnis præfatio ſacrorum eos, quibus non ſint* PVRÆ MANVS, *ſacris arceat.* Lucianus περὶ θυσιῶν. Καὶ τὸ τὸ μὲν πρόγραμμά φησιν μὴ παριέναι εἴσω περιρραντηρίων ὅστις μὴ καθαρός ἐστι τὰς χεῖρας. Inde eſt quod Virgilius in eo voto, quod pro ſua Æneide Veneri ſuſcipit in Catalectis, PVRIS, inquit, *ferta feram* MANIBVS. Sic & Alcumena apud Plautum in Amphitryone, Act. v. Sc. 1. Deos immortales manibus puris ut ſibi auxilium ferrent, invocaſſe dicitur. Simili modo & Tibullus hoc loco ad ſacra accedentes MANIBVS PVRIS *fontis aquam ſumere* jubet. PVRAS autem MANVS tam a ſordibus & illuvie, quam a cæde & ſanguine, in ſacris exigebant. Pollutas namque & ſanguinolentas manus a ſacris repulſas & rejectas fuiſſe patet. Reliqua pete ex Briſſonii lib. 1. & Ramirezio in lib. III. Mart. Epigr. III.

Tellite limitibus.] Vet. lib. *tollite liminibus.* Limina dicuntur etiam, & termini: Epitoma Feſti in poſtliminium: & Siculus Flaccus de condit. agr. limites a liminibus appellatos eſſe. *Paſſerat.*

Seges.) pro *frugibus* adhibetur, ut a Marone, *quid faciat latas ſegetes.* Scottus.

Grandia ligna) *Grandia ligna* opponuntur *coculis.* Feſtus: *Cocula vaſa aenea coctionibus apta. Alii cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur obſonia.* Apollonius quoque ex Homero vocat ξύλα κάγκανα lib. 1, Verſ. 1182. Quæ interpres reddit ξηρὰ ξύλα. Ovid. lib. IV. Faſt. *Ille domum glandes excuſſaque mora rubetis Portat, & arſuris arida ligna focis.* Gebhardus.

Turbaque vernarum, ſaturi bona ſigna coloni,
  Ludet, & ex virgis extruet arte caſas.
Eventura precor. viden' ut felicibus extis
  Significet placidos nuntia fibra Deos?
Nunc mihi fumoſum veteris proferte Falernum
  Conſulis, & Chio ſolvite vincla cado.
Vina diem celebrent. non feſta luce madere
  Eſt rubor, errantes & male ferre pedes.
Sed bene Meſſallam, ſua quiſque ad pocula dicat,
  Nomen & abſentis ſingula verba ſonent. Gen-

J. SCALIGER.

Extruet arte caſas) Repone veterem ſcripturam, *ante*. Sic alibi: *& feſtas extruet ante Ceſpitibus menſas.*

Nunc mihi fumoſos) Hoc ὑποβολιμαῖον. Sed nos legimus:

Nunc mihi nunc fumos veteris proferte Fa- (*lernos.*
Conſulis --- Fumos Falernos, hoc eſt vina quæ fumum bibere ſunt inſtituta, ut loquitur Horatius:

Amphora vinum bibere inſtituta.

Unde recte ea vina fumos vocabant. Sed Martialis fumos Maſſilitanos dixit in deteriorem partem, quod non poteſt dici de Falernis vinis. Ea enim non opus habebant bibere fumum. Infodiebantur enim, ut vetuſtate gratiam acquirerent. Quare aſſentior iis, qui fumoſum Falernum legunt.

Sed bene Meſſalam) Ovidius:

Et, bene, dic domina, bene cum quo dormiet illa.

Tamen utrumque admitti poteſt: neque utrovis modo legas, magnopere laboro.

VARIORUM.

Turbaque vernarum.] ante focum & Lares, ludere ſolebant pueri, tam liberi, quam ſervi. Ipſe El. ſuperiore proxima:

Sed patrii ſervate Lares: aluiſtis & iidem
Curſarem veſtros cum tener ante pedes.

Et Eleg. II. hujus libri, ad Genium, ſive Larem, ait: *Ludat & ante tuos turba novella pedes.* Horat. od. II. Epod. *Poſitoſque vernas; ditis examen domus, circum renidentes Lares.* Mart. *Cinguntque ſacrum lacti ei focum vernæ.* Paſſerat.

Eventura precor.) Interdum hoc ſibi ſumebant & adrogabant, ut eventura adfirmarent quæ precabantur. Pedo Albinovanus in Carmine Conſolatorio ad Liviam:

EVENTURA PRECOR: *Deus excuſare priora*
Dum volet, a Druſo cætera læta volet.

Ovid. lib. II. de Ponto Eleg. I,

DII TIBI DENT ANNOS, *a te nam cætera ſumes,*
Sint modo virtuti tempora longa tuæ.
QUOD PRECOR EVENIET: *ſunt quædam oracula vatum:*
Nam Deus optanti proſpera ſigna dedit.

Idem poſtquam Ibin devovit, & multa ei imprecatus eſt, ſubjicit:

EVENIENT: *dedit ipſe mihi modo ſigna futuri*
Phœbus, & a læva mœſta volavit avis.

Et paulo poſt:

Hæc tibi quæ precibus juſſis mea devovet ira,
EVENIENT, *aut his non leviora mala.*

Briſſonius.

Sed bene Meſſalam, &c.) Mos Græcorum & Romanorum in ſympoſiis fuit, ut ad pocula amicorum, benefactorum, principum, bonis cum votis meminiſſent, eo ipſo gratiora ſibi vina facientes, & ſodales invitantes ad largius bibendum. Sic Ovid. lib. I. de arte amandi amatori præſcribens uti ſeſe in convivio gerere oporteat, ET BENE, ait, *Domina,* BENE, *cum quo dormiet illa Larga precatori ſumite vina manu.* Idem lib. II. Faſt. ET BENE NOS, BE-

Gentis Aquitanæ celeber Meſſalla triumphis,
  Et magna intonſis gloria victor avis,
Huc ades, adſpiraque mihi, dum carmine noſtro
  Redditur agricolis gratia Cælitibus.
Rura cano, ruriſque Deos: his vita magiſtris
  Deſuevit querna pellere glande famem.
Illi compoſitis primum docuere tigillis
  Exiguam viridi fronde operire caſam.
Illi etiam tauros primi docuiſſe feruntur
  Servitium, & plauſtro ſuppoſuiſſe rotam.
Tunc victus abiere feri: tunc inſita pomus:
  Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas:
Aurea tunc preſſos pedibus dedit uva liquores,
  Miſtaque ſecuro eſt ſobria lympha mero.
Rura ferunt meſſes, calidi cum ſideris æſtu
  Deponit flavas annua terra comas.
Rure levis verno flores apis ingerit alveo,
  Compleat ut dulci ſedula melle favos.
Agricola aſſiduo primum ſatiatus aratro
  Cantavit certo ruſtica verba pede, Et

NE TE, *patria pater optime Cæſar*, DICITE *ſuffuſo per ſacra verba mero.* Aſconius Pædianus ad illa Cic. III. in Verr. Res ex voluptate paulatim tranſiit in coactionem, etiam inter priſcos Chriſtianos: quippe adhibebantur ea nomina, ut, ſi quis, quamvis contra ſatietatem & lubitum reſpondere dubitaret, impietatis reus haberetur. Audi Ambroſium: *Quid obteſtationes*, inquit. *potantium loquar? Quid memorem ſacramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquiunt, pro ſalute imperatorum, & qui non biberit; ſit reus in devotione, videtur enim non amare imperatorem, qui pro ſalute ejus non biberit. Bibamus pro ſalute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorũ ſanitate.* Ricurſus Epiſcopus Sueſſionenſis ante 760. annos: *Invitati etiam preſbiteri a religioſis quibuſque pro memoriis carorum ſuorum non ſe inebrient, neque inter potula cantare præſumant, ſed neque precationes bibendi ſub nominibus ſanctorum exerceant,*

J. SCALIGERA.

Et magna intonſis gloria victor. ades) Mendum eſt in hac lectione. Nam quid eſt, *intonſis*? Non dubito Tibul. ſcripſiſſe:

Et magna intonſis gloria victor avis
Huc ades --- Nam ſcriptum erat, *abis.* ex quo fecerant, *ades.* Ovidius:
Hoc apud intonſos nomen habebat avos.

Agricola adſiduo primum ſatiatus) Fortaſſe, *Laſſatus* ---

VARIORUM.

Operire domum.) V.C. *caſam* pro *domum* quod in impreſſis vulgo lectitatur *Douſa. P.* Palat. ſec. *Caſam*. Gebhardus.

Conſita pomus) *inſita* non *conſita* legitur in eodem Cod. *Douſa. P.*

Et ſatur arenti primum eſt modulatus avena
  Carmen, ut ornatos diceret ante Deos.
Agricola & minio ſuffuſus Bacche rubenti
  Primus inexperta duxit ab arte choros.
Huic datus a pleno memorabile munus ovili
  Dux pecoris hircus. duxerat hircus oves.
Rure puer verno primum de flore coronam
  Fecit, & antiquis impoſuit Laribus.
Rure etiam teneris curam exhibitura puellis
  Molle gerit tergo lucida vellus ovis.
Hinc & femineus labor eſt, hinc penſa, coluſque,
  Fuſus & appoſito pollice verſat opus.
Atque aliqua aſſidue textrix operata, Minervam
  Cantat, & a pulſo tela ſonat latere.

Ipſe

J. SCALIGER.

Duceret ante Deos) Ducere carmen. Horatius: -- *forte epos acer Ut Varius nemo ducit* -- Quare non aſſentimur iis, qui legunt *diceret.*

Duxit ab arte choros] Legendum, *ab arce.* intelligit ἄςυ Athenienſiū. Primum chori in oppido introducti. a quo ἀςυκοὶ ἀγῶνες, qui Baccho fiebant. propterea hic mentio Bacchi. qui Ariſtophanem & veteres Grammaticos, item incomparabiles patris mei Poëtices commentarios legit, nunquam mirabitur, quare Bacchi mentio hic injecta eſt. Non enim adverterunt Tibullum hic initia Tragœdiæ ordiri. præſertim quum hircum datum in præmium dicat, a quo τραγῳδία dicta. Hoc enim eſt, quod ſubjungit:

Huic datus e pleno memorabile munus ovili
Dux pecoris hircus. duxerat hircus oves.

Duxerat hircus oves) Ita olim adoleſcentes emendavimus. Pauſanias Arcadicis: τοῖς δὲ ποιμέσιν ἡγεμόνες τῆς ποιμνης ἦσαν αἶγες. καὶ τοιαύτας οἱ ποιμένες ὀνομάζουσιν αὐτάς.

Et appulſo tela ſonat latere] Malim, *& appluſo tela ſonant latere. appluſo* pro apploſo. *Tela* numero plurali ſunt iſtonis inſtrumenta. Valer. Flaccus libro tertio:

Dat pictas auro, atq; ardentes murice veſtes
Quas rapuit telis formoſa vocantibus auſtris
Hypſipyle-- De hoc & lib. primo diximus.

VARIORUM.

Ut ornatos duceret ante deos.) *Ornatos* id eſt, coronatos, & ſertis redimitos: Sic Apulejus Mileſ. III. *Epona dea ſimulacrum reſidens adicula quod accurate corollis roſeis equidem* (lego *& quidem*) *recentibus fuerat ornatum.* Douſa. F.

Duxit ab arte choros) Recte. ita alibi. *Quem celer aſſueta verſat ab arte puer.* Ovidius. lib. 2. Amor. Eleg. 4. *Et tenerum molli torquet ab arte latus.* Livin.

Textrix operata Minervam Cantat.] Non male Fruterius Veriſimil. l. 1. cap. 5. *Textis operata Minerva.* Si libri alicujus Vet. Mſ. auctoritas confirmaret. Notum eſt, cantum ſolatium fuiſſe laborum in nendo. Claudianus lib. 1. Rapt. Proſerp,

Ipſa

Ipſe quoque inter agros, interque armenta Cupido
Natus, & indomitas dicitur inter equas.
Illic indocto primum ſe exercuit arcu.
Hei mihi quam doctas nunc habet ille manus!
Nec pecudes, velut ante, fierit: fixiſſe puellas
Geſtit, & audaces perdomuiſſe viros.
Hic juveni detraxit opes: hic dicere juſſit
Limen ad iratæ verba pudenda ſenem.
Hoc duce cuſtodes furtim tranſgreſſa jacentes
Ad juvenem tenebris ſola puella venit:
Et pedibus prætentat iter ſuſpenſa timore,
Explorat cæcas cui manus ante vias.
Ah miſeri, quos hic graviter Deus urget! at ille
Felix, cui placidus leniter afflat Amor.
Sancte veni dapibus feſtis, ſed pone ſagittas,
Et procul ardentes, hinc procul abde faces.
Vos celebrem cantate Deum, pecorique vocate,
Voce palam pecori, clam ſibi quiſque vocet:

Aut

Ipſa domum tenero mulcens Proſerpina cantu Inrita texebat reditura munera matri Ex Virgil. lib. VII. Æneid *Proxima Circæ*, *&c.* Ovid. Triſtium lib. IV el. I *Cantantis pariter data penſa trahentis Fallitur ancilla decipiturque labor.* Non ſolum autem Minervam ut præſidem fuſi ac radii, ſed Junonem quoque cantabant. Euripidem vide Iphigenia Taurica verſ XXII. *Gebhardus.*

J. SCALIGER.

Et procul ardentes hinc precor] Liber noſter, *hinc procul*, eſt enim *procul procul.* Supra, *Stet procul*, *aut alia ſtet procul ante via. procul procul eſt profani.* ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός Callimachus.

VARIORUM.

Dicitur) Pal. primus *ducitur*. Gebha.

Hinc procul abde faces.) ita in Mſſ. neque aliena nimium huic loco ejuſmodi iteratio, etiam Scaligeri ipſius calculo comprobata. *Douſa. P. Abdere* paſſim quidem *abſcondere* ſignificat, interim non eſt hæc princeps vocis notio, ſed notat etiam excludere, amovere, a ſe ſejungere. ſic *abde faces* eſt amove. Vide Gronovium de Pecunia Vet. lib. 4. cap. 8.

Aut

Aut etiam ſibi quiſque palam: nam turba jocoſa
Obſtrepit, & Phrygio tibia curva ſono.

Ludite

J. SCALIGER.

Aut etiam ſibi quiſque palam) Mirum hanc veteribus ſuperſtitionem fuiſſe, ut non niſi taciti vota conciperent. Infra:

Optat idē juvenis, quod nos, ſed tectius optat.
Nam pudet hæc illum dicere vota palam.

Item:

Illam aliud tacita jam ſibi mente rogat

Martialis:

Si quis erit recti cuſtos imitator honeſti,
Et nihil arcano qui roget ore Deos.

In Satyra:

At bona pars populi tacita libabit acerra.

Item:

Haud cuivis promptum eſt murmur tacitoſque ſuſurros
Tollere de templis & aperto vivere voto.

VARIORVM.

Aut etiam ſibi quisque palam, nam turba jocoſa, &c.) Hoc propterea ſubjicit, ut vota nuncupandi Amori palam, æqualibu ſuis fiduciam addat. neque enim periculum eſſe, *ne ſciantur*, *Aut ne quis malus invidere poſſit.* quamvis voce clara (hoc enim *Palam* eſt) libereque ac ſine ulla circuitione concepta, atq; enunciata. Cur ita? quod videlicet *Phrygia tibia ſonitus* & *Turba jocoſa*. I. cantantis, ac ſaltantis Chori ſtrepitus, & ruſticorum (Cerealibus, an Amatoriis, operantium Sacris?) diſſonus atque incompoſitus clamor Coryphæorum aures exſurdet planiſſime neque in curioſorum hominum ſenſus precum ac votorum ſuorum arcana penetrare aliquo patiatur. nedum ut novam riſus, aut liberioris joci materiam inimicis (ut ſolet) vel etiam rivalibus præbeant, in vulgus ridiculi cauſſa traducta porro, atque eliminara. *Douſa P.*

Ludite. jam nox jungit equos) Nocti equos & currum tribuit exemplo, ut opinor, Poëtę illius Tragici apud Ariſtoph. in Θεσμοφοριαζούσαις.

— — ὦ νὺξ ἱερὰ
Ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις
Ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
Αἰθέρος ἱερᾶς
Τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.

Nocti interdum bigæ tribuuntur; apud Varronem lib. IV. L.L. interdum quadrigæ, ut apud Poëtam noſtrum infra lib. III. Eleg. IV.

— — *curruque ſequuntur*
Matris laſcivo ſidera fulva choro.

Expreſſus locus ex illo Theocriti Idyllio II.

— — Χαίρετε δ' ἄλλοι
Ἀστέρες εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί.

Æſtuat in hujus Tibulliani loci explicatione Muretus Variar. lib. v. c. II. neque tamen ſe explicat: Quum enim probare velit ſatis lepide dici poſſe Noctem ſiderum matrem, nihil ad opinionis ſuæ confirmationem adfert, niſi quod Euripidi dicta ſit Nox ſiderum nutrix; quod quidem aliquid eſſet ſi *matrem* in Tibullo pro *nutrice* accipi vellet Plautino more, aut τροφὸν ſeu *nutricem* in Euripide pro *matre* Varroniano. Nunc quum apertiſſimus ſit Poëtæ ſenſus, apertior quoque explicatio quærenda, quam ſagaciter indagando videor inveniſſe: Eſt enim ab Orpheo ſumptum. ita in Hymnis ſcribente:

Ἀστέρες οὐράνιοι νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης.

Quod ſi quis cauſſam hujus opinionis quærat, non facile afferam aliquid certi. ſed tamen ſuſpicor id forte ab Heſiodi Theogonia fluxiſſe, qui Ætherem nocte genitum canit, quod & in UMBRA noſtra tetigimus. ætheris autem adpellatione quum οὐρανοῦ καὶ ἄστρων οὐσία comprehendatur, quod teſtatur Ariſtoteles ſeu Theophraſtus in lib. de mundo, quumque cœli & ſtellarum eadem ſit materia, ut a nobis ita explicatum eſt in

primo

Ludite: jam nox jungit equos, currumq; ſequuntur
Matris laſcivo ſidera fulva choro,

Poſtque

primo Rerum Cœleſtium, rectè dicetur etiam ſiderum mater; quæ cœli eſt. Sed ut hoc dubitanter pronuntiem, facit ambigua ſignificatio ætheris, quem in illo Heſiodi aërem deſignare Tzetzes commentator adſerit. Poteſt etiam altera ratio adferri ex Ægyptiorum Theologia, qui quoniam priuſquam mundus hanc elementorum diſpoſitionem ſortiretur, & ordinem quem videmus, involuta tenebris omnia fuerint, ex eo Noctem rerum matrem nuncupatam, Latonæque, id eſt noctis liberos Apollinem Dianamque, id eſt Solem & Lunam fingi volebant. Aut poſtremo referendum ad eam Philoſophorum opinionem, quæ noctem non ſolum antiquiſſimam, ſed & rerum omniũ productricem ac Deorum ipſorum obſtetricẽ eſſe credebat. Ita enim vetus Poëta, apud Proclum in commentario II. in Timæum Platonis: Μαῖα θεῶν ὑπάτη νὺξ. apud quem plura ad hanc rem pertinentia. *Douſa F.*

Laſcivo ſidera fulva choro.) Chorus ſiderum interdum generatim de omnibus ſtellis; ut hic, interdum de ſolis errantibus dicitur. Prioris ſignificationis multa exempla ex Varrone Atacino, Statio, Apulejo, Nonio, aliiſque adferre poſſem, quæ brevitatis gratia ſino præterfluere. Ponam tantum unum ex Varronis Marcipore.

Cum pictus aër fervidis late ignibus
Cœli choreas aſtricas oſtenderet,
Nubes aquai frigido velo leves
Cœli cavernas aureas ſubduxerant.

Poſterioris ſignificationis hæc legi. Manil lib. I. Aſtron.

Et quinque adverſo luctantia ſidera mundo
Exercent varias naturæ lege choreas.

Proclus Hymno in Solem:

Ζωσάμενοι δὲ πλανῆτες ἀειθαλέας σεο πυρσὺς
Αἰὲν ὑπαλλήκτοισι καὶ ἀκαμάτοισι χορείαις
Ζωογόνους πέμπουσιν ἐπιχθονίοις ῥαθάμιγγας.

Cauſſam dat Cenſorinus de die Natali cap. XIII. *Quare Dorylaus ſcripſit eſſe hunc mundum organum Dei: alii addiderunt eſſe idem* τὸ χορεῖον, *quia ſeptem ſunt vagæ ſtellæ, quæ plurimum moveantur.* Ubi fortaſſe *Deum* pro Sole poſuit exemplo Græcorum. Unde Martial. lib. XII. *Martis alumna dies, roſeam quo lampada primum Magnaque ſiderii vidimus ora Dei.* Interdum non ſimpliciter *Deus*, ſed *Deus Sol* dicitur. Inſcriptio vetus.

DEO
SOLI. INVICTO
P. POMPONIVS
CLITVS
EX. VOTO

Sed & *annum Dei*, apud eundem Cenſorinum pro *Solari* accipiendum obſervavit Florẽns Chriſtianus. *&c.* Sed ut e diverticulo in viam redeamus, & illud nobis enucleandum eſt, in Tibullo cur dicat *laſciva choro*. equidem tametſi ad cœleſtium motuum flexus ac varietates referri poſſit, tamen haud alio eum reſpexiſſe crediderim, quam quod inerrantium aſtrorum chorus tremula acie criſpare lumen ſuum & velut ſcintillare videatur. cujus rei cauſſas legere eſt apud Ariſtotelem lib. II. De Cœlo, & non minorem Ariſtotele Julium Cæſarem Scaligerum perfectiſſimum illud naturæ miraculum Exercit. LXII. Eandemque rem carmine a me expreſſam videbis, lib. I. Cœleſtium. *Douſa. F.*

J. SCALIGER.

Ludite jam nox) Ad verbum Euripides Ione:

μελάμπεπλος δὲ νὺξ ἀσύρωτον ζυγοῖς
ὄχημ' ἐπάλλεν. ἄστρα δ' ὁμάρτει θεᾷ.

Fal-

Poſtque venit tacitus, fulvis circumdatus alis,
Somnus, & incerto ſomnia nigra pede.

ELEGIA II.

DIcamus bona verba, venit natalis, ad aras.
Quiſquis ades lingua vir mulierque fave.
Urantur pia thura focis; urantur odores,
Quos tener e terra divite mittit Arabs.

Ipſe

VARIORUM.

Fulvis.) Fallor? an legendum *furvis*, aut certe *fuſcis*, quod agnoſcunt libri. Sic infra:

Et cum te fuſco ſomnus velavit amictu.

Certe fuſcas alas etiam ſomniis tribuit Euripides in Hecuba. *Douſa. F.* Lege:

Poſtque venit tacitus furvis circumdatus alis
Somnus, & incerto ſomnia pigra pede.

non *fulvis alis*, cum *fulva ſidera* proximo verſu præceſſerint. *pigra* etiam *ſomnia*, non *nigra*, ne bis idem dicat. Heinſius ad Metamorph. l. 2. verſ. p. 272.

Dicamus bona verba. venit natalis ad aras, Quiſquis ades lingua vir mulierque fave.) In rebus divinis, quæ publice fiebant, VT FAVERENT LINGVIS, imperabatur. quemadmodum a Cic. lib. I. De Divinat. & Plin. lib. XXVIII. Nat. Hiſt. c. II. memoriæ proditum eſt. Proinde Horatius velut antiſtitis Muſarum perſonam gerens.

FAVETE, ait, LINGUIS: *carmina non prius*
Audita, Muſarum ſacerdos,
Virginibus, puerisque canto.

Virgil. lib. V. Æneid. ORE FAVETE *omnes, & cingite tempora ramis.* Sed & Ovid. lib. II Faſtor. Terminalia deſcribens, alios ſerta libaque ferentes, alios vina libantes, reliquam porro multitudinem ſpectantem, & LINGVIS FAVENTEM facit. Idem lib. III. Amor. Eleg. XII. ait, ORE FAVENT *populi, tunc cum venit aurea pompa.* Propert. lib. III. Elegiar. *Sacra facit vates, ſint* ORA FAVENTIA *ſacris.* Sed quæ ſit horum verborum vis ac poteſtas, non ſatis convenit inter omnes. Seneca quidem hujuſmodi vocibus ſilentium imperatum fuiſſe interpretatur in lib. De vita beata ad Gallionem. Conſentiunt Servius & Donatus ad eum verſum lib. V. Æneid. ORE FAVETE. *&c.* Sunt, qui exiſtiment hujuſmodi voce populum, non ut taceret modo admonitum, ſed etiam ut bona verba diceret, ac profanis & male ominatis parceret. Quam opinionem ſequitur Paulus, qui in Epitome Feſti Pomp. Faventiam, bonam ominationem interpretatur: & ita præcones clamantes populum ſacrificiis favere juſſiſſe tradit, quod favere, ſit bona verba fari. Cui interpretationi adſtipulantur exempla quæ ſubjungam. Tibul. hoc loco: Ovid lib. I. Faſtor *Proſpera lux oritur.* LINGVIS ANIMISQVE FAVETE, *Nunc dicenda bona ſunt* BONA VERBA *die.* Idem lib. III. Triſt. Eleg. XXIII. Similiter lib. V. Eleg. VII. Idem lib. III. de Ponto. Eleg. IV. *Briſſonius.*

Dicamus bona verba) Hæc verba in Scaligeri, Douſæ, omnibusque quas vidi editionibus, ita diſtincta ſunt, ut ipſe natalis ad aras veniſſe intelligatur. Quo ſenſu quid abſurdius? ita autem ſenſit Poëta.

Dicamus bona verba, venit natalis, ad aras. Dicamus bona verba ad aras, venit enim natalis. Gronovius ad Livii lib. 38. cap. 43.

Jam

Ipſe ſuos Genius adſit viſurus honores,
Cui decorent ſanctas mollia ſerta comas.
Illius puro diſtillent tempora nardo,
Atque ſatur libo ſit, madeatque mero.
Annuat & Cerinthe tibi quodcunque rogabis.
En age quid ceſſas? annuit ille, roga.
Auguror, uxoris fidos optabis amores
Jam reor hoc ipſos edidiciſſe Deos.
Nec tibi malueris, totum quæcunque per orbem
Fortis arat valido ruſticus arva bove.
Nec tibi gemmarum quicquid felicibus undis
Naſcitur, Eoi qua maris unda rubet.
Vota cadunt. utinam ſtrepitantibus advolet alis,
Flavaque conjugio vincula portet Amor.

Vin-

J. SCALIGER.

Jam reor hoc ipſos edidiciſſe deos) Pendet a ſuperiori animadverſione, quod taciti vota illa immurmurarent

VARIORUM.

Adſit viſurus honores) Ipſos ſacris ſuis intereſſe Deos optabant. Inde Ovid. lib. V. Faſtor. Martem fingit ad ſuos honores cœlo deſcendere. Et lib. II. de Remed. Amor. Phœbum invocatum advenire cantat. Sane paſſim & vulgo Deos orabant. VT ADESSENT. Virgil. lib. X. Æneid ADSIS *lætitiæ* BACCHVS *dator*, & BONA JVNO Et lib. I. Georg ADSIS *o Tegeæa* FAVENS-- Hæc atque alia congerit exempla Briſſonius lib I. Form.

Mollia ſerta comas.) ita pleræque editiones, quum aliæ, *florea* nobis *ſerta* oſtentent, quæ minime præponenda, quum etiam alibi Tibullus.

Et capite & collo mollia ſerta gerat.

Ea vero cujuſmodi fuerint hoc Martialis exemplum, ut ſpero, docebit.

I felix roſa, mollibuſque ſertis
Noſtri necte comas Apollinaris.

Douſa. P.

Illius puro.) Caſtigari placet: *Illius Aſſyrio diſtillent tempora nardo.* Heinſius in Addendis ad Ovid.

Annuat & Cerinthe tibi.) Rogabant etiam Deos, ut ANNUERENT. Ovid. in Ibin. ANNUITE *optatis omnes ex ordine noſtris, Et pars ſit voti nulla caduca mei.* Idem lib II. de Ponto eleg. VIII. ANNUITE *o timidis mitiſſima numina votis.* Idem lib. I Faſt ANNUE *conanti per laudes ire tuorum.* Exſtat in veteri marmore hujuſmodi inſcriptio: PONTIFICIS. VOTIS. ANNUANT. DII. ROMANÆ. REIPVB. Quo genere loquendi Livius lib. XXXI. Re divina rite perfecta, precationi ANNUISSE DEOS, haruſpices RESPONDISSE ſcribit. *Briſſonius.*

Annuit ille roga.) *Annuet* habent membranæ veteres. *Douſa. P.*

Auguror.) Interdum AVGVRARI ſe dicebant, eventura & exitum habitura quæ precabantur. Ovid. lib. I. de Art. AVGVROR, EN, *vinces, votivaque carmina reddam* Idem.

Flavaque conjugio vincula portet Amor) Luteus & flavus color nuptiis eſt auſpicatus & conſecratus. *Turneb.*

Huc

Vincula quæ maneant ſemper, dum tarda ſenectus
Inducat rugas, inficiatque comas.
Hic veniat natalis avis, prolemque miniſtret,
Ludat & ante tuos turba novella pedes.

ELEGIA III.

RUra tenent, Cornute, meam villæque puellam.
Ferreus eſt eheu quiſquis in urbe manet.
Ipſa Venus lætos jam nunc migravit in agros,
Verbaque aratoris ruſtica diſcit Amor.
O ego cum dominam adſpicerem, quam fortiter illic
Verſarem valido pingue bidente ſolum?
Agricolæque modo curvum ſectarer aratrum,
Dum ſubigunt ſteriles arva ſerenda boves!
Nec quererer, quod Sol graciles exureret artus,
Læderet & teneras puſtula rupta manus.
Pavit & Admeti tauros formoſus Apollo,
Nec cithara, intonſæ profueruntve comæ:
Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis.
Quidquid erat medicæ vicerat artis Amor. Ipſe

J. SCALIGER.

Huc veniat natalis avis) Avis eſt cornix, quam concordiæ ſymbolum veteres in nuptiis invocabant. Quod convenit ei, quod jam dixit:

Flavaque conjugio vincula portet amor.

Ælianus de animalibus: ἀκούω δὲ τοὺς πάλαι καὶ ἐν τοῖς γάμοις μετὰ τὸν ὑμέναιον τὴν κορώνην καλεῖν, σύνθημα ὁμονοίας τοῦτο τοῖς συνιοῦσιν ἐπὶ παιδοποιΐᾳ διδόντας. Natalem dixit a Junone quæ Natalis eſt Dea, & nuptialis, & cujus ea ales in tutela eſt, unde & Monetula congenera ejus avis dicitur, quia Juno Moneta cognominatur. Juno igitur καὶ γενέθλιος καὶ γαμήλιος θεά.

VARIORUM.

Rura tenent, Cornute, meam.) tranſpoſita hæc in Mſ. *Rura meam, Cornute, tenent.* Douſa P.

Verſarem valido) Pal. prim. *Calido*, puto ideo, quod inſtrumenta ruſtica exercita & in terram demerſa calorem concipiunt. *Gebhardus.*

Intonſa profueruntve coma) Bubulci atque opiliones ejus ſæculi tonſi incomtoque ac inornato capillitio fuerunt, ut pote genus hominum agreſte, deforme, rurique inter armenta eductum perpetim. Martialis lib. X.

Traſta de grege ſordidaque villa
Tonſos, horridulos, rudes, puſillos
Hircoſi mihi filios ſubulci. Douſa P.

Hoc dicit, poſthabuiſſe Apollinem amori & citharam, qua canere ruſtici non ſolent, & intonſos capillos, qui agricolatione ſordidi & inculti erant futuri, facileque utrumque contempſiſſe, dum amaſio potiretur, *Livin.*

Ipſa

Ipſe Deus ſolitus ſtabulis expellere vaccas,
Et potum paſtas ducere fluminibus,
Et miſcere novo docuiſſe coagula lacte,
Lacteus & miſtis obriguiſſe liquor.
Tunc fiſcella levi detexta eſt vimine junci,
Raraque per nexus eſt via facta ſero.
Ah quoties, illo vitulum geſtante per agros,
Dicitur occurrens erubuiſſe ſoror!
Ah quoties auſæ, caneret dum valle ſub alta,
Rumpere mugitu carmina docta boves!
Sæpe duces trepidis petiere oracula rebus:
Venit & a templis irrita turba domum.
Sæpe horrere ſacros doluit Latona capillos;
Quos admirata eſt ipſa noverca prius.
Quiſquis inornatumque caput, crineſque ſolutos
Adſpiceret, Phœbi quæreret ille comam.

Delos

J. SCALIGER.

Ipſe deus ſolitus ſtabulis) Ut Tibullus hos quatuor verſus unquam fecerit? ut hac barbarie ille ſe contaminarit? Minime gentium. apage apage iſta ſterquilinia ab hoc puro ſacello. Quos verſus ut ego ſubdititios eſſe facile odoratus ſum, ita miror a doctis viris, qui hunc poëtam adeo triverunt, hoc nunquam animadverſum eſſe. Quare eos audacter deleas licet, ut illuc, unde malum pedem tulerunt, redeant, & eos rupices magiſtri in ſuis ſcholis miſellam juventutem doceant. Eos autem huc inculcarant, qui putabant ſenſum abruptum eſſe. at quam bene cum ſuis egregiis illis verſibus continuarint, ipſi viderint. Nam ſane Tibullus nunquam ſcripſit verſus σολοίκους, βαρβαρίζοντας, καὶ ἀνακολούθους.

VARIORUM.

Fiſcella.] Palat Secund *Tunc ciſtella*: hoc eſt, parva ciſta. Gloſſarium, *ciſtella* γλωσσόκομον. Ergo *ciſtella* eſſet modiolus, quo caſei formabantur. Tales ciſtellæ vocantur Luculli. Gloſſ γλωσσόκομον *Luculli*. Sed non hoc agit Tibullus. *Fiſcellam* Gloſſarium interpretatur κάρταλλον, melius Onomaſticum ταλάριον. *Gebhardus*. *Fiſcella*, diminutivum a fiſcina; eſt vas vimineum aut junceum ad varios uſus ut fructus recentes ferendos, ad tranſmittendum ſerum, dum lac exprimitur: ad ſervandos piſces; ad capiſtranda boum aut jumentorum ora, ne tenera gramina præcerpant *Martinius*,

Delos ubi nunc, Phœbe, tua eſt, ubi Delphica Pytho?
  Nempe Amor in parva te jubet eſſe caſa.
Felices olim, Veneri cum fertur aperte
  Servire æternos non puduiſſe Deos.
Fabula nunc ille eſt: ſed cui ſua cara puella eſt,
  Fabula ſit, mavult, quam ſine amore Deus,
At tu quiſquis is es, cui triſti fronte Cupido
  Imperitat, noſtra ſint tua caſtra domo.
Ferrea non Venerem, ſed prædam ſecula laudant,
  Præda tamen multis eſt operata malis.
Præda feras acies cinxit diſcordibus armis:
  Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorque venit.
Præda vago juſſit geminare pericula ponto,
  Bellica cum dubiis roſtra dedit ratibus.
Prædator cupit immenſos obſidere campos,
  Ut multa innumera jugera paſcat ove.
Cui lapis externus curæ eſt: urbiſque tumultus,
  Portatur validis mille columna jugis.
Claudit & indomitum moles mare, lentus ut intra
  Negligat hibernas piſcis adeſſe minas.
At tibi læta trahant Samiæ convivia teſtæ,
  Fictaque Cumana lubrica terra rota.
Eheu divitibus video gaudere puellas:
  Jam veniant prædæ, ſi Venus optat opes:
Ut mea luxuria Nemeſis fluat, utque per urbem
  Incedat donis conſpicienda meis.

Illa

J. SCALIGER.

Fabula ſit mavult quam ſine amore deus) Poſt hoc pentametrum jungendum eſt illud cum ſex ſequentibus diſtichis, AT TIBI DURA SEGES. Nam quatuor illa diſticha interjecta alio pertinere docebimus antequam hunc ſecundum librum e manibus amittamus.

VARIORUM.

Delos ubi nunc, Phœbe, tua eſt.) Sic ſolebant veteres de rebus amiſſis: aut cum quid in aliquo deſiderarent. Euripides in Phœniſſis, Ὁδ' οἶδ' ἴσως.. πῶ κὶ τὸ κλεῖν' αἰνίγματα; Et Bibaculus, apud Sueton de Inluſtrib. Grammat. *Orbilius ubinam eſt? litterarum oblivio.*

Ab

Illa gerat veſtes tenues, quas femina Coa
  Texuit, auratas diſpoſuitque vias,
Illi ſint comites fuſci, quos India torret,
  Solis & admotis inficit ignis equis.
Illi ſelectos certent præbere colores
  Africa puniceum, purpureumque Tyros.
Nota loquor. regnum ipſe tenet, quem ſæpe coëgit
  Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.
At tibi dura ſeges, Nemeſim quæ abducis ab urbe,
  Perſolvat nulla femina terra fide.
Et tu Bacche tener, jucundæ conſitor uvæ,
  Tu quoque devotos Bacche relinque lacus.
Haud impune licet formoſas triſtibus agris
  Abdere, non tanti ſunt tua muſta pater.

O valeant

J. SCALIGER.

At tibi dura ſeges Nemeſim quæ abducis ab urbe] QVÆ non QVI legendum eſſe vetus ſcriptura docet. Nam quod docti viri cenſent abſurdum *terra* hic legi, quum ſit idem inquiunt, cum ſegete, unde pro *terra*, *tecta* legunt: quum igitur ita cenſeant, ſciant illi nihil mutandum eſſe. Nam recte dicitur, O ſeges, terra perſolvat tibi nulla femina. Quid enim abſurdum hic invenerint, quod eorum eruditas aures offendat, non video. Nam ſeges & pro terra ſata, ut apud Virgilium, & pro arvo, ut apud eundem ponitur, & apud Ennium Ecuba:

Et ſi in ſegetem ſunt deteriorem data
Fruges, tamen ipſa ſuapte natura enitent.

Poëta enim Græcus, unde ipſe ſuam mutuatus eſt Tragœdiam, antea dixerat:

-- οὐκ οὖν δεινὸν, εἰ γῆ μὲν κακὴ
τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὔσταχυν φέρει
χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ', &c.

Et eadem locutio eſt, ut Lucretiana illa, qua dicitur *Matuta ferre auroram*, & *Tiberis ire amne placido*. Sane pudet me in re tam clara immorari. Sed quem non remoratura erant iſta, quum illa doctis viris negotium ac moleſtiam pepererint?

Tu quoque devotos) Devotos, κατηραμένους.

VARIORUM.

At tibi.) Guil. Canterus tentavit. *femina tecta fide*. Ego vero ſi fas ab amico diſſentire retineo. Hic enim *ait Eleg.* 6. lib. 2.

-- *ſpes falcis credit aratis*
Semina, quæ magno fenore reddat ager.

Repone quoque ad *ſegetem* reſpiciens; genere ſequiore, *quæ abducis ab urbe*. ſenſu plano: Moleſte enim fert Poëta ruri degere Nemeſin, domoque abeſſe, ſterilitatem etiam agro imprecatur. *ſeges* itaque hic pro agro & campo, ut & majorum gentium poëtæ principi Virgilio uſitatum lib. 4. Georg.

Illa ſeges demum votis reſpondet avari
Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit.

Idemque Tibullus lib. 4. Eleg. 1. & lib. 1. Eleg. 3. *Schottus Nod. Cicer.* 1. c. 8. idem Livinejus.

O valeant fruges: ne ſint modo rure puellæ,
Glans alat, & priſco more bibantur aquæ.
Glans aluit veteres, & paſſim ſemper amarunt.
Quid nocuit, ſulcos non habuiſſe ſatos?
Tum, quibus aſpirabat Amor, præbebat aperte
Mitis in umbroſa gaudia valle Venus.
Nullus erat cuſtos, nulla excluſura dolentes
Janua. ſi fas eſt, mos precor ille redi.
Ah pereant artes, & mollia jura colendi,

*

O utinam veteri peragrantes more puellæ
Horrida villoſa corpora veſte tegant.
Nunc ſi clauſa mea eſt, ſi copia rara videndi,
Heu miſerum, laxam quid juvat eſſe togam?

Ducite.

J. SCALIGER.

Janua ſi fas eſt) Duo ſequentia diſticha quo pertinerent, jam a nobis copioſe diſcuſſum eſt. Nam ut huc intruderentur, ea cauſa fuit, quod in illis mentio eſt januæ clauſæ. quare propter ſimilitudinem rei, quia & hic quoque januæ mentio eſt, hunc locum illi deberi ariolati ſunt homines elegantia temporum ſuorum digni.

Ah pereant artes) Quomodo ſuperius jam dixit:

Quid proſunt artes, miſerum ſi ſpernit amantem?

Et mollia jura colendi) Verbum colere circa curam veſtimentorum Juvenalis: -- *vel Thaida nullo Cultam palliolo* -- Martialis -- *Nec ſic in Tyria ſidone cultus eris* Ovidius:

Cui color infelix? aut cui placuiſſe laborem?
Ille mei cultus unicus auctor abeſt.

Horrida villoſa corpora veſte tegam) Ita legendum, non *tegant*, ut in excuſis, ubi etiam verſum inſititium inculcaverant. quia non videbant, quid volebat poëta, neque quo pertinebant hæc duo diſticha. Ergo inquit, hos amictus molles deponam. Sumpſerat enim molles ornatus, quo placeret amicæ, ut ſupra jam dixit Tibullus:

Fruſtra jam veſtes, fruſtra mutantur amictus.

Ut indubitata ſit horum quatuor verſuum in hunc locum reſtitutio.

VARIORUM.

Paſſim ſemper amarunt) Paſſim, I. promiſcue, ac ſine invidia, nullum facientes diſcrimen, neque *ſignantes linea alba*, ut ait Lucilius. Hoc enim volt Poëta, volgivagam Venerem ſectatos antiquiſſimos illos, ac Saturniæ ætati ſuppares mortales, gaudia inter ſe communia ſine rivalitate ulla, aut furioſa æmulatione exercuiſſe: & quod nos vernaculo ſermone ſignate exprimimus, dicendo: *In 't hondert;* Scis puto, quod ſequitur. *Douſa P.*

Dicite.

Ducite ad imperium dominæ ſulcabimus agros:
Non ego me vinclis verberibuſque nego.

ELEGIA IV.

Hic mihi ſervitium video, dominamque paratam.
Jam mihi libertas illa paterna vale.
Servitium ſed triſte datur, tenorque catenis,
Et numquam miſero vincla remittit amor.
Et, ſeu quid merui, ſeu quid peccavimus, vror:
Vror, io remove ſæva puella faces.
O ego, ne poſſim tales ſentire dolores,
Quam mallem in gelidis montibus eſſe lapis,
Stare vel inſanis cautes obnoxia ventis,
Naufraga quam vaſti tunderet unda maris.

Nunc

J. SCALIGER.

Ducite ad imperium) Claudit Elegiam. Vincla intelligit compedes, in quibus ſervi opus ruſticum faciebant Non neſcis, qui ſint compediti ſervi Columellæ.

Seu quid peccavimus. uror) Repone, ut in antiqua ſcriptura, *urit*.

VARIORUM.

Non ego me vinclis verberibuſque nego.) Simile huic illud ejuſdem: --- *non ſæva recuſo. Verbera, detrecto non ego vincla pedum*, Philoſtratus in Epiſtolis: πλεῖν κέλευσον, ἐμβαίνω. πληγὰς ὑπομένειν, καρτερῶ· ῥίψαι τὴν ψυχὴν, οὐκ ὀκνῶ. Neque abludit his illud Petronii Arbitri in Epiſtola Polyæni ad Circum: *Sive occidere placet, ferro meo venio; ſive verberibus contenta es, curro nudus ad dominam.* Douſa F.

Et ſeu quid merui, ſeu quid peccavimus, uror) Notandum hoc verbum, *Merui*, raro ſignificatu poſitum eſſe a Tibullo. quemadmodum & lib. I. Eleg. II. *Non ego, ſi merui, dubitem procumbere templis.* Significat enim: Si deliqui, vel (ut vetuſtiores loquebantur) commerui culpam, ſive noxam. Et ſane geminatio illa: *ſeu quid merui, ſeu quid peccavimus*. de priſca deprecandi formula adumbrata videtur cujus exemplum etiamnum aliquod in Teſtamento ludicro Grunii Porcelli comparet: verbi gratia: SI QVA FECI. SI QVA PECCAVI, SI QVA VASCVLA PEDIBVS MEIS CONFREGI. ROGO DOMINE COCE, &c. Neque aliter verbum iſtud Tibullianum a Propertio acceptum, lib. IV. *Præcipueque oculos. qui meruere, ferit.* Sed & exſul ille Tomitanus in Ponticis ſuis *Alter ob huic ſimilem privatus lumine culpam, Clamabat media, ſe meruiſſe, via.* I. peccaſſe abſolute; ſeu, Admiſiſſe in ſe facinus caſtigabile, ut ait Plautus noſter. *Douſa P.*

Seu quid peccavimus urit.) Ocellus noſter Scaliger *urit* potius ex antiqua ſcriptura ſe reſtituiſſe teſtatur, idque verum puto. ſic enim lib. 4.

Urit, ſeu nivea voluit procedere palla.
Urit, ſeu nivea candida veſte venit.

Douſa P.

Nunc & amara dies, & noctis amarior umbra eſt.
    Omnia nam triſti tempora felle madent.
Nec proſunt elegi, nec carminis auctor Apollo.
    Illa cava pretium flagitat uſque manu.
Ite procul Muſæ, ſi non prodeſtis amanti.
    Non ego vos ut ſint bella canenda colo.
Nec refero Solisque vias, & qualis, ut orbem
    Complevit, verſis Luna recurrat equis.
Ad dominam faciles aditus per carmina quæro.
    Ite procul Muſæ, ſi nihil iſta valent.
At mihi per cædem, & facinus ſunt dona paranda,
    Ne jaceam clauſam flebilis ante domum.
Aut rapiam ſuſpenſa ſacris inſignia fanis.
    Sed Venus ante alios eſt violanda mihi.
Illa malum facinus ſuadet, dominamque rapacem
    Dat mihi: ſacrilegas ſentiat illa manus.
O pereat quicumque legit virideſque ſmaragdos,
    Et niveam Tyrio murice tingit ovem.

Hic

J. SCALIGER.

Illa cava pretium) cava manus κυλή, Ariſtophanes ἔμβαλε κυλῇ,

Aut rapiam ſuſpenſa ſacris inſignia fanis) Interpolatitia ſunt. Scriptura vetus ita poſtulat. *ſuſpenſa focis inſignia ſacris.* Alibi:

Num feror inceſtus ſedes adiiſſe Deorum,
Sertaque de ſanctis diripuiſſe focis?

VARIORVM.

Omnia nam triſti tempora felle madent) Hoc eſt, plena effertaque ſunt. tralatione ab ebriis, ac ſaburratis probe, onuſtisque ex ſententia, deducta. iis inquam, qui ſe, panticesque ſuos, non quidem *triſti* & amaro *felle*: verum flore illo Liberi multo jucũdiſſimo complerunt, madefeceruntque: Hi enim proprie, ac Plautinum in morem, . *Madide madere*, ſeu *madidi eſſe* dici poſſunt. diverſi as *Siccis*. 1. ſobriis, atque abſtemiis. *Douſa P.*

Illa cava pretium flagitat uſq; manu.) Pecuniam veteres ſic ſolitos flagitare, ſignificant illa Suetonii verba in Veſpaſ. *Nuntiantes legatos decretam ei publice non mediocris ſumma ſtatuam coloſſeam, juſſit vel continuo ponerent*, CAVAM MANVM *oſtentans, & paratam baſim dicens.*

Ovem.) Auratus hoc loco deeſſe aliquid ſuſpicabatur. Ego contra ſine omni defectu eſſe, & utrumque inter ſe recte atque ordine cohærere, induci poſſe videor, ſi tamen alterius Hexametri initio pro pronomine *Hic* Adverbium *Hinc* ſubſtituatur, inducto poſt τὸ *cauſas* commate, hoc modo.

Hinc dat avaritia cauſas, & Coa puellis
veſtis &c. ſequitur enim e veſtigio porro
Hæc fecere malas: hinc clavem janua ſenſit.
Douſa P.

Hinc

Hic dat avaritiæ cauſſas, & Coa puellis
Veſtis, & e rubro lucida concha mari.
Hæc fecere malas: hinc clavem janua ſenſit,
Et cœpit cuſtos liminis eſſe canis.
Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia victa eſt,
Nec prohibent claves, & canis ipſe tacet.
Heu quicumque dedit formam cæleſtis avaræ,
Quale bonum multis abdidit ipſe malis?
Hinc fletus, rixæque ſonant: hæc denique cauſſa
Fecit, ut infamis hic Deus eſſet Amor.
At tibi quæ pretio victos excludis amantes,
Eripiant partas ventus & ignis opes.
Quin tua tunc juvenes ſpectent incendia læti,
Nec quiſquam flammæ ſedulus addat aquam:
Seu veniet tibi mors, neque erit, qui lugeat ullus,
Nec qui det mæſtas munus in exequias:
At bona, quæ nec avara fuit, centum licet annos
Vixerit, ardentem flebitur ante rogum.
Atque aliquis ſenior, veteres veneratus amores,
Annua conſtructo ſerta dabit tumulo,
Et, bene, diſcedens dicet, placideque quieſcas,
Terraque ſecuræ ſit ſuper oſſa levis. Vera

J. SCALIGER.

Hinc clavem janua) Chariſius *clavim.*

Seu veniat tibi mors, neque erit) Lego, *neque ſit.*

VARIORUM.

Quicumque cæleſtis.) i quicumque Deus tandem, ſeu quiſquis fuit ille Deorum, qui largitus eſt formam &c. Sic & prius: *Parcite cæleſtes.* i. cælites *Douſa P.*

Attulit.) Vet. Liber: *Abdidit*, unde ſuſpicio eſt reſtituendum forſitan *addidit. idem.*

Seu veniat) Reſcribo quamvis audacter

Seu veniet tibi mors, neque ſit qui lugeat ullus:

itaque erit imprecantis devotio, ut videlicet ei deſit mortuæ, qui funus lacrymis & leſſo proſequatur, quique manibus ejus rite inferias mittat, interatque annua piacula. Temporis enim optativi hoc verbum eſſe debere, haud difficulter ex præcedentibus facere eſt conjecturam. verbi cauſa: *Eripiant opes, ſpectent incendia. Addat aquam.* Douſa P.

Munus in exequias.) in MSſ. *manibus exequias idem.*

At bona) diſtinguo. *At bona quæ, nec avara fuit*, & *bonitatem* iſtam ex Catulliani illius Epigrammatis ſententia interpretor, cui initium eſt:

Aufilena, bonæ ſemper laudantur.

Douſa P.

Vera quidem moneo. ſed proſunt quid mihi vera?
Illius eſt nobis lege colendus Amor.
Quin etiam ſedes jubeat ſi vendere avitas,
Ite ſub imperium, ſub titulumque Lares.
Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni,
Quidquid & herbarum Theſſala terra gerit,
Et quod,ubi indomitis gregibus Venus afflat amores
Hippomanes cupidæ ſtillat ab inguine equæ.
Si modo me placido videat Nemeſis mea vultu,
Mille alias herbas miſceat illa, bibam.

ELEGIA V.

Phœbe fave,novus ingreditur tua tẽpla ſacerdos.
Huc age cum cithara, carminibuſque veni.
Nunc te vocales impellere pollice chordas,
Nunc precor ad laudes flectere verba meas.
Ipſe triumphali devinctus tempora lauro;
Dum cumulant aras, ad tua ſacra veni:
Sed nitidus, pulcerque veni, nunc indue veſtem
Sepoſitam, longas nunc bene pecte comas,
Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuiſſe Jovi.
Tu procul eventura vides: tibi deditus augur
Scit bene, quid fati provida cantet avis.
Tuque regis ſortes: per te præſentit haruſpex,
Lubrica ſignavit cum Deus exta notis. Te

J. SCALIGER.

Theſſala terra gerit) Malo *genit.*

Tibi deditus augur] Liber ſcriptus, *debitus.* Horat.

Debita nymphis opifex corona. χαριστηρίοις

VARIORUM.

Sub titulumque Lares) Ex more etiamnum nobis quaſi per manus tradito. Quo & Ovidius reſpexit, de dominæ avaritia apud ſe, & Muſas ſuas, familiari amantibus querela, invidioſe expoſtulans:

Illud & illud habet; nec ea contenta rapina eſt;
Sub titulum noſtros miſit avara Lares.

.I. ædes noſtras (cum Plauto dicam) *venales inſcripſit literis.* Douſa P.

Et

Te duce Romanos numquam fruſtrata Sibylla eſt,
Abdita quæ ſenis fata canit pedibus.
Phœbe ſacras Meſſallinum ſine tangere chartas
Vatis, & ipſe precor, quod canat illa, doce.
Hæc dedit Æneæ ſortes, poſtquam ille parentem
Dicitur, & raptos ſuſtinuiſſe Lares.
Hæc fore credebat Romam, cum mæſtus ab alto
Ilion, ardentes reſpiceretque Deos.
Romulus æternæ nondum formaverat urbis
Mœnia, conſorti non habitanda Remo.
Sed tunc paſcebant herboſa palatia vaccæ,
Et ſtabant humiles in Jovis arce caſæ.
Lacte madens illic ſuberat Pan ilicis umbræ,
Et facta agreſti lignea falce Pales,

Pende-

J. SCALIGER.

Et captos ſuſtinuiſſe) *Raptos* legendum docet hiſtoria.

Nondum fundaverat) Vetus ſcriptura, & primæ editiones *formaverat*. Formæ architectonicæ quomodo dicantur vide in Auſonianis lectionibus.

Lacte madens illic) Nimirum quia paſtorales Dii lacte ſpargebantur. Supra:
Et placidam ſoleo ſpargere lacte Palem.

VARIORUM.

Ardentes reſpiceretque Deos) Quos deos? nam ſecum efferebat penates, & alii exceſſerant adytis ariſque relictis, an deos vocat deorum fana vel ſimulachra? an legendum *domos*? Horat. od. 15. lib. 1.
Poſt artas hiemes, uret Achaicus
Ignis Iliacas domos.
Paſſeratius.

Stabant humiles in Jovis arce caſa.] Livius, quotiens Capitolii mentio incidit, *Arcem* & *capitolium* diſtinctim nominat. Item Cic. (Catilinaria IV. ad Senatum ; & Annæus Seneca libro, Quod in ſapientem non cadit injuria. Primus Pyrrhus Lygorius, elegantiſſimo Paradoxωn libello diſcrimen hoc adnotavit. Arcem enim proprie Veteres appellitabant munitiorem illam magiſque excelſam montis noſtri partem, qua Theatrum Marcelli, flumen Tiberinum, & Dianam Aventinam in Meridiem verſus reſpiciebat. in qua, utpote ſummo P. R. Propugnaculo, Turres murique primati, & Templum ipſum auguſtiſſimum JOVIS. OPT. MAX. Unde Ovidius lib. Faſt. *Juppiter Arce ſua totum cum ſpectet in orbem Nil niſi Romanum quod tueatur habet.* Solebat enim & Templum ipſum *Arx* vocari. *Capitolium* vero ea pars montis maxime adpellabatur, quæ in Aquilonem directa planior ſpacioſiorque erat, & Quirinalem verſus extra ipſa Arcis mœnia protendebatur *Rycquius.*

Pendebatque vagi paſtoris in arbore votum
 Garrula ſilveſtri fiſtula ſacra Deo:
Fiſtula, cui ſemper decreſcit arundinis ordo:
 Nam calamus cera jungitur uſque minor.
At, qua Velabri regio patet, ire ſolebat
 Exiguus pulla per vada linter aqua.
Illa ſæpe gregis diti placitura magiſtro,
 Ad juvenem feſta eſt vecta puella die.
Cum qua fecundi redierunt munera ruris,
 Caſeus, & niveæ candidus agnus ovis.
Impiger Ænea volitantis frater Amoris,
 Troica qui profugis ſacra vehis ratibus,

Jam

J. SCALIGER.

Fiſtula ſacra Deo) *Aut arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.* Virgil.

Cui ſemper decreſcit arundinis ordo) Ovidius:

-- nam ponit in ordine pennas
A minima ceptas longam breviore ſequente,
Ut clivo creviſſe putes. ſic ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit ariſtis.

Exiguus pulla) Lege *pulſa*. Propertius -- *Lerna pulſa tridente palus.* Virg. -- *Aſia longe Pulſa palus* --

Impiger Ænea) Veteres editiones, & liber ſcriptus hic alterius Elegię principiū facit. quod ſequi, niſi ſtolidi ſumus, viſum non eſt. Nam, ut alia taceam, quid habebant in animo illi, qui ita ex una duas elegias fecerunt, qui non viderint claudi invocatione Phœbi hanc Elegiam, ut ab eadem incepta eſt? Ridiculum ergo, & puerile ex una duas efficere, quum aliter ne ſententiæ quidem tenor conſtet.

VARIORUM.

Pendebatque vagi paſtoris in arbore votum.) Horat. Epiſt. I. lib. I. *Vejanius armis Herculis ad poſtem fixis.* Nam qui artem gladiatoriam, militarem, aut aliam deſinebant, ejus inſtrumenta diis ſuſpendebant, ſacrabātque ipſius potiſſimum artis præſidibus, ut etiam notavit Turneb. lib. VI. c IX. Sic puellæ jam factæ nubiles ſuas pupas Veneri, Laribus bullas pueri qui ex ephebis exceſſiſſent, Veneri ſpeculum meretriculæ. Et Entellus *hic victor caſtus artemq; repono.* Sic Timon dives repente factus, apud Lucianum, Pani ligonem & ſagum ſuſpendit. Et Horat. de ſua barbito, velut emeritus, Ode XXVI. lib. III. *Nunc arma defunctumque bello Barbiton hic paries habebit.* Jac. Ponta.

Sacra Deo) Vet. lib. *facta*, i. e. quam Deus Pan fecit & invenit. *Deo* dandi caſu, pro a Deo. *Paſſeratius.*

Placitura magiſtro.) vet. lib *paritura*, probo. Laudat enim a fœcunditate. ſic Eleg. proxima *Et fatus matrona dabit.* Virg. Æneid. i. *Et pulchra faciet prole parentem*. Propert. Eleg ult. lib. 4. *Nec mea de ſterili facta rapina domo.* Paſſeratius.

Jam

Jam tibi Laurentes aſſignat Jupiter agros,
Jam vocat errantes hoſpita terra Deos.
Illic ſanctus eris, cum te veneranda Numici
Unda Deum cælo miſerit indigetem.
Ecce ſuper feſſas volitat victoria puppes:
Tandem ad Trojanos Diva ſuperba venit.
Ecce mihi lucent Rutulis incendia caſtris.
Jam tibi prædico barbare Turne necem,
Ante oculos Laurens caſtrum, muruſque Lavini eſt,
Albaque ab Aſcanio condita Longa duce.
Te quoque jam video, Marti placitura ſacerdos
Ilia, Veſtales deſeruiſſe focos,
Concubituſque tuos furtim, vittaſque jacentes,
Et cupidi ad ripas arma relicta Dei.
Carpite nunc tauri de ſeptem montibus herbas,
Dum licet; hic magnæ jam locus urbis erit,
Roma tuum nomen terris fatale regendis,
Qua ſua de cælo proſpicit arva Ceres,
Quaque patent ortus, & qua fluitantibus undis
Solis anhelantes abluit amnis equos.
Troia quidem tunc ſe mirabitur, & ſibi dicet,
Vos bene tam longam conſuluiſſe viam.
Vera cano: ſic uſque ſacras innoxia lauros
Veſcar, & æternum ſit mihi virginitas.

J. SCALIGER.

Jam tibi Laurentes adſignat) Poſt hoc diſtichon inſerendum illud, TROIA QVIDEM TVM SE MIRABITVR. Nunc quæ ſit ejus ſententia manifeſtum eſt. at in illis ſedibus, quas illi editiones & ſcripti proxime ætatem avorum noſtrorum libri aſſignarunt, quid ſibi velit, equidem juxta, ut inquit ille, cum ignariſſimis ſcio. *Vos* ergo, hoc eſt, o Ænea. Virgilius:

Vos o Calliope precor adſpirate canenti.

Legendum vero *longa via*, non *longam viam*. -- *& ſibi dicet*

Vos bene tam longa conſuluiſſe via.

Dicet vos bene conſuluiſſe ſibi tam longa via.

VARIORUM.

Et cupidi.) id eſt *amore incenſi*, ſic alibi:

Ipſe dedit cupidis fallere poſſe Deus.

Douſa F.

Nam locus urbis erit) Melius *jam*: atque ita erat in Mſ. *Douſa P.*

Hæc

Jactavit

Hæc cecinit vates, & te ſibi, Phœbe, vocavit,
  Jactavit fuſa ſed caput ante coma.
Quidquid Amalthea, quidquid Marpeſſia dixit,
  Herophile Phœbo grata quod admonuit,
Quodque Albuna ſacras Tiberis per flumina ſortes
  Portarit, ſicco perlueritque ſinu.

Hæ

J. SCALIGER.

Jactavit fuſas & caput ante comas) Inepte. quaſi potuerit alterum ſine altero. Sed legendum:

Jactavit fuſa ſet caput ante coma.

Set pro *ſed* dedit anſam errori. Hæc, inquit, dixit abreptitia illa ſed non prius invocato Phœbi numine, quam effuſa coma caput jactaret. Nam fanaticorum hic erat mos, ut capillum funderent. Plautus:

Hariolus fiam: capillum promittam.

Quicquid Marpeſia] Per duplex *ſſ*, μαρπήσσια. Eam cum Herophila eandem faciunt Græci, quum Marpeſſia ſit cognomen a patria Marpeſſo vico Troadis. qua de re cui magis, quam ipſi Herophilæ credemus ita de ſe canenti.

εἰμὶ δ' ἐγὼ γεγαυῖα μέσον θνητοῦ τε
  θεᾶς τε
νύμφης δ' ἀθανάτης. πατρὸς δ' αὖ
  κητοφάγοιο
μητρόθεν ἰδογένης. πατρὶς δέ μοί ἐστιν
  ἐρυθρὴ
μαρπησσὸς μητρὸς, ἱερὴ ποταμὸς δ'
  αἰδωνεύς.

Quare videntur quidam in hoc decepti in eandem culpam Tibullum induxiſſe. Amaltheam vero quidam Cumanam faciunt, quam vocatam ajunt δημοί.

Herophile) Sacerdos Sminthei Apollinis fuit, in cujus luco ſepulta fuit ut oſtendebat epigramma epitaphii:

ἅδ' ἐγὼ ἁ Φοίβοιο σαφηγορὶς εἰμὶ σί-
  βυλλα
τῷδ' ὑπὸ λαϊνέῳ σάματι κευθομένα,
παρθένος αὐδάεσσα τὸ πρίν. νῦν δ'
  αἰὲν ἄναυδος,
μοίρᾳ ὑπὸ στιβαρῇ τὴν δὲ λαχοῦσα
  πέδαν.
ἀλλὰ πέλας νύμφαισι, καὶ ἑρμῇ τῷδ'
  ὑπόκειμαι
μοῖραν ἔχουσ' ἐγκίτω τῆς τότ' ἀνα-
  κτορίης

Quaſque Albana) Liber noſter. *Quodque Albana.* quodque retinebis. Illud QUOD creberrimum in ea ſignificatione Plauto. *Quod ille dicat periiſti.* *Albuna* autem. non *Albana* legendum. eadem eſt Albuneæ.

Sacras Tiberis per flumina ſortes) Male hic quidam *Tiburs* pro *Tiberis.* Albuna detulit libros vaticinos Tarquinio. quas ſortes vocat nunc. Ita Tireſias apud Euripidem Phœniſſis:

κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ
  χερὶ,
οὓς ἔλαβον οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθὼν
θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν, οὗ μαντεύομαι.

Interpres, οἱ γὰρ οἰωνοσκόποι ἐν δέλτοις ἐσημειοῦντο τὰς κλήσεις, ἵνα διὰ μνήμης ἄγοιεν.

VARIORUM.

Amalthea) Quidam aſſerunt hanc eandem fuiſſe cum Cumæa, cum Phrygia, & Erythræa: ſed diverſa ſortitam nomina diverſa a locis, ubi oracula reddidit. Vide Salmaſ. Plin. Exercit. p. 76.

Marpeſſia.) Legit Salmaſius *Mermeſſia*, illum vide pag, 70.

Albuna.) Tiburtinam M. Varro collocat decimam in ordine nomine Albuneam, ſive Leucotheam. Eam nonnulli Sarbin, vel Caſſandram, vel Taraxandram nominarunt. Illa propter excellentes futurorum prædictiones, & propherias a

divino

Hæ fore dixerunt belli mala ſigna cometen,
  Multus ut in terras deplueretque lapis.
Atque tubas, atque arma ferunt ſtrepitantia cælo
  Audita, & lucos præcinuiſſe fugam.
Ipſum etiam Solem defectum lumine vidit
  Jungere pallentes nubilus annus equos:
Et ſimulacra Deum lacrymas fudiſſe tepentes,
  Fataque vocales præmonuiſſe boves.   Hæc

divino inſtinctu profectas, ab incolis Anienis pro Dea patria culta eſt: maxime poſtquam in vivis eſſe deſiit. Illam templo, aris. & ſacrificiis decoraverunt. Tiburi enim ad Anienem fluvium, qui & Albula dictus eſt, ſua reddidit oracula: populũque inſtruxit argumentis ſalubribus: quomodo, & qua ratione Deus ſolus & unus coli vellet: juſtitiam ſervandam inter homines docuit: vivendũ eſſe ex æquo & recto &c. *Boiſſ.* Librũ quẽ portavit puto ſortes fuiſſe, quas etſi aqua perluebat, ſiccas & ſicco pectore geſſit. *Turneb.*

Tiberis.] *Tibur*, quod placet. Nam & *Tiburtem* fuiſſe ex Varrone aonotavit Lactantius lib. I. inſtit. Muretus *Tiberis*, ſed male ut puto. Livin.

J. SCALIGER.

Hæ fore dixerunt.) (χρημένην ἐν δ' ὄσσει. ὥσπερ λάμψει, ὃν ἐρῶσι ῥομφαίας, λιμοῦ, θανάτοιό τε σήματα βροτοῖσι, Ita Sybilla.

Multus ut in terras) Noſter, *Multus & in terra*. Lege etiam, *deplueret*, non *depluerit*.

Et ſimulacra Deum lacrimas fudiſſe tepentes) Virgil.

Et mæſtum illacrimat templis ebur, æraque ſudant. Apollonius IV.

ἢ ὁπότ' αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα αἵματι καὶ μυκαὶ σηκοῖς ἔνι φαντάζωνται).

Scholion: ὅταν μέλλῃ τι συμβαίνειν χαλεπὸν, εἰώθει τὰ ἀγάλματα ἱδροῦν. ὥσπερ καὶ ἐν Θήβαις συνέβη ὅτε συνίστατο ὁ περὶ Χαιρώνειαν πόλεμος Φιλίππῳ πρὸς Ἀθηναίους.

VARIORUM

Ipſum etiam ſolem, &c.) Notandum hic *pallentes equos* Soli tribui in defectu: contra nigros a Propertio, ſic enim is lib. III. *Solis & atratis luxerit orbis equis*: utrumque non ſine ratione: hoc propter tenebras, quas inducit: illud propter colorem, quem induit. quamvis etiam *pallentes umbras* de tenebris dixerit Virgilius in III. Georg. Verum hic Tibulli locus non eſt intelligendus de deliquio illo, qui Lunæ interventu fit; ſed de prodigioſo quodam ac longiore Solis defectu, qui fit a vaporibus ac nebulis adeo ſpiſſis, ut viſus intercipiatur, ac Solis debile admodum lumen fit. qualem totius pene anni pallore continuo hoc ipſo tempore de quo Tibullus loquitur, ſcilicet Cæſare Dictatore occiſo, accidiſſe teſtis eſt Plinius lib. II. c. XXX. Quod & doctrinarum omnium clariſſimum lumen Joſeph. Scaligerum video notaſſe in lib. V. De emendatione temporum. ubi idem ex cœleſtium motuum ratione ſubtiliſſime computata probat nullam Solis defectionem, qualem vulgus opinatur in noſtro hemiſphærio viſam eo anno, quo Cæſar interfectus eſt. *Douſa F.*

Fataque vocales.) Loquitur de ſignis, quæ cædem Cæſaris anteceſſerunt. Virgil. de eadem re in fine I. Georg. -- *pecudeſque locutæ*. Servius non aſſequitur. Lucanus imprudenter ut ſolet in ſigna pugnæ Pharſalicæ tranſtulit.

Tunc pecudum faciles humana ad murmura linguæ. Item illud.

Ore ferox ſiculæ laxavit Mulciber Ætna

Nam apud Virgilium hoc contigit paulo ante cædem Cæſaris. Quin etiam quod Virgil. Tibullus, Ovidius & Plinius de obſcuratione Solis retulerant Lucanus id conjicit in præſagia pugnæ Pharſalicæ. *Joſ. Scaliger ad Euſeb. pag. 159.*

Hæc fuerunt olim. ſed tu jam mitis Apollo
Prodigia indomitis merge ſub æquoribus:
Et ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flammis,
Omine quo felix, & ſacer annus eat.
Laurus ubi bona ſigna dedit, gaudete coloni,
Diſtendet ſpicis horrea plena Ceres.
Oblitus & muſto feriet pede ruſticus uvas,
Dolia dum, magni deficiuntque lacus.
At madidus Baccho ſua feſta Palilia paſtor
Concinet. a ſtabulis nunc procul eſte lupi.
Ille levis ſtipulæ ſolennes potus acervos
Accendet, flammas tranſilietque ſacras.

Et

VARIORVM.

Prodigia.) prodigia dicta quaſi porro abigenda: Nonius Servius vero, quod in longum tempus dirigant ſignificationem, interpretatur. quorum *Averruncum* i. depulſorem, & quem vel ἀλεξίκακον Græci, vel ἀποτρόπαιον appellitant, Apollinem facit. Talis ille apud Plautum, *Prodigialis Jupiter*, In Amphitruone, item Moſtellaria Hercules. *Douſa P.*

Merge ſub æquoribus) Purgamenta, quæ quidem Græci καθάρματα adpellant quibus februabatur aut expiabatur aliqua noxa, mittebantur in profluentem plerumque: interdum & in mare, interdum in trivium: jaciebanturque ab averſis trans caput, ut in Pharmaceutria ſcriptum eſt: nec reſpiciebant, ne eorum aſpectu malum traherent. ea autem ſecum ſceleris & culpæ admiſſæ omne nefas omnemque noxam auferre credebant, & contagione quadam aliis tradere, ſi quis tangeret. itaque erant purgamenta ea omnibus inviſa, ut ea vel pede calcaſſe nefarium haberetur, & inauſpicatum, & mali alicujus præſagium. hanc tamen ſuperſtitionem Cynici irridebant, qui ut apud Lucanum ſcriptum eſt, ſæpe numero ovis purgamenta veſcebantur. *Turnebus.*

Flammas tranſilietque ſacras) *Fumoſa Palilia fœno.* inquit Perſius Sat. 1. Varro apud Veterem interpretem: *Palilia tam privata quam publica ſunt apud ruſticos: ut congeſtis cum fœno ſtipulis ignem magnum tranſiliant, his Palilibus ſe expiari credentes.* Purgationum quæ die Palilium fiebant etiam Ovidius meminit: ſed mos iſte tranſiliendi ignem e fœno & ſtipulis excitatum, cujus Propertius quoque meminit lib. IV. valde notandus eſt: quia ex eo cognoſcimus unde mos ille eſſet ortus quo & veteres quidam Chriſtiani leguntur uſi, ignem tranſiliendi certa anni die, expiationis cauſſa & divinationis. Theodoritus in Quæſtionibus nondum editis ejus meminit; ſed aliam originem illius facit: nam explicans morem tranſmittendi filios per ignem, cujus ſæpe fit mentio in veteri Fœdere; adhuc ſua ætate ſervatam nonnullis fuiſſe eam conſuetudinem ſcribit, idque ſe in quibuſdam civitatibus fieri vidiſſe teſtatur. ἐγὼ οἶμαι, inquit, τὸ μέχρις ἡμῶν φυλαχθὲν τῆς πλάνης εἶδος τὸν λόγον αἰνίττεσθαι· εἶδον γάρ ἔν τισι πόλεσιν ἅπαξ τοῦ ἔτους ἐν ταῖς πλατείαις ἁπτομένας πυράς, καὶ ταύτας ὑπεραλλομένους καὶ πηδῶντας, οὐ μόνον παῖδας, ἀλ-

λὰ

Et fætus matrona dabit, gnatuſque parenti
Oſcula comprenſis auribus eripiet.
Nec tædebit avum parvo advigilare nepoti,
Balbaque cum puero dicere verba ſenem,
Tunc operata Deo pubes diſcumbet in herba,
Arboris antiquæ qua levis umbra cadet.
Aut e veſte ſua tendent umbracula ſertis
Vincta, coronatus ſtabit & ipſe calix.
At ſibi quiſque dapes, & feſtas exſtruet alte
Ceſpitibus menſas, ceſpitibuſque torum.
Ingeret

λαὶ καὶ ἄνδρας· τὰ δὲ γε βρέφη διὰ τῶν μοντέρων φερόμενα διὰ τῆς φλογός. ἐδόκει δ' ἀποτροπιασμός τις εἶναι καὶ κάθαρσις. diem non indicat Theodoritus hujus ſuperſtionis: ne Glycas quidem ſecunda Annalium parte hunc illius locum laudans.& fortaſſe de paganis loquitur Theodoritus, non de Chriſtianis Sed & hos morem illum πυρεγωδιάλλον uſurpaſſe conſtat. atque ut Palilium catharmi exeunte vere, aut ineunte æſtate agitabantur a Ruſticis Romanis. Sic iſti Junii die XXIII aut XXIV. in quam Joannis Baptiſtæ natalis incidit, ignem e fœno excitatum tranſiliebant. *Caſaub.*

J. SCALIGER.

Oſcula compreſſis) Vetus mos ſcribendi *compreſſis*, pro *comprenſis*, ut COSS. pro *Conſules*, CESS. pro *Cenſoribus* apud Varronem. *auribus* autem pro *naribus* emendaſſe nos olim, teſtaretur, ſi viveret Gulielmus Canterus cui olim adoleſcens ego id indicaram cum teſtimonio Ariſtophanis, quo ille nititur.

Aut e veſte ſacris) Lege ex veteri libro,
Aut e veſte ſua tendent umbracula ſertis
Vincti —
ſertæ, quæ eſſent diximus apud Varronem in proverbio ſertam ducere. Nam ſertæ ſunt hic & ibi τὰ σχοινία. Intelligit autem trichilas, de quibus olim in Copam diximus. Quud verbum primi in Cæſare exſuſcitavimus, quum antea id ignoraretur. Beroaldus tam felici ſtoliditate eo loco depravando luſit, ut omnibus hactenns perſuaſerit quod volebat. quanquam ſcio quoſdam adhuc inventis frugibus βαλανηφαγεῖν. quod quidem per me faciant licet. Imo, ſi volunt σαυροφαγεῖν, me auctore faciant, cenſeo, modo μονοφάγοι id faciant. Nam me ſane convivam non habebunt.

Conſtruet alte) Quidam ſcripti *Conſtruet ante.*

VARIORVM.

Arboris antiqua) *Arbor antiqua*, non eſt tam γεράνδρυον, quod inutile: quam ἡλικιωτὸν δένδρον, hoc eſt, παλαιὸν, annoſa arbor, eoque latior foliis & majoris umbræ cuſtos. Plin. lib. VIII. Epiſt. VII. *Modicus collis aſſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus & opacus.*
Gebhardus.

At ſibi quiſque dapes, & feſtas exſtruet alte
Ceſpitibus menſas, ceſpitibuſque torum.] Proprie, atque ex definitione Varronis; qui *Torum*, ab herba torta derivat: ſi quid Marcello credimus, Fragmentum iſtiuſmodi ex libro ejuſdem I. de Vita Pop. Rom. producenti: *Quod fronde lecticas ſtruebant, ex ea herba torta Torum appellatum, hoc quod injicitur, etiamnum Toral dicitur: Lecticam qua involvebant Segeſtria appellabant. Menſas* autem *Feſtas* cognominat

Ingeret hic potus juvenis maledicta puellæ,
Poſtmodo quæ votis irrita facta velit.
Nam ferus ille ſuæ, plorabit ſobrius idem,
Et ſe jurabit mente fuiſſe mala.
Pace tua, pereant arcus, pereantque ſagittæ
Phœbe, modo in terris erret inermis Amor.
Ars bona, ſed poſtquam ſumſit ſibi tela Cupido,
Hei mihi quam multis ars dedit illa malum!
Et mihi præcipue jaceo cum ſaucius annum,
Et faveo morbo, cum juvat ipſe dolor,
Vixque caſio Nemeſim, ſine qua verſus mihi nullus
Verba poteſt, juſtos aut reperire pedes.

At

minat, credo ob impoſitas *Dapes*, quæ præceſſerant modo, hoc eſt Epulas publicas, ac ſollemnes, quas ex ſtatis pecorum frugumque proventibus dapatices & baſilicum in morem feſtorum dierum, aut ſacrificiorum cauſſa a ruſticis concelebrari mos erat. Sic idem ſupra Eleg. 1. [*Sancte veni Dapibus feſtis* -- -- Quid? quod obſervatum a Servio, *Dapes* proprie Deorum eſſe, ut Epulas hominum. Sed & *Dapem*, i. rem divinam verna, vel hyberna ſemente fieri ſolitam, docuit nos Feſtus, Unde & Jovi Dapali repertum cognomentum apud Catonem lib. de R. R. ubi eampſe quoque, piro jam florente, Jovi & Veſtæ quomodo fieri, quibusque adeo verbis polliceri oporteat, rite atque ordine ruris amatoribus præmonſtrat. non urna; ſeu culigna vini modo: ſed vero & aſſaria pecuina. neque id adeo mirandum, quippe pro bubus, & pecorum fœtu. *Douſa P.*

J. SCALIGER.

Taceo quam ſaucius annum) Lego, *jaceo quum ſaucius.*

Verba poteſt) Huc traducenda duo diſticha, quæ in ſequenti elegia ordine leguntur, ACER AMOR FRACTAS. Hoc enim continuandum cum iis, quæ ſuperius dixit:

Pace tua pereant arcus, pereantque ſagittæ
Phœbe, modo in terris erret inermis Amor.

Quam enim apte nunc illa eo referentur? *Acer Amor, utinam*, &c. Sane ubi hodie leguntur illi quatuor verſus nec ſibi nec alteri prodeſſe poſſunt.

VARIORUM.

Ingeret hic potus juvenis maledicta puellæ, &c.) Rite, id eſt, ex Satisfactionis formula. Erat enim in more poſitum antiquitus, ut ſi quis vel dicto, vel facto contumeliam alteri, flagitiumve feciſſe arguerетur; is, teſtificatione pœnitentiæ præſentis, gratiam delicti fieri poſtularet ſibi: etiam ſacramento interpoſito ſe purgans; videlicet, factum nolle, imo diſcupere ſe, infectum indictumque fieri poſſe, quidquid perperam feciſſet, dixiſſetve in amicum inſontem, ac tali injuria indigniſſimum. illud inſuper verbis conceptiſſimis adjurans, malam ſe mentem habuiſſe, ac ſuperſtites, quantum eſt, Deos comprecans, ut omne illud, quod ita vecordiｔer effutiiſſet, in ſe ſuumque recideret caput. vel eo uſque opinor, quoad alter ille quaſi reſecratus, religione omni ſolutum ſe eſſe, plane in animum jam duxiſſet ſuum. idque omnino firmiter demum perſuaſum haberet ſibi. Argumento, quod dixi, teſtis Plautus. Terentius, *omnes*, *omnes* denique Tibullus ſup. lib. 1. Eleg. 11. Elegans exemplum habes apud Senecam lib. de Benef. III. c. XXVIII. de Ruffo Senatorii ordinis viro. *Idem.*

Et mihi præcipue.] puto *At* Livii.

Miles

Vixq; cano Nemeſim, ſine qua verſus mihi nullus
 Verba poteſt, juſtos aut reperire pedes.
Aut tu(nam Divum ſervat tutela poëtas)
 Præmoneo, vati parce puella ſacro.
Ut Meſſalinum celebrem, cum præmia belli,
 Ante ſuos currus oppida victa feret,
Ipſe gerens laurus, lauro devinctus agreſti,
 Miles io magna voce triumphe canam.
Tunc Meſſalla meus pia det ſpectacula turbæ,
 Et plaudat curru prætereunte pater.
Annue: ſic tibi ſint intonſi Phœbe capilli,
 Sic tua perpetuo ſit tibi caſta ſoror.

ELEGIA

J. SCALIGER.

Miles io magna voce triumphe canet) Sine dubio legendum *Canam*. Ipſe ego miles canam. Tamen ſi receptam lectionem tueri volumus, id non ſine magna veriſimili cauſſa nobis licebit facere.

Sic tibi ſint intonſi Phœbe capilli.) Hæc manifeſto oſtendunt unam perpetuam eſſe elegiam ab eo principio, *Phœbe fave* quum in eadem re deſinat, a qua initium fecit. Quare non ſine rubore qui aliter ſentiunt, hæc lecturos puto.

VARIORUM.

Annue ſic &c.) Plane poſt Deos invocatos & preces illis factas poëtis familiare eſt blanditias aliquas addere, quibus eos demulceant, & ad preces ſuas exaudiendas, tribuendaque quæ petuntur alliciant, delitias eis quodammodo facientes per earum rerum, quas illis gratas eſſe norunt, obteſtationem. id quod ductu auſpicioque voculæ hujus Sic, fieri ſolitum obſervavi. Tibull. Eleg: ult. lib. III.

CANDIDE LIBER ADES: SIC SIT TIBI MYSTICA VITIS
 SEMPER, SIC *hedera tempora vincta feras.*

Ovid. lib. V. Triſt. Eleg. IV. Mart. lib. IV. Epigram. XIV. ad Phœbum. Idem lib. VII. Epigr. LXXIII ad Mercurium. Apud Senecam quoque Hippolyto Act II. Sc. I. nutrix in precatione ad Dianam. Atque ira Auguſto, cujus offenſam precibus placare ſtudebat, Ovidius non ſemel blanditur, veluti lib. Triſt. Eleg. I. Idem quoque genus orandi uſurpat. lib. IV. Triſt. Eleg. V. lib. IV. de Ponto Eleg. XIII. & Epiſt Phædræ ad Hippolytum. Quod & imitatus eſt Prudentius Periſteph. in Carmine. De paſſione Hippolyti martyris. *Briſſonius.*

ELEGIA VI.

CAſtra Macer ſequitur, tenero quid fiet Amori?
Sit comes, & collo fortiter arma gerat.
Et, ſeu longa virum terræ via, ſeu vaga ducent
Æquora, cum telis ad latus ille volet,
Ure puer quæſo, tua qui ferus otia liquit,
Atque iterum erronem ſub tua ſigna voca.
Quod ſi militibus parces, erit hic quoque miles
Ipſe, levem galea qui ſibi portet aquam.

Caſtra

J. SCALIGER.

Sit comes & collo] Vix eſt, ut hæc vulgo bene intelligantur, quia peſſime ab interpunctionibus accepta ſunt ut totam mentem Tibulli diſſimularint. Nos autem ita emendamus. & diſtinguimus:

Sit comes, & collo fortiter arma geret.
Et, ſeu longa virum terræ via, ſeu vaga ducent
Æquora, cum telis ad latus ire volet,
Ure puer quæſo, tua qui ferus otia liquit.

Si inquit, armiger eſſe vult, hoc eſt Cacula militaris, & pedeſtri, an marino itinere, cum telis ſequi militem herum volet, ure eum. Hæc profecto ita ſcripſit Tibullus, & in invidiam caſtrenſis, & militaris vitæ caculam eum potius, quam militem dicit. Non poteſt diei quam diverſam ſententiam hæc concipiant in vulgatis editionibus.

Quod ſi militibus) Eædem importunæ interpunctiones totam ſententiam horum quoque verſuum interpolarunt. quos ita leges:

Quod ſi militibus parces, erit hic quoque (miles
Ipſe, levem galea qui ſibi portet aquam,
Caſtra peto, --

Quod ſi non Cacula militaris, quod genus militiæ ærumnoſiſſimum ac laborioſiſſimum eſt, ſed juſtus miles erit: ego quoque caſtra peto, ſi modo, inquam, ille miles erit, quod parces illis, id eſt, quod illi meliore ſunt conditione, quam ſervi militares. Eſt autem Macer ornithogoniæ, & aliorum poëmatum ſcriptor, municeps Catulli.

Portet aquam) Ita ex veteri ſcriptura repono.

VARIORUM.

Atque iterum erronem.) Vet. lib. *Et verum.* ex utraque lectione fortaſſe ſcribendum. *Et veterem erronem.* Paſſerat.

Erronem.) Errones, vagabundi ſervi & fugitivi: ſic enim interpretatur *Ulpianus tit. de ſerv. fugitivo*, quamquam Arrianus *de re militari l. qui cum.* velit erronis crimen in ſervo levius eſſe, quam fugitivi. Unde Labeo. *l.* XVII. §. XIV. *ω. de Ædil edict*, definit Erronem. Puſillum fugitivum eſſe: & ex diverſo, Fugitivum magnum erronem eſſe. Sed proprie, addit Ulpianus, Erronem ſic definimus, qui non quidem fugit. ſed *qui* frequenter ſine cauſſa vagatur: &, temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redit, vel, ut Duareno placet, *domum redit*. Hinc Columella Erronem apud ducem cenſet, detractis alis, velut quadam compede, domi retinendum,

Quod ſi militibus parces &c.) Emendo: *Quod ſi militibus parces, ero & hic quoque miles. Ipſe,* &c Ut ſignificet Poëta: Quod ſi (o Amor) Macro huic, caſtrorum tuorum deſertori, cæteriſque ſimilibus, a Venerea militia ad alteram, & Martialem illā deſciſcentibus, conniventia tua,

ao

Caſtra peto, valeatque Venus, valeantque puellæ.
Et mihi ſunt vires, & mihi facta tuba eſt.
Magna loquor, ſed magnifice mihi magna locuto
Excutiunt clauſæ fortia verba fores.
Juravi quoties, rediturum ad limina nunquam.
Cum bene juravi, pes tamen ipſe redit.
Acer Amor fractas utinam tua tela ſagittas,
Si licet, exſtinctas aſpiciamque faces.
Tu miſerum torques, tu me mihi dira precari.
Cogis, & inſana mente nefanda loqui.
Jam mala finiſſem letho: ſed credula vitam
Spes fovet, & fore cras ſemper ait melius.

Spes

ne dicam lentitudine, imo ſocordia impune abire transfugium Iſtud; teque ab hoc genere, quaſi abs Sacris, manum abſtinere cognovero, ſagittasque ac faces iſtas tuas in ſolis militibus fruſtrari: eccum etiam ipſum me, (qui ſemper uſque adhuc incruenta ſtipendia feci, meruique adeo in caſtris tuis) paratum exemplo Macri ad bellum porro teterrimum proficiſci, militiæque auctoratum dare nomen, & quidem jam ex hoc loco, ne morari cenſeas Atque hanc eſſe iſtiuſce loci ſententiam ſcripturamque indicio fuerint ea quæ ſequuntur: ubi & Veneri & Amori ſupremam in perpetuum dicere videtur Poëta. Douſa P.

Quod ſi militibus parces.) Vet. lib. *parcis.* fortaſſe legendum *parſis* pro pepērceris. ut apud Plautum Pſeudulo *Id quidem hercule me parſis dabo* Paſſera.

Portet aquam.) omnino vera eſt hæc hujus loci lectio, non illa altera *potet aquam*: Quamvis enim Propertius dixerit:

Potabis galea feſſus Araxis aquam

tamen hic otioſum fuerit illud *ſibi*, niſi legamus *portet*. Adjuvat in partem Claudianus in Panegyr. de 3. Conſul. Honorii.

Nec non in clypeo vigiles perducere noctes
In galea portare nives.

Douſa. F.

J. SCALIGER.

Quum bene juravi) Poſt hunc verſum revocandi huc ſunt exules illi verſus; quorum numero quatuordecim ſunt diſticha in Elegia RVRA TENENT. Eorum initium eſt: AT TV QVISQVIS ES. Nunc, qui dicebat ſe militaturum, poſtea victus animi eandem militiam detrectavit, idem quoque ſuadet cuilibet amanti, nempe ut in urbe ſub ſignis amoris militet, non in caſtris. At tu, inquit, quicunque es ſub imperio amoris, in contubernio noſtro milita. Eandem enim militiam ſub eodem duce Amore ſequimur.

Jam mala finiſſem leto) Excerpta gnome hanc periodum comprehendunt;

Finirent multi leto mala. credula vitam
Spes fovet. --

Quod melius. Hinc autem alia Elegia incipit.

Spes alit agricolas: ſpes ſulcis credit aratis
  Semina, quæ magno fenore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine piſces,
  Cum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam valida ſolatur compede vinctum:
  Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus:
Spes facilē Nemeſim ſpondet mihi: ſed negat illa.
  Hei mihi, ne vincas dura puella Deam.
Parce, per immatura tuæ precor oſſa ſororis,
  Sic bene ſub tenera parva quieſcat humo.
Illa mihi ſancta eſt, illius dona ſepulcro,
  Et madefacta meis ſerta feram lacrymis.

Illius

J. SCALIGER.

Spes etiam valida ſolatur) Vetus poeta primo libro Catalectorum a nobis editorum:

Captivus duras illa ſolante catenas
Perferet & victos vincere poſſe putat.
Noxius infami diſtrictus ſtipite membra
Sperat & a fixa poſſe redire cruce.
Spem juſſus præbere caput paloq; ligatus,
Quum micat ante oculos ſtricta ſecuris, habet,
Sperat & in ſæva victus gladiator arena,
Sit licet infeſto pollice turba minax.

Ne vincas dura puella deam.) Dea Spes. Theognis

ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστι,
ἄλλοι δ' Οὔλυμπόνδ' ἐκπρολιπόντες ἔβαν.

Ovidius hoc diſtichon vertit:

Spes igitur pœnæ mentis, Græcine, levandæ
Non eſt ex toto nulla relicta meæ.
Hæc Dea. quum fugerent ſceleratas numina terras,
In diis inviſa ſola remanſit humo.

VARIORUM.

Spes alit.) Hic verſiculus ad Statianæ editionis margines hac forma conceptus legitur.

Spes alit; & ſemper cras fore ait melius.

Et placet μετάθεσις. nec me numerorum infractio de propoſito deterret; quam & Tibullo haud diſplicuiſſe plerique ipſius elegi fidem nobis facere poſſunt. *Douſa P.*

Solatur compede vinctum.) Foſſorem forſan intelligit, qui vincti & compediti erant. Juvenal. Sat. 11. *Ipſe focis brevibus ponebat olnſcula, quæ nunc Squallidus in magna faſtidit compede foſſor.* Domicilium horum Ergaſtulum fuit, ut habent Juvenalis Sat. XIV. & Seneca P. lib. V. controv. Si Appuleio Apologia (ut vocant) prima credimus, quindecim vincti Ergaſtulum conſtituebant. Et, quia reditus agrorum non raro lapicidinis, cretifodinis, arenariis, auri, argenti ſulphuris venis conſtabat, ideo adhibebantur huic operæ homines vincti, qui cæderent, foderent, eruerent. *Pignorius.*

Supplexque

Illius ad tumulum fugiam, ſupplexque ſedebo.
Et mea cum muto fata querar cinere.
Non feret uſque ſuum te propter flere clientem.
Illius ut verbis ſis mihi lenta veto.
Ne tibi neglecti mittant mala ſomnia Manes,
Mæſtaque ſopitæ ſtet ſoror ante torum.
Qualis ab excelſa præceps delapſa feneſtra
Venit ad infernos ſanguinolenta lacus.
Deſino, ne dominæ luctus renoventur acerbi.
Non ego ſum tanti, ploret ut illa ſemel.
Nec lacrymis oculos digna eſt fœdare loquaces.
Lena nocet nobis: ipſa puella bona eſt.
Lena vetat miſerum Phryne, furtimque tabellas
Occulto portans itque reditque ſinu.
Sæpe ego cum dominæ dulces a limine diro
Agnoſco voces, hæc negat eſſe domi;
Sæpe ubi nox promiſſa mihi eſt, languere puellam
Nuntiat, aut aliquas extimuiſſe minas.
Tunc morior curis: tunc mens mihi perdita fingit,
Quiſve meam teneat, quot teneatve modis:
Tunc tibi lena precor diras. ſatis anxia vivas,
Moverit e votis pars quotacunque Deos.

ALBII

VARIORUM.

Supplexque ſedebo.) Sic Mart. lib. II. Epigr. XLI. dixit *Aſſidere*, quod ſolennis eſſet mos lugentium mortuos, ſedere. Probant multa veterum teſtimonia. Propert. lib. III. Eleg. XIV. *Afferts huc unguenta mihi ſertisque ſepulcrum Ornabat cuſtos, ad mea buſta ſedens.* Et in ſacris literis Ezechielis, c. VIII. *& ecce mulieres ſedebant plangentes Adonidem.* & Matth. c. XXVII. *Erat autem ibi Maria Magdalena & altera Maria ſedentes juxta ſepulcrum.* Mart. lib. VII. Epigr. LVII. *At tumulum Picens dum ſedet ipſe ſuum* Ramirez.

Lena vetat) *Necat.* Fruc. δύσχωτετα. *Livin.*

ALBII TIBULLI, EQUITIS ROMANI
LIBER III.
ELEGIA I.

MArtis Romani feſtæ venere Kalendæ.
Exoriens noſtris hīc fuit annus avis.
Et vaga nunc certa diſcurrunt undique pompa,
Perq; vias urbis munera,perq;domos,
Dicite Pierides, quonam donetur honore
Seu mea, ſeu fallor, cara Neæra tamen?
Carmine formoſæ, pretio capiuntur avaræ:
Gaudeat, ut digna eſt, verſibus illa meis.
Lutea ſed niveum involvat membrana libellum,
Pumex & canas tondeat ante comas:
Summaque prætexat tenuis faſtigia chartæ,
Indicet ut nomen littera facta tuum:

Atque

J. SCALIGER.

EXoriens noſtris hic fuit) Lege auctore ſcriptura, *hinc fuit.*

Atta. -- *annum novum*
Voluerunt eſſe primum menſem Martium.

Gaudeat, ut digna eſt, verſibus illa meis) *Meis* eſt liquido ſcriptum in noſtro libro, ut & omnes editiones habent. Nihil enim impedit, Tibullum ipſum iſta ſibi dicere. Et, ſi diligenter inſpiciamus, non loquuntur hic Muſæ.

Pumicet & canas) Lege *Pumix & canas*. Pumix, alis, germin, rumin, pro pumex, ales, germen, rumen ſcribere ſolebant.

Tenuis faſtigia charta) 'ἀριϛτόκωλον intelligit. ſicut imum chartæ ἐσχατόκωλον. Martialis: *Spectas* ἐσχατοκώλιον *Severe*. Perperam hodie legitur ἐσχατοκωλικόν. In charta κῶλα ſunt partes adglutinatæ, quos ſcapos vocabant. unde regiæ chartæ μακρόκωλα vocabantur ab amplitudine. Ab eo membranæ pelles καὶ διφθέραι, quia unum tantum κῶλον habent, nec adglutinantur, ut chartæ. propterea vocantur σωμάτια a Græcis, nimirum quia unum corpuſculum ſunt, & non plura membra, ut chartæ.

VARIORUM.

Prætexat.) Tacitus de morib. Germ. *Majoribus minoribusque Friſiis vocabulum eſt ex modo virium, utraque nationes uſque*

ad

Atque inter geminas pingantur cornua frontes.
Sic etenim comtum mittere oportet opus.
Per vos auctores hujus mihi carminis oro,
Caſtaliamque umbram, Pierioſque lacus,
Ite domum, cultumque illi donate libellum,
Sicut erit: nullus defluat inde color.
Illa mihi referet, ſi noſtri mutua cura eſt,
An minor, an toto pectore deciderim.
Sed primum meritam larga donate ſalute,
Atque hæc ſubmiſſo dicite verba ſono.
Hæc tibi vir quondam, nunc frater, caſta Neæra,
Mittit, &, accipias munera parva, rogat.

Teque

ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque immenſos inſuper lacus & Romanis claſſibus navigatos. Elegans hujus verbi, *Prætexere*, uſus etiam alibi apud eundem ſcriptorem ſe prodit. *Eaque Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio prætexitur.* quæ vox in nonnullis codicibus corrupta eſt in *pergitur*; ut id obiter admoneam. Sic Auſonius in Panegyrico: *Aſſultantibus tot Barbarorum millibus, quibus Danubii ora prætexitur.* Ita Plinius *montes Parthiæ gentes prætexere* dixit, hoc eſt, velut inſtitam longã porrigi & obduci ab una parte: *Had. Juni.*

Litera pacta) Recte *pacta*. Pangere enim figere ſignificat. unde & *Verſus pangi*. i. figi in cera dicuntur. Auctor Feſtus. *Douſa P. F. picta* aut *facta*. a pango deductum eſt, nec quicquam mutandum. *Livin.*

J. SCALIGER

Sed primum nympham) Lege ex veteri ſcriptura:

Sed primum meritam longa donate ſalute.

Longum ſalvere, longum valere dicebant.

Et longum formoſe vale, vale, inquit, Jola.

Hæc tibi vir quondam) Ovidius:

Alloquor Hermione nuper fratremque virumque,

Nunc fratrem. nomen conjugis alter habet.

Neque enim tantum, quod ἀνιψιὸς eſſet, fratrem vocavit: ſed quia amatorium eſt ita ſe vocare: ut vides hic apud Tibullum. Nam vir diſertus hic in plana via offendit. quemadmodum & in eo hallucinatur, quod hic dialogiſmum eſſe putat poëtæ cum Muſis. Quomodo enim dialogus intervenire poſſit, ubi unius tantum poëtæ alloquium eſt?

VARIORUM.

Sed primum meritam) In Pal. Sext. Commel. optimis membranis, conſpicitur ex ſertiſſimis litteris *meritam.* ac deinde in Pal. I. Feſt. quarto. *longa*, non *larga.*

Vir quondam nunc frater) Hæc tibi parva a me munera mittuntur, Neæra a me, inquam, qui ut ſpero, aliquando vir & conjunx legitimis nuptiis tibi futurus ſum, nunc autem duntaxat frater, id eſt, amator & concubinus ſum, atque ita tibi perſuadeas, te mihi ſemper fore cariſſimam, ſive ſoror mihi, ſive quod malo, uxor futura ſis. Sed tamen, inquit, magis conjugem ſe mihi opto, cujus nominis ſpem ſola mors eripere mihi poterit. Atque hæc brevis

horum

Teque ſuis jurat caram magis eſſe medullis,
 Sive ſibi conjux, ſive futura ſoror.
Sed potius conjux: hujus ſpem nominis illi
 Auferet exſtincto pallida Ditis aqua.

ELEGIA II.

QUi primum caram juveni, carumque puellæ
 Eripuit juvenem, ferreus ille fuit.
Durus & ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
 Vivere & erepta conjuge qui potuit.

Non

horum verſuum ſententia eſt. Advertendum autem hoc loco illud, QUONDAM, non præteritum, ſed futurum tempus deſignare, ut apud Virgilium, --- *quondam tua dicere facta Tempus erit.* --- Eique primo verſui, *Hæc tibi vir quondam nunc frater*, ille ſequens verſus reſpondere, eumque quaſi interpretari exiſtimandus eſt, *Sive ſibi conjunx, ſive futura ſoror.* Neque enim legitimo umquam matrimonio juncta fuit cum Tibullo Neæra, ſed tantum de amore ejus ſperare ſe Tibullus profitetur, ut poſtea relictis aliis amatoribus, uni ſibi adhæſura ſit. *Lipſius.* Spoponderat Lygdamo Neæra ſe illi uxorem futuram, ſed antequam id fieret, mutata ſententia, ut eſt varium & mutabile fœmina, ad alterum obſcurũ & ignotum appulerat animum. Lygdamus id cum reſciſſet, amore ardens movit omnem lapidem, ut nuptias illas diſturbaret, puellæque animum adeo ſibi conciliaret. Inter cetera ad eam flectendam miſit illi Kal. Martiis tertium hunc elegiarum librum: utitur autem in eo Poëta viri & conjugis nomine ut refricet Neæræ memoriam ſponſionis nuptiarum, qua Lygdamo ſe obligarat, & vinculi quod ſoluta fide ſolvi non poterat. Frater vero vocari non potuit amator, ut exiſtimat Lipſius, quia caſta non eſt, quæ copiam ſui facit amatoribus. Et tamen caſtam vocat Neæram. Frater igitur hic non eſt mœchus; ſed amator pudicus, & integer, qui nihil obſcœnum ſpectat & cupit: Hæc igitur erit ſententia. Accipies ab eo hoc munuſculum. Neæra, qui a re quondam lactatus, & verbis adductus tuis ſperavit fore, ut conjugio & amplexu tuo frueretur, atque ob eam cauſſam te amavit ut vir: nunc autem cum alterius eſſe vis, tuerique, ut par eſt, pudorem tuum, non abjicit ille quidem conjugis ſpem, ſed eo te interea amore proſequitur, quo frater ſororem ſolet. *Vicent. Contarenus.*

Pallida ditis aqua.) Ad Græcorum imitationem videtur dixiſſe: ſic enim Anyte Poëtria:

-- αἱ πρὸ γάμοιο
Χλωρὸν ὑπὲρ ποταμοῦ χεῦμ' Ἀχέροντος ἔβα.

Unde probatur ejus lectionis integritas Eleg. 5.

Parcite, pallentes undas quicunque tenetis.

Douſa F.

Præfata

Non ego firmus in hoc: non hæc patientia noſtro
  Ingenio. Frangit fortia corda dolor.
Nec mihi vera loqui pudor eſt, vitæque fateri
  Tot mala perpeſſæ tædia nota meæ.
Ergo cum tenuem fuero mutatus in umbram,
  Candidaque oſſa ſuper nigra favilla teget;
Ante meum veniat longos incomta capillos,
  Et fleat ante meum mæſta Neæra rogum.
Sed veniat caræ matris comitata dolore:
  Mæreat hæc genero, mæreat illa viro.

Præfatæ

J. SCALIGER.

Tot mala perpeſſa tot ſupereſſe mea) Corruptus locus. Reſtitue auctore libro noſtro:

Tot mala perpeſſæ tædia nota meæ.

Tædia vitæ meæ perpeſſæ tot mala.

Mæreat hac genero) Helleniſmus eſt. Euripides:

κ' σὼν ἂν μογιωθεὶς ἔςενον κακοῖς ἐμοῖς.

VARIORUM.

Patientia.) pro duritia accipio hoc loco, quomodo, *patiens* pro *duro* apud Propert. eſt:

Sit licet & ſaxo patientior illa Sicano

Douſa F.

Ergo ego cum tenuem, &c.) Omnium elegantiſſime totam oſſilegii formam omnesque ejus ceremonias nobis depinxit Tibullus hac Elegia. Corpore igitur, quantum ſatis erat, uſtulato & ut Ovidii verbis utar lib. VIII. Met. *Paulatim cana prunam velante favilla,* hoc eſt, poſtquam jam rogus fere deflagrarat, & ----- *quodcunque fuit populabile flama Mulciber abſtulerat,* ut ait Idem lib. IX. ad oſſa colligenda, quorum eæ partes erant, ſeſe accingebant: rogum & reliquias vino reſpergentes, ut flamis exſtinctis ultimum illud munus cinerum oſſiumque colligendorum obire tanto facilius poſſent. *Kirchmannus.*

Mutatus in umbram.) conſimili ratione dictum, qua idem *verſus in oſſa,* ſub juncturus eſt poſtea.

Sic ego componi verſus in oſſa velim.

Douſa P:

Mæreat hac genero mæreat illa viro] Obſervandum verbum *Mærere* auferendi non minus eleganter, quam accuſandi caſui conjungi poſſe; quemadmodum & *Dolore.* Cui exemplo fuerit etiam Sulpitianum illud apud Ciceronem; *Dolore alicujus mærere.* i. ob alicujus dolorem. *Mæreat* ergo *genero,* in Tibullo nihil aliud eſſe, invenietur, quam propter generum, hoc eſt, generi ſui mortem, ſeu cauſſa ejus mortis mœrere. *Douſa P.*

Præfatæ ante meos manes, animamque precatæ,
  Perfuſæque pias ante liquore manus.
Pars quæ ſola mei ſuperabit corporis oſſa
  Incinctæ nigra candida veſte legant,
Et primum annoſo ſpargant collecta Lyæo,
  Mox etiam niveo fundere lacte parent. Poſt

J. SCALIGER.

Præfatæ ante meos manes) Et mœſta ſupremum voce ciemus. Euripides:

προσείπατ' ἐξιοῦσαν ὑστάτην ὁδόν.

Animamque rogatæ) Ita habent veteres editiones, & membrana noſtra. pro quo ſubſtituerunt, *animamque precatæ*. quia videbant rogatæ non dici, ut precari. Venuſti homines, qui animam cum hoc verbo, non cum PRÆFATÆ connectebant. Nam eſt, *Præfatæ ante meos manes, animamque.* deinde: -- *rigata Perfuſæque pias ante liquore manus.* Ita enim legendum ex corrupto illo *rogatæ*. Animam præfari quid ſit oſtendunt multa in veterum libris paſſim, ut -- *magna manes ter voce vocavi.*

VARIORUM.

Animamque rigata.) Male *animamque rogatæ* multi codices antiqui, quod tamen approbatores ſuos invenit, nec melius magnus Scaliger *animamque rigata.* ſcribe *animamque precatæ*. Virg. lib XI. *ut primum placati animi & trepida ora quierunt, præfatur Divos ſolio Rex in ſit ab alto.* Heinſius ad VI Faſt. verſ. 303.

Perfuſæque pias ante liquore manus.] Lotis ante manibus oſſa fuiſſe lecta aſſerit Tibullus: cujus ritus veſtigium me alibi legere non memini, hic autem clariſſimis verbis indicatur:

Pars quæ ſola mei ſuperabit coporis oſſa.

Incinctæ nigra candida veſte legant.] Qui reliquias legebant, hoc faciebant diſcincti, ut apparet ex Suetonii Auguſt. c. C. Proprio nomine munus hoc *Oſſilegium* vocatur. Gloſſæ veteres: *Oſſilegium*, ὀστολόγιον.

Et primum annoſo.) Ex Romano Novendialium ſacrorum ritu ſcilicet, in quibus *vetuſtate vino edentulo*, & quidem Falerno de meliore nota ad Manes propitiandos ſepulchra defunctorum conſpergi, ac tantum non inundari mos erat, unde & *Reſperſum vinum* appellatum legimus in Feſto. *Reſperſum vinum, apud antiquos. quia in ſacris novendialibus vino mortui ſepulchrum ſpargebatur.* Douſa P.

Annoſo ſpargant collecta Lyæo.) Statius ut magis probet amorem Urſi, rogum ejus vino Setino reſtinctum dicit, lib. II. Sylv Sunt qui conſuetudinem hanc vetitam putant per Numæ legem, quam quidem hoc ſenſu etiam ipſe Plinius cepit, lib, XIV. C. XII. *Numa Regis Poſtumia lex eſt,* VINO. ROGUM NE RESPERGITO: *quod ſubjunxiſſe illum propter inopiam rei nemo dubitat.* Sed Lipſius lib. III. Ant. Lect. & Scaliger in Conjectaneis ad Varron. legem hanc Numæ συμποτικὴν potius, quam πολιτικὴν & feriam fuiſſe exiſtimant, cum ex veterum ſcriptis conſtet, vino ſemper rogum reſpergi ſolitum. Quo ſenſu etiam Catullus videtur intellexiſſe hoc Epigrammate,

Miniſter vetuli puer Falerni,
Inger mi calices amariores,
Ut Lex Poſtumiæ jubet magiſtra.

Alluſum igitur ad Voluptuariorum dicteria, qui vivos ſolebant dicere, quam ſervare illud ad exſequias *Kirchm.*

Fundere lacte parent) Virgil. Æn. lib. III. *Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte, Sanguinis & ſacri pateras, animamque ſepulcro Condimus.* --- Ubi Servius. *Ideo lactis & ſanguinis mentio facta eſt, quia affirmantur animæ lacte & ſanguine delectari.* Et paulo poſt: *Bene animam lacte & ſanguine dicit elicitam ad tumulum.*

Poſt hæc carbaſeis humorem tollere velis,
　Atque in marmorea ponere ſicca domo.
Illic, quas mittit dives Panchaia merces,
　Eoique Arabes, dives & Aſſyria.
Et noſtri memores lacrymæ fundantur eodem,
　Sic ego componi verſus in oſſa velim.

Sed

tumulum. Lacte namq; nutritur corpus poſt animæ conjunctionē, & anima ſine ſanguine nuſquam eſt, quo effuſo recedit, Statius in funere Archemori, Theb. VI. *Spumanteſque mero pateræ verguntur, & atri Sanguinis, & rapti gratiſſima cymbia lactis.* Sophocles in Electra ſolius ſanguinis meminit. Luctatius ad Statii locum, quem produximus; *Libatio duabus rebus expeditur, lacte & ſanguine: quod alterum eorum ad alimoniam ſit vitæ retinendæ; alterum virium continendarum, quia vita hominum his rebus juvatur, etiam propterea ſepulturæ commendare ſolent.*

J. SCALIGER.

Poſt hæc carbaſeis humorem tollere velis) Repone *ventis*. ut etiam nonnullæ editiones habebant. Significat collecta in linteo ventilari ſolita, ut exugeretur humor, quo ſparſa erant.

VARIORUM.

In marmorea ponere ſicca domo.) Domus pro monumento: Sic in veteri inſcriptione Rom. in D. Stephani, e regione templi D. Luciæ.

\- - - - - - - - - - - - - - -
\- - - - - - MALA. EST GRATIA
M. JUNIO. M. F. PAL. RUFO
SOTERICHUS. PÆDAGOG. FECIT
HÆ. SUNT. PARVÆ. TUÆ. MEÆQ. SEDES
HÆC. CERTA. EST. DOMUS. HÆC COLENDA NOBIS
HÆC. EST. QUAM. MIHI. SUSCITAVI. VIVUS

Divitum plerumque erant ſepulchra marmorea.

Illic) fortaſſe *illuc*, ſequitur enim quo referri oportet.

Et noſtri memores lacrymæ fundantur eodem. Paſſeratius.

Quas mittit dives Panchaia merces.] Ex innumeris autorum locis videre eſt odores acervatim in rogum conjectos fuiſſe.

Sic ego componi verſus in oſſa velim.) Collecta igitur ad hunc modum oſſa ac cineres, vinoque & aliis odoribus, interdum & lacrumis perſperſa ac inrigata in monumentum condebant. Frequens autem vox *Componendi* hoc ſenſu. Horat. lib. I. Sat. IX. Propert. lib. II. Catullus, Tacitus lib: I. Hiſt. &c. Nequaquam tamen cineres & oſſa ita nude componebantur tumulo, ſed vaſculis quibusdam incluſa, quæ Latini *Urnas* vacabant. De quo ritu Scholiaſtes Homeri Iliad. Δ. *Kirchman.*

Componi) *Compoſiti* proprie dicebantur defuncti, & *componi* ſeu collocari, quum in Libitina, aut eorum ſtrato brachia cruraque certum in modum ſtatuebantur. Fecit Tibulli locus fraudem induſtrioſiſſimæ doctrinæ viro, qui in Dictionario ſuo bilingui. *Verſus in oſſa componere: Tibul. Mettre l'epitaphe d'un treſpaſſe.* Videlicet perſuaſus, τὸ *verſus* haud participium nominandi, ſed vero nomen plurale accuſandi caſu poſitum eſſe a Tibullo. cujus latum errorem Antverpiana editio ſuccidaneo ſuffragio cumulavit, ad cujus marginem non *verſus*. ſed *carmen* prætextum eſt animadvertere perperam. *Douſa P.*

Demonſtret

Sed triſtem mortis demonſtret littera cauſſam,
Atque hæc in celebri carmina fronte notet:
Lygdamus hic ſitus eſt. dolor huic, & cura Neæræ
Conjugis ereptæ, cauſſa perire fuit.

ELEGIA III.

Quid prodeſt cælum votis impleſſe Neæra?
Blandaque cum multa thura dediſſe prece?
Non ut marmorei prodirem e limine tecti
Inſignis clara, conſpicuuſque domo.

Aut.

J. SCALIGER.

Demonſtret litera) Litera, ἐπιγραφὴ. Supra:

Indicet ut nomen litera facta tuum.

Dolor huic & cura Neæræ) Corrupta hæc ſunt ab imperitis hominibus. qui ſtatim quæ neſciunt, delent. Vetus ſcriptura fuit: *dolor huic & cauſſa Neæra Conjugis erepta cauſſa perire fuit.* Elegantia antiqua. *Cauſſa Neæra* eſt Neæra ipſa. Juriſconſulti *cauſſam bonorum*, hoc eſt bona. Propertius:

Ite rates curvæ, & leti texite cauſſam.

hoc eſt letum. nam male legitur *cauſſas*. Mille talium poteram adducere, ſi neſcirem eſſe multos eruditos, qui ſciunt me verum loqui. Eleganrer ergo repetit τὸ *cauſſas* pene diverſo ſenſu, *cauſſa Neæra Conjugis erepta cauſſa perire fuit.* hoc eſt, in cauſſa fuit conjunx Neæra erepta, ut ille perierit. Dolor & cauſſa Neæræ ereptæ, ἓν διὰ δυοῖν. dolor ob ereptam Neæram. De erepta Neæra habes in Elegia D I *Meliora ferant.* Quæcunque fuerit iſta Neæra. ejus non meminit in duobus prioribus libris. Tamē conſtat eam eſſe; quam Horatius in Oda ad Tibullum Glyceren vocat. Nam de eadem re ibi ſermo, de qua hic, nempe de dolore Tibulli ob ereptos ſibi amores. Quare quemadmodum alio nomine Neæram, ita & ſe Lygdamum vocat. An dicemus omnes amicas Neæras vocari? Sane Omphalen Neæram Herculis vocat Prudentius in Romano: *Fuſos rotantem cernimus Tyrinthium. Cur, ſi Neæra non fuit ludibrio?* Sic Ariadnen vocat Bacchi Neæram:

Hanc jubet aſſumptam fervens poſt vina Neæran
Secum in delitiis fluitantis ſtare triumphi.

Sed non ideo puto Tibullum ſuos amores Neæram vocaſſe. Nam quod amores ſuos unuſquiſque vocaret Neæram ſuam tempore Prudentii, hoc manavit ex illo — *ipſe Neæran dum fovet* —

VARIORUM.

Demonſtret littera cauſſam) Patet ex Tibulli verbis interdum monumentis cauſſam mortis adſcriptam fuiſſe. Exempla congerit Cl. Kirchmannus, quem vide, Sic Murſini etiam *Mutinenſi acie interemptorum civium tumulo publice extructo adſcripſerant*, PRO. LIBERTATE. EOS. PVBLICE. OCCUBUISSE, ut ait Sueton. in Auguſto. Pertinet huc *illa infelicis Monumenti inſcriptio*, TURBA. SE. MEDICORUM. PERISSE, quæ extat apud Plin. lib. XXIX. c. I.

In celebri carmina fronte notet.) in *fronte* quid ſit, multa vetuſta monumenta declarant, in quibus. IN. FRONTE P. IN. AG. P. Celebrem frontem dicit, quod ſpectaret in viam celebrem, ac frequentem.

Sed

Aut ut multa mei renovarent jugera tauri,
Et magnas meſſes terra benigna daret:
Sed tecum ut longæ ſociarem gaudia vitæ,
Inque tuo caderet noſtra ſenecta ſinu:
Tunc cum permenſo defunctus tempore lucis
Nudus Lethæa cogeret ire rate.
Nam grave quid prodeſt pondus mihi divitis auri,
Arvaque ſi findant pinguia mille boves?
Quidve domus prodeſt Phrygiis innixa columnis,
Tænare ſive tuis, ſive Cariſte tuis?
Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos,
Aurataeque trabes, marmoreumque ſolum?
Quidve in Erythræo legitur quæ litore concha,
Tinctaque Sidonio murice lana juvat?
Et quæ præterea populus miratur, in illis
Invidia eſt. falſo plurima vulgus amat.
Non opibus mentes hominum curæque levantur
Nam Fortuna ſua tempora lege regit.

J. SCALIGER.

Sed tecum ut longæ ſociarem) Profecto legēdum *ſatiarem*. & bene huic rei convenit quod Lucretius præcipit, e vita ut ſaturum convivam recedere. Nam vulgaris lectio nihil ad ſenſum poëtæ. Sequitur enim,

Inque tuo caderet noſtra ſenecta ſinu,
Tunc quum permenſo defunctus tempore lucis, &c.

Hoc enim plane ſatiatum non ſociatum oſtendit.

Nam grave quid prodeſt) Eclogæ habebant.

Quid prodeſſe poteſt pondus mihi divitis (auri?

Invida quæ falſo) Longe melior ſententia in Excerptis.

Et quæ præterea populus miratur, in illis
Invidia eſt. falſo plurima vulgus amat.

Rotunde, & venuſte, ſed nondum, ut puto, plane purgatus eſt locus Legendum enim:

Et quæ præterea populus miratur? in illis
Invidia eſt. --

VARIORUM.

Marmoreumque ſolum.) In pavimentis ſumma elegantia a voluptuariis quæſita eſt; extitere illa teſſellata, ſculpturatave, lithoſtrata, Aſſarota, ſive picta, quæ vel ſegmentis pretioſi marmoris, vel laterculorum aut vitri lignive teſſellis compaginata, vel coloribus amœniſſimis tincta, intuentes morabantur. Quorum differentiam Plin. lib. XXXVI. c. XXV. Vitruvius lib. VII. c. I. & lib. V. c. X. explicarunt. *Kobierzyckius.*

Sit mihi paupertas tecum jucunda Neæra.
At ſine te regum munera nulla volo.
O niveam, quæ te poterit mihi reddere, lucem.
O mihi felicem terque, quaterque diem.
At ſi pro dulci reditu, quæcunque voventur,
Audiat averſa non minus aure Deus:
Nec me regna juvent, nec Lydius aurifer amnis,
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.
Hæc alii cupiant: liceat mihi paupere cultu
Securo cara conjuge poſſe frui.
Adſis, & timidis faveas Saturnia votis,
Et faveas concha Cypria vecta tua.
Aut, ſi fata negant reditum, triſteſque ſorores,
Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt;

Me

J. SCALIGER.

Quæque futura neunt) *Neunt*, non a Neo; ſed a Neeo. ut Abnueo. Ennius:

Certare abnueo, metuo legionibu' labem.

Et quanvis ſic ſecundæ conjugationis videntur, tamen *abnueo* non facit *abnuent*, ut *docent*, ſed abnueunt. Sic hic *Neunt*, non *Nent*. Hic Grammatiſta volui eſſe, quia hoc non eſt in aliis ſcriptoribus vulgare.

VARIORUM.

Audiat averſa.) *Adverſa* erat in vetuſtis membranis. Porro, *Non meus Deus* ſic dictum quomodo Horatianum illud: *Ventis iturus non ſuis. Douſa P.*

Faveas concha Cypria vecta tua.) Stat. lib. 1. Sylv. in Veneris oratione; *Et noſtra potuit conſidere concha.* Placiades ex authoritate Jubæ Maurusii in Physiologis, ſcribit, concham marinam toto corpore ſimul καὶ ἀθρόως aperto, in coitu miſceri, atque inde eſſe, quod Venus pingatur concha vehi. Adde quod hic conchyliacei eſus, libidinis incentivum promoveat. Poteſt in cauſſæ partem vocari & Cythera inſula natalis Veneri, concharum buccinarumque proventu copioſo olim nobilis, unde & πορφυρῆς antea dicta fuit: quo facit verſiculus ille Martialis, *Lævior & conchis, Galle, Cytheriacis.* Illud quoque conſiderare poterit feriatus lector, cur apud Claudianum Venus exquiri mandat Tritonem marinum Deum, quo vecta per altum deferatur, quum huic Deo ſonantem concham, qua inſpirare poſſit, tribuat Ovidius lib. 1. Metamorph. *Iunius.*

Neunt.) Nos *Nent* diceremus: Et tamen *neunt a neo*, quomodo *eunt* ab *eo*, formatum videri poteſt. *Ent* enim ſicut *nent* Latinis in uſu non eſt. *Douſa P.* Emendo *futura canunt*. Scriptum nempe fuerat *futura nunt*, abſorpta priore ſyllaba poſterioris verbi, pro *futura canunt*. Hinc *neunt* barbarum iſtud enatum, quo ne Accius credo, Pacuviuſque forent uſi. Viros tamen maximos approbatores invenit, Scaligerum præcipue. At Parcæ non lanificæ tantum ſed & fatidicæ, quales Catullus Thetidis epitalamio eas inducit, apud quem.

Veridicos

Me vocet in vaſtos amnes, nigramque paludem
Dives in ignava luridus Orcus aqua.

ELEGIA IV.

DI meliora ferant, nec ſint inſomnia vera,
Quæ tulit heſterna peſſima nocte quies.
Ite procul, vanum falſumque avertite viſum,
Deſinite in vobis quærere velle fidem.
Divi vera monent: venturæ nuncia ſortis
Vera monent Tuſcis exta probata viris.
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pavidas mentes falſa timere jubent.
At natum in curas hominum genus, omina noctis
Farre pio placant, & ſaliente ſale.

Et

Veridicos Parcæ cœperunt edere cantus
Et paulo poſt·
Talia præfantes quondam felicia Pelei
Carmina divino cecinerunt omine Parcæ.
Quæ unice Tibulliani loci reſtitutionem confirmant. Heinſius ad Ovid. Herold. Epiſt. 17. verſ. 194

J. SCALIGER.

Dives in ignava) Et dives & Dis ab eadem mente, a qua Græcis πλοῦτον, & πλουτεύς.

Quæ tulit heſterna) Longe melius liber noſter: *Quæ tulit extrema. Extrema nocte*, hoc eſt, quarta vigilia ὅταν πέτρατον νυκτὸς λάχος ἵσα, ait Theocritus, & tunc ſunt inſomnia vera, ſi eidem & Horatio credimus. Quod extrema igitur nocte ſomnium hoc viderit, & ab eo verum eſſe intelligi vult; ipſe indicat, quum ait:
— quum ſummo Phœbus proſpexit ab ortu,
Preſſit languentis lumina ſera quies.

Ite procul vani) Lege: ex eodem libro:
Ite procul, vanū falſumq; avertite viſum.

Deſinite in votis) Lege: *in vobis.* Deſinite o inſomnia, quærere ut in vobis fides reperiatur: Divi enim vera monent, non vos. Exta indicant mentem Deorum: contra ſomnia ludunt hominum mentes.

At natum in curas) Hæc omnia vulgus interpolatorum conſpurcavit. Scripta lectio nullo modo mutari debet.
Et vanum ventura hominum genus omina noctis
Farre pio placant, & ſaliente ſale.
Continuanda autem cum præcedentibus. Somnia, inquit, jubent pavidas mentes falſa timere. & vani homines noctis omina mola ſalſa devenerantur.

VARIORUM.

Ite procul, vanum falſumque.) Quinque. Mſſ. Pal. *ite procul vani: falſumque.* h. l. ite procul vos homines vani, qui forte ex his ſomniis mali quiddam ominis mihi auguramini. *Gebhardus.*

Spirabat

Et tamen, utcumque eſt, ſive illi vera monenti
  Mendaci ſomno credere ſive volent,
Efficiat vanos noctis Lucina timores.
  Et fruſtra immeritum pertimuiſſe velit:
Si mea nec turpi mens eſt obnoxia facto,
  Nec læſit magnos impia lingua Deos.
Jam nox æthereum nigris emenſa quadrigis
  Mundum, cæruleo laverat amne rotas.
Nec me ſopierat menti Deus utilis ægræ
  Somnus. ſollicitas deficit ante domos.

Tandem,

VARIORUM.

Lucina.] videtur velle dicere *Lunam*. Livin.

Velit.) Deos rogabant, UT VELLENT. Plin. lib. XXXIII. c. X. *In Africa nemo deſtinat aliquid, niſi præfatus Africam: In ceteris vero gentibus, Deos ante obteſtantur*, UT VELINT. Virgil. lib. I. Æn.

Jupiter hoſpitibus (nam te dare jura loquuntur)
Hunc lætum Tyriiſque diem Trojaque (profectis
ESSE VELIS — —

Ubi Servius, *Secundum*, ait, *Hetruſcam diſciplinam loquutus eſt. Sic enim dicebant*, VOLENS, PROPITIUSQ. SIS. Tibullus lib. IV. ad Priapum in dicatione templi:

Pro quibus officiis ſi fas eſt, SANCTE (paciſcor,
Aſſiduus cuſtos ruris ut eſſe VELIS.

Plin. lib. X. Idem lib. VI. Epiſt. XI. *Briſſonius.*

Jam nox æthereum nigris emenſa quadrigis
Mundum) Quamvis mundus αἰθαλὸς pro cœlo plerumque dicatur, tamen addit Epithetum *ætheris*, quod imitatus Seneca in Hippolyto dixit: — — *quaque æthereo Candida mundo ſidera currunt*. Douſa F. Reliqua de noctis curru vide in N. ad lib. II. Eleg. I.

Cæruleo laverat amne rotas.) *Amnem* Oceanum dixit & hic & ſupra. *Solis anhelantes abluit amnis equos*: tum Homeri exemplo Iliad. T.

Ἐν δ' ἐτίθει ποταμοῖο μέγα σθένος
  ὠκεανοῖο.

Tum Philoſophorum, qui ab Oceano illo (Homero inquam) ſententiarum ſuarum flumina deduxerunt. Ariſtoteles enim in I. Meteor. ſic ſcribit: δεῖ δὲ νοῆσαι, τοῦτον ὥσπερ ποταμὸν ῥέοντα κύκλῳ ἄνω καὶ κάτω, κοινὸν ἀέρος καὶ ὕδατος. πλησίον μὲν γὰρ ὄντος τοῦ ἡλίου, ὁ τῆς ἀτμίδος ἄνω ῥεῖ ποταμός, ἀφισταμένου δὲ, ὁ τοῦ ὕδατος κάτω. καὶ τοῦτ' ἐνδελεχὲς ἐθέλει γίνεσθαι κατά γε τὴν τάξιν. ὥστ' εἴπερ ᾐνίττοντο τὸν ὠκεανὸν οἱ πρότερον, τάχ' ἂν τοῦτον τὸν ποταμὸν λέγοιεν, τὸν κύκλῳ ῥέοντα περὶ τὴν γῆν. Douſa F.

Nec me ſopierat menti Deus utilis ægra
Somnus, ſollicitas deficit ante domos) Dicit Tibullus inſomnia, quæ amorem comitari ſolet, laboraſſe ſeſe; additque eleganter, illas domos a Somno non adiri; deficere ac deſiderari in illis domibus, in quibus homines curarum pleni habitarent. Unde Seneca Troade *Ignotam venire afflictis quietem* dixit Statius de Atalanta non quieſcente lib. IX. Theb. *per attonitas curarũ pondere noctes.*

Spirabat

Tandem, cum ſummo Phœbus proſpexit ab ortu,
Preſſit languentis lumina ſera quies.
Hic juvenis caſta redimitus tempora lauro
Eſt viſus noſtra ponere ſede pedem.
Non illo quidquam formoſius ulla priorum
Ætas, humanum nec videt illud opus.
Intonſi crines longa cervice fluebant,
Spirabat Tyrio myrtea rore coma.
Candor erat, qualem præfert Latonia Luna,
Et color in niveo corpore purpureus.
Ut juveni primum virgo deducta marito,
Inficitur teneras ore rubente genas.
Ut cum contexunt amaranthis alba puellæ
Lilia, & autumno candida mala rubent.
Ima videbatur talis illudere palla.
Namque hæc in nitido corpore veſtis erat.

Artis

J. SCALIGER.

Spirabat Tyrio murrhea) Virgilius:
-- *crines*
Vibrati calido ferro, murrhaque madentes.
Horatius:
Murrheum nodo cohibere crinem.
Ubi tamen vetus interpres Pomponius Porphyrio: *colorem*, inquit, *myrteum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius eſt inter flavum & nigrum.* Ut videatur in Horatio *myrteum* legiſſe non *murrheum*. Et ſane in hoc etiam Tibulli loco liber noſter habet ſcriptum *myrtea* non *murrhea*. Color ille, de quo ſcribit Porphyrio, non in crinibus ſolum dicebatur, ſed in aliis quoque rebus. Petronius: *Myrtea ſubornatus gauſapia, cinguloque ſuccinctus.* Iſidorus lib. VI. cap. XI: *Nam & qui nummulariam diſcunt, denariorum formis myrteos pannos ſubjiciunt.* Plin. de amomo: *frutice myrtuoſo.* lege *myrtiolo*. Dioſcorides. ξῦλον ὑπόκιῤῥον. Columella: *Myrtiolo modo crine viret.* nam Cinaræ flos κόκιῤῥος. Et ita Iſidorus. *Myrteus*, inquit, *color preſſus in purpura.* --- Nam Color ὑπόκιῤῥος eſt purpura fuſcior. Sed in crinibus color eſt, quem Galli flavum caſtaneum dicunt: Pro *Tyrio* videtur legendum *Syrio*. Syrium rorem unguentum malabatrinum intelligit.

VARIORUM.

Spirabat Syrio myrthea rore coma.) perperam *ſpirabat* corrigunt. nam lib. 2. Eleg. 2. dixerat
Illius Aſſyria diſtillent tempora nardo
Heinſius in Addendis ad Ovid.

Ima videbatur talis illudere palla.) Similis hujus verbi ſignificatio eſt etiam in illo Senecæ Thyeſte:
Et curvata ſuis fatibus ac tremens
Illudit patulis arbor hiatibus.
Douſa F.

Artis opus raræ, fulgens teſtudine & auro
Pendebat læva garrula parte lyra.
Hanc primũ veniens plectro modulatus eburno,
Felices cantus ore ſonante dedit.
Sed poſtquam fuerant digiti cum voce locuti,
Edidit hæc triſti dulcia verba modo.
Salve cura Deum. caſto nam rite poëtæ,
Phœbuſque, & Bacchus, Pierideſque favent.
Sed proles Semeles Bacchus, doctæque ſorores
Dicere non norunt, quid ferat hora ſequens.
At mihi fatorum leges, ævique futuri.
Eventura pater poſſe videre dedit.

Quare,

VARIORUM.

Lyra.) Manilius lib. v.

Nunc ſurgente lyra teſtudinis enatat undis
Forma.

Teſtudinem eandem cum Lyra facit. Sed Poëtæ Lyram & Citharam non raro confundunt. Ut Statius lib. 1. Achill. & x. Thebaid. citharam, Lyram, teſtudinem pro eodem organo uſurpavit. Apollonius lib. 1. κίθαριν & φόρμιγγα, & lib. 11. λύραν Orpheo attribuit. Diverſas tamen eſſe lyram & citharam argumento fuerit quod Pauſanias, & alii Græci Mercurium Lyræ, Apollinem citharę inventorem faciunt, Utrumque eſſe cognatum inſtrumentum patet ex illo abuſu & confuſione. Sunt enim ambo ἔγχορδα, καθάπερ τὰ καὶ ἐντατὰ ὄργανα. Sed paucis nota ſunt utriusque diſcrimina; quin ne de Lyra quidem hac, de qua agimus nunc, ſatis conſtat vulgo. Multum enim differt ab ea, quæ Arioni & Herculi μουσαγέτῃ in marmoribus & gemmis & numiſmatibus adtribuitur. Hæc enim, de qua jam actum, immane quantum ab illa Arionis diſcrepat: quæ quum ſit Mercurii inventum, cujuſmodi fuerit, videamus. Optime igitur eluceſcet ex Hymno in Mercurium:

Πῆξεν δ' ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο
Πειρήνας δὴ νῶτα διὰ ῥινοῖο χελώνης.
Ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι,
Καὶ πήχεις ἐνέθηκ', ἐπὶ δὲ ζυγὸν ἤραρεν ἀμφοῖν,
Ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀΐων ἐτανύσσατο χορδάς.

Hæc ita interpretatur Lucianus: χελώνην πὸ νεκρὰν εὑρὼν, ὄργανον ἀπ' αὐτῆς συνεπήξατο. πήχεις γὰρ ἐναρμόσας καὶ ζυγώσας, ἔπειτα καλάμοις ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, καὶ ἐντεινάμενος ἑπτὰ χορδὰς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρόν. omiſit τὸ καιελώπατον. Dicendum enim erat, ἔπειτα καλάμοις ἐμπήξας, καὶ εἶτα δέρμα βόειον περισταρμόσας, καὶ μαγάδιον ὑποθείς. Nam teſtudinis munimentum, quod Græcis ὄστρακον, in hymno αἰὼν dicitur, carne egeſta. remanſit cavum inſtar clypei. Scaliger ad Manil. lib. 5.

Edidit hæc triſti.) In Ms. *dulci*. Cæterum mihi edita plus placet lectio, ut ad triſtitiam carminis, quod genus ex ipſo nomine Elegi præ cæteris cluunt, referatur. *Douſa P.*

Nil

Quare, ego quæ dico non fallax, accipe, vates,
Quodque Deus vero Cynthius ore ferat.
Tantum cara tibi, quantum nec filia matri,
Quantum nec cupido bella puella viro,
Pro qua ſollicitas cæleſtia Numina votis,
Quæ tibi ſecuros non ſinit ire dies,
Et cum te fuſco ſomnus velavit amictu
Vanum nocturnis fallit imaginibus.
Carminibus celebrata tuis formoſa Neæra
Alterius mavult eſſe puella viri:
Diverſaſque tuis agitat mens anxia curas,
Nec gaudet caſta nupta Neæra domo,
Ah crudele genus, nec fidum femina nomen:
Ah pereat, didicit fallere ſi qua virum.
Sed flecti poterit: mens eſt mutabilis illis.
Tu modo cum multa brachia tende fide.

Sævus

J. SCALIGER.

Nec fidum femina nomen) Val. Cato. In Diris
-- *& felix nomen agelli.*
Silius v.
Quoſque nefas vetiti tranſcendere nomen Iberi. & XIII.
-- *aut Ledæ rediturum nomen Amyclas.*
Item XVII.
-- *fortiſſima quæq; Nomina obit ferro* --
Mens eſt mutabilis illi) Vetus ſcriptura, *illis.* comprehendit omnes feminas.

VARIORUM.

Diverſaſque ſuas.) perperam *ſuas.* primus *ſuis* reſtituit nobis elegantiſſimus Muretus. Cæterum quid *ſuis* iſtud velit ſibi, in ſcholiis ſuis nullus expreſſit. *Suis* ſubaudiendum *propinquis ac gentilibus*, quibus puella curæ erat, vel potius *parenti utrique* , etiam cum iſta fierent ſuperſtiti, ex quorum voluntate evenerat jam antea, ut cum Neæra nuptias faceret Tibullus. quæ omnia perſpicue ex hujuſdem Elegiæ fine vel cæco diluere autumo. *Diverſas* ergo *ſuis*, idem erit quod *Contrarias ſuis*, i. parentibus, nimirum & patri & matri : Neque enim eorum ex ſententia unquam fuiſſe crediderim filiæ ſuæ turpitudinem. *Douſa P.*

Cum multa brachia tende fide.) *cum multa fide* h. e. multum obteſtando, & implorando ipſius fidem. Unde denotatur ſcripturæ ejus vanitas ad oras paginarum in codicibus nonnullis adjecta. *cum multa brachia tende prece.* quę lectionis diverſitas ex alterius loci ſimilitudine nata videtur, quem habes ſupra:
Blandaque cum multa thura dediſſe prece.
Douſa P.

Sævus amor docuit dominæ fera verba minantis:
 Sævus amor docuit verbera poſſe pati.
Me quondam Admeti niveas paviſſe juvencas,
 Non eſt in vanum fabula ficta jocum.
Tunc ego nec cithara poteram gaudere ſonora,
 Nec ſimiles chordis reddere voce ſonos,
Sed perlucenti cantus meditabar avena,
 Ille ego Latonæ filius, atque Jovis.
Neſcis quid ſit amor juvenis, ſi ferre recuſas
 Immitem dominam conjugiumque ferum.
Ergo ne dubita blandas adhibere querelas,
 Vincuntur molli pectora dura prece.
Quod ſi vera canunt ſacris oracula templis,
 Hæc illi noſtro nomine dicta refer.
Hoc tibi conjugium promittit Delius ipſe.
 Felix hoc. alium deſine velle virum.

Dixit,

J. SCALIGER.

Sævus amor docuit) Hæc elegia cum reliqua parte libri hujus, item & toto quarto extat in Bibliotheca clariſſ. viri Jac. Cujacii. Quod fragmentum emendatiſſimum eſt, & ejus ope multa menda in hoc poëta ſuſtulimus. Illud igitur Fragmentum aliter hos verſus legit, ut appareat, quomodo hodie leguntur, interpolatos eſſe Ita igitur habet:

Sævus amor docuit validos tentare labores.
Sævus amor docuit verbera ſæva pati.

Quare ita emendato.

Promittit Delius ipſe Felix. hoc alium) plane liber ille optimus habet, *Felix hoc.* non, ut editiones, *Felix ac alium*. Sed harum interpunctionum confuſione pulcherrima antiquitatis obſervatio obſoleſcit. Ita enim diſtinguendum:

Hoc tibi conjugium promittit Delius ipſe.
Felix hoc. alium deſine velle virum.

Nam in conditione conventa nuptiarum, aut ſponſaliorum dicebatur Feliciter, Felix hoc ſit. Quod bene vortat tibi, & mihi. Juvenalis:

Signata tabulæ. dictum, Feliciter. --

Plautus:

Quæ res recte vortat mihique, tibique, tuæque filiæ
Filiam tuam mihi uxorem poſco. promitte hoc fore.

Felix.] *Felix* ſimpliciter, &, *Felix hoc.* ut Bene habet, ſimpliciter, & Hoc bene habet. Bonum ſit. &, Hoc bonum ſit.

VARIORUM.

Felix hoc.) in V. cod. *Felix ergo.* Ego vero illam ſcripturam velle deſino, quam quæ uſque adhuc in libris obtinuit noſtris, omnium Editionum conſenſu corroboratam, in quo Scaligero noſtro aſſentior, *Felix hoc*, ad veterem illam bene ominandi formulam ac ſollennem acclamationis in contrahendis ſponſalibus ritum feliciſſime accommodanti. *Douſa P.*

Canibus

Dixit, & ignavus defluxit corpore ſomnus.
  Ah ego ne poſſim tanta videre mala!
Nec tibi crediderim votis contraria vota,
  Nec tantum crimen pectore ineſſe tuo.
Nam te nec vaſti genuerunt æquora ponti,
  Nec flammam volvens ore Chimæra fero.
Nec canis anguinea redimitus terga caterva,
  Cui tres ſunt linguæ, tergeminumque caput,
Scyllaque virgineam canibus ſuccincta figuram:
  Nec te conceptam ſæva leæna tulit.
Barbara nec Scythiæ tellus, horrendave Syrtis,
  Sed culta, & duris non habitanda domus,
Et longe ante alias omnes mitiſſima mater,
  Iſque pater, quo non alter amabilior.
Hæc Deus in melius crudelia ſomnia vertat,
  Et jubeat tepidos irrita ferre Notos.

ELEGIA V.

Vos tenet Etruſcis manat quæ fontibus unda,
  Unda ſub æſtivum non adeunda canem,

Nunc

J. SCALIGER.

Canibus ſubmiſſa) SUCCINCTA. Ex veteribus libris.

Et diris non habitanda) vel, ut vetus ſcriptura, *duris* hoc eſt barbaris, ut dixit *Schytia tellus*.

Nos tenet] Plane ex contextu ipſo legendum *Vos*. quod jam a doctis viris animadverſum.

VARIORUM.

Nec canis anguinea.) Vetus Editio *conſanguinea*. recte: colubri enim, qui in juba cerberi, ſunt ejus fratres, quia ex hydra natus ut ipſe cerberus. *Paſſeratius*.

Tergeminumque caput.) *Tergeminus* Idem quod *ternus*. Florus lib. 1. c. 3. *Horatiis Curiatiisque tergeminis hinc atque inde fratribus.* Virgilius lib. 4. Æneid.

Tergeminamque Hecaten tria virginis ora Dianæ.

& Æneid. 8.

Tergemini nece Gerionis —

Lucretius lib 5.

Quidve tripectora tergemini vis Gerionai

Bochartus.

Nunc autem ſacris Bajarum maxima lymphis,
Cum ſe purpureo vere remittit hiems.
At mihi Perſephone nigram denuntiat horam.
Immerito juveni parce nocere Dea.
Non ego tentavi nulli temeranda Deorum
Audax laudandæ ſacra docere Deæ: Nec

J. SCALIGER.

Nunc autem ſacris Bajarum maxima) *Maxima Bajarum.* quia omnia θέρμα ὕδατα vocabantur Bajæ, a Bajis illis Campaniæ. Martialis:

Strataq; non unas cingant triclinia Bajas.

Sidonius: *Ibis Phocida, Sextiaſq; Bajas.*

Item apud eundem *Calenſes Bajæ.*

Mirantur tamen docti viri quid ſit hic Bajarum. adeo ut integram lectionem contaminare veriti non ſint. Mens Tibulli. Aqua hæc non adeunda Caniculæ ſidere confecto; at vere nullæ calidæ aquæ cum illa comparandæ. Vides apertiſſimum ſenſum. Quas autem aquas intelligat in Etruria, quum plurimæ in ea regione fuerint, neſcio Strabo: πολλὴ δ᾽ ἐστὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἀφθονία κατὰ τὴν Τυῤῥηνίαν. τῷ πλησίον δ᾽ εἶναι τῆς ῥώμης, οὐχ ἧττον εὐανδρεῖ τῶν ἐν Βαίαις, αἳ διωνόμασται πολὺ πάντων μάλιστα.

Nulli temeranda deorum] Hæc quoque lectio extat in codice infimæ vetuſtatis. ſed diligens librarius *Deorum* expunxit, & ſua manu eodem tractu, *virorum* appoſuit quod veriſſimum eſt. Non enim attinet de diis loqui; quum pœna irrogata ſit hominibus qui ſacrũ Cereris & Proſerpinæ vulgarint. Horat.

-- vetabo qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaſellum --

Laudanda dea) τῆς ἐπαινῆς περσεφονείας. Proſerpinæ & Cereris ſacra intelligit, quæ alii μυστήρια, & initia vocant. Sed & ipſa Ceres ἐπαινὴ dicebatur. quod ex epigrammate Crinagoræ libro primo Anthologiæ conſtat:

εἰ καί σοι ἑδραῖος ἀεὶ βίος, οὐδὲ θάλασσαν
ἔπλως, χερσαίας οὐκ ἐπάτησας ὁδούς,
Ἔμπης Κεκροπίης ἐπιβήμεναι, ὄφρ᾽ ἐκείνας
καὶ ἐπαινῆς .
Δήμητρος μεγάλας νύκτας ἴδῃς ἱερῶν.
τῶν ἄπο κὰν ζωοῖσιν ἀκηδέα, κ᾽ εὖτ᾽ ἂν ἵκηαι
ἐς πλεόνων, ἕξεις θυμὸν ἐλαφρότερον.

In vulgatis editionibus ridicule legitur: ὄφρ᾽ ἐν ἐκείναις Δήμητρος.

Eſt autem Epigramma hoc Crinagoræ notatu & explicatu dignum in eo, quod eos, qui myſteria Eleuſinia viderint, & in hac vita, & morte obita felices dicat futuros quod tangit Hercules apud Euripedem: -- τὰ μυστῶν ὄργι᾽ εὐτύχησ᾽ ἰδών. Duplicia enim erant myſteria, minuſcula, & majuſcula. Minuſcula quidem quotannis menſe Antheſterione inſtaurabantur: majuſcula autem quinto quoque anno, menſe Bœdromione. Initiandi igitur dicebantur Μύσται per totum quadriennium, in quo præceptis ſuperſtitionis Eleuſiniæ informabantur ipſo menſe Antheſterione, minuſculis myſteriis: quinto autem anno ineunte ad ipſa ſacra admiſſi ἐπόπται dicebantur, majuſculis miſteriis menſe Bœdromione, nempe ab eo quod illis ſacra inſpicere permitteretur, quæ qu[illegible]em fiebant intra ſacrarium, quum antea Myſtæ prohiberentur aditu ſacrarii, & intra veſtibulũ conſiſtere cogerentur. Seneca natural. quæſt. lib. VII. cap. XXXI: *Non ſemel quædam ſacra traduntur. Eleuſis ſervat, quod oſtendat reviſentibus. Rerum natura ſacra ſua non ſemel tradit. Initiatos nos credimus, in veſtibulo ejus hæremus. Illa arcana non promiſcue, neque omnibus patent. Reducta & in interiore ſacrario clauſa ſunt.* Ergo ante ſacrarium, non in ſacrario Myſtæ conſiſtebant, nempe in ipſo veſtibulo, quod Græci ὕπαιθρον, Latini etiam Subdival vocant.

Quia vero ſumma felicitas eis prnmittebatur, qui illis ſacris initiabantur, ut ex Crioagora, & Euripede oſtendimus, & ſolido quadriennio cogebantur expectare illam felicitatem, propterea ſummis ſuſpiriis & gemitibus illud tempus deſiderabant, qun in illa ἐποπτικὰ admitterentur. Quando, inquiebant, licebit nobis in illa adyta admitti, & tantæ felicitatis compotes fieri? Ideo eleganter vncat illa vnta Tertullianus Epoptarum ſuſpiria: Et quia ſern ac vix tandem, nempe poſt quadriennium, Epoptę fiebant, & ad ſacrarium admittebantur, propterea aditus τῆς ἐποπτείας cruciari dicit idem Tertullianus: quod nimirum niſi poſt longam expectationem ea ſacra inſpicere non permitterentur. Porro minuſcula myſteria erat κατήχησις & informatio majuſculnrum. & per ea ad illa deducebantur, teſte Plutarcho in Demetrin. Unde elegantiſſime ſnmoum eſſe μικρὰ μυστήρια mortis dixit Euripides:

ὕπνος δὲ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.

nempe quod ſnmnus mortis ſit imago & informatio quædam, ut minuſcula myſteria ſunt gradus ad majuſcula. Itaque majora myſteria, dicebantur ἐποπτικά, Plutarchus Demetrin ἔγραψεν, ὅτι βούλεται παραγενόμενος εὐθὺς μυηθῆναι, καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄχρι τῶν ἐποπτικῶν παραλαβεῖν. Poſt quadriennium ſtatim ad ἐποπτείαν admittebantur: aliquando differebantur in annũ ſequentem, ſiquidem verum dicit Plutarchus ibidem: ἐπώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. Sed errat. Nam μεγάλα μυστήρια, quibus ſolis licebat ἐποπτεύειν, quintoquoque anno, nnn etiam ſexto inſtaurabantur. Tertullianus autem quum dicit Epoptas inſtitui ſolitos quinquennin, utitur idiotiſmo, qun Olympias πενταετηρὶς & Octæteris dicitur Ennexteris: Præterea alio idiotiſmn, quum dicit Epoptas inſtituere, qui nondum eſſent epoptæ, ſed myſtæ: quomodn dicuntur militea & gladiatnres inſtitui, antequam ſint milites aut gladiatores. quum adhuc tirnnes ſint. Pythagoras qui Philoſnphiam ſuam vocabat myſteria, per nmnia illnrum Eleuſininrum ritus & nomina æmolabatur Quadriennium ſilebant Eleuſiniaci, ut præter alios tam Græcos, quam Latinos etiam Tertullianus mnnet. At Pythagorei quinquennium ſnlidum ſilentio operabantur, quod ipſis dicebatur ἐχεμυθία. Eleuſiniaci tntn ſilentii quadriennio dicebantur Myſtæ: Pythagorei tnto ἐχεμυθίας ſuæ tempore dicebantur ἀκουστικοί. Myſtæ intra veſtibulum ſacrarii continebantur. Pythagnrei ἀκουστικοὶ extra ſindonem, ſive velum ſecretarin illius Philnſophiæ nbtentum: qun nomine dicebantur ἐξωτερικοί. Poſt quadriennium Eleuſiniaci intromittebantur ad ἐποπτείαν, & dicebantur Epoptæ. Pithagorei poſt quinquennium intra velum accipiebantur, & dicebãtur ἐσωτερικοί, quia ἔνδον σινδόνος ἐπήκουον τοῦ Πυθαγόρου μετὰ τοῦ καὶ βλέπειν αὐτὸν, πρὸ τοῦ δὲ καὶ ἐκτὸς αὐτῆς καὶ μηδέποτε αὐτῷ ἐνορῶντες. Itaque, ut diximus, Eleuſiniacorum ſacrorum ſimiæ eraot Pythagorei. Sed & vetuſtiſſimi quoque Chriſtiani ab iiſdem ſacris nnmina Myſtarum & Epoptarum mutuati ſunt. Nam qui Eleuſiniis Myſtæ, ii ipſis κατηχούμενοι, dicebantur. Auſonius vero Myſtas etiam vocat:

Et devota pii celebrant jejunia Myſtæ.

Hoc eſt κατηχούμενοι & candidati τῆς εὐχαριστίας. Nam non leviter errant, qui Myſtas apud Auſonium Sacerdotes interpretantur veterum Eccleſiaſticorum locis aliis decepti Quemadmodum per quadriennium Eleuſiniaci aditu ſacrarii arcebantur: ita etiam tutn κατηχήσεως tempore Myſtæ Chriſtiani ſacræ ſynaxi intereſſe vetabantur. Quando vero ad κοινωνίαν recipiebãtur, tunc & ἐπόπται dicebantur, & ipſa κοινωνία ἐποπτεία, vel ἐποπτικὴ θεωρία. Clemens Alexandrinus: τὸ βρῶμα δὲ τῆς τελείας τροφῆς πρὸς τοῦ Ἀποστόλου εἰρη-

Natalem primo noſtrum videre parentes,
Cum cecidit fato Conſul uterque pari.
Quid fraudare juvat vitem creſcentibus uvis,
Et modo nata mala vellere poma manu?
Parcite pallentes umbras quicunque tenetis,
Duraque ſortiti tertia regna Dei.
Elyſios olim liceat cognoſcere campos,
Lethæamque ratem, Cimmerioſque lacus,
Cum mea rugoſa pallebunt ora ſenecta,
Et referam pueris tempora priſca ſenex.
Atque utinam vano nequicquam terreat æſtu:
Languent ter quinos ſed mea membra dies.
At vobis Tuſcæ celebrantur Numina nymphæ,
Et facilis lenta pellitur unda manu.

Vivite

J. SCALIGER.

Quum cecidit fato) Hic verſiculus quoque totidem verbis extat apud Ovidium. Quare eodem die nati duo ſummi poetæ Tibullus & Ovidius. Mirum vero quare Ovidius dicat Tibullum ſe majorem fuiſſe, qui tamen ne uno quidem die major erat illo. Quid enim volunt illa.

Virgilium vidi tantum, nec avara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
Succeſſor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi:
Quartus ab his ſerie temporis ipſe fui.
Utque ego majores, ſic me coluere minores.
Notaque non tarde facta Thalia mea eſt.

Equidem hæc non poſſum concoquere. Rurſus Tibullus ait ſe in contubernio Meſſallæ fuiſſe bello Aquitanico. Atqui Meſſalla triumphavit de Gallis, ut ſupra vidimus, anno ab urbe condita DCCXXVII, quando Tibullus ſexdecim annorum erat tantum. Ergo XV. annos natus ſequutus eſt Meſſallam in bellum, & fortaſſe minor XV annorum adhuc in prætexta. quod tametſi fieri potuit, tamen cum iis, quæ adduximus ex Ovidio comparatum juſtas dubitationis cauſſas subminiſtrat & ſuſpicionem auget. Quod ſi dixeris ſuſpectum quoque eſſe verſiculum hunc, præſertim quum extet apud Ovidium; ideoque Tibullum ante Ovidium natum videri: reſpondemus ipſum Tibullum deceſſiſſe juvenem teſte Domitio Marſo. Atqui obiiſſe eum idem Domitius Marſus ſcribit eodem tempore, quo Virgilium. Obiit autem Virgilius C. Sentiu Saturnino, Q. Lucretio Viſpillone Coſs. hoc eſt annis XXIII. poſt conſulatum Hirtii & Panſæ. Itaque ſi ita ſenem facias, ut eum inter antiquiores ſeponere poſſit Ovidius: non potuerit mori juvenis. Iſtos ſcrupulos merito iniecit mihi hic verſiculus, de quo eruditioribus amplius deliberandum relinquimus.

Quid fraudare juvat vitem) Tale illud:

-- *Quid meſſes uris acerba tuas?*

Vivite felices, memores & vivite noſtri,
  Sive erimus, ſeu nos fata fuiſſe velint.
Interea nigras pecudes promittite Diti,
  Et nivei lactis pocula miſta mero.

ELEGIA VI.

CAndide Liber ades. ſic ſit tibi myſtica vitis,
  Sic edera ſemper tempora vincta feras.
Aufer & ipſe meum pariter medicando dolorem:
  Sæpe tuo cecidit munere victus Amor.
Care puer madeant generoſo pocula Baccho:
  Et nobis prona funde Falerna manu.
Ite procul durum curæ genus, ite labores.
  Fulſerit hic niveis Delius alitibus.
Vos modo propoſito dulces faveatis amici,
  Neve neget quiſquam me duce ſe comitem.
Aut ſi quis vini certamen mite recuſat,
  Fallat eum tecto cara puella dolo.
Ille facit dites animos Deus: ille ferocem
  Contudit, & dominæ miſit in arbitrium. Ar-

J. SCALIGER.

Seu nos fata fuiſſe velint) Abſtinet mentione mortis. Plaut. *pene hic nobis fuit Phroneſium*.id eſt, μικρῦ ἀπέθανε.

Et nivei lactis pocula miſta mero) ſimilis potio illi quã Burranicam appellabant.

Et nobis prona fũde Falerna manu) Mallẽ *I, nobis prona funde Falerna manu.* Nam EI, pro I, ſcribebant. ſic infra: *Tu puer, i, liquidum fortius adde merum.* Ubi idem error vulgo.

Ille facit dites animos deus) Lepidiſſimum aſma Bacchylidis extat apud Athenæum in hanc ſententiam.

γλυκεῖ' ἀνάγκη σευομένα κυλίκων
θάλπησι θυμὸν Κύπριδος,
ἐλπὶς δ' αἰθύσσει φρένας
ἀμμιγνυμένα διονυσίοισι δώροις.
ἀνδράσι δ' ὑψοτάτω
πέμπει μερίμνας.
αὐτὶς μὲν πόλεων
κρήδεμνον λύει,
πᾶσι δ' ἀνθρώποις
μοναρχήσειν δοκεῖ
χρυσῷ δ' ἐλέφαντί τε
μαρμαίρουσιν οἶκοι,
πυροφόροι δὲ κατ' αἰγλήεντα
νῆες ἄγουσ' ἀπ' αἰγύπτου
μέγιστον πλοῦτον,
ὡς πίνοντος ὁρμαίνει κέαρ.

VARIORUM.

Memores & vivite noſtri.) Vet. lib. *memores ſed vivite noſtri. Douſa P.*

Promittite.) pro *vovete*, ſicuti & Petronius. *Ipſe Senatus, recti bonique praeceptor, mille pondo auri Capitolio promittere ſolet. Douſa. P.*

Quales

Armenias tigres, & fulvas ille leænas
Vicit, & indomitis mollia corda dedit.
Hæc amor, & majora velit: ſed poſcite Bacchi
Munera. quem veſtrum pocula ſicca juvant?
Convenit ex æquo, nec torvus Liber in illos,
Qui ſe, quique una vina jocoſa colunt.
Jam venit iratus nimium, nimiumque ſeverus.
Qui timet irati Numina magna, bibat.
Quales his pœnas Deus hic, quantumque minetur,
Cadmæ matris præda cruenta docet.
Sed procul a nobis hic ſit timor: illaque, ſi qua eſt,
Quid valeat læſi ſentiat ira Dei.

Quid

J. Scaliger.

Quales his pœnas deus hic) Et hæc quoque non aſſequuti perverterunt homines ferreæ frontis. Nam optimum illud fragmentum ita legit:

Quales his pœnas qualis quantuſque minetur. Sic Virgil.

Nam qualis quantuſque cavo Polyphemus in antro.

Quod Greci feliciter uno verbo ἡλίκ☉ dicunt, hoc Latini ſermonis egeſtas dicit, Qualis quantuſque, duobus verbis

Illaque ſi qua eſt] Nihil mutandum. & ſi qua eſt ejuſmodi, ut Agave, ſentiat ultoris dei iram, non autem nos. ætat: & capiti illius ſit, quæcunque illa eſt, non nobis.

Variorum.

Volet.) *Valet* lego. *Livin.*

Nimium nimiumque) Iteratio hæc valde Latina & propria eſt: & valet vehementer. Ovidius Heroidibus. *Auſus es, o nimium nimiumque oblite tuorum &c. Guiljelmius.* Senec. de Benef. lib. I. c. XIV. *Beneficium demus quod uſu magis magiſque placeat.* Cic. ad Tironem: *Entaar ut apud judices magis magiſque hæc naſcens de me duplicetur opinio.* Apulei. lib. III. & V. *Diu diuque.* Sic *Quot quotque* apud Manilium lib. IV. *Tot ducit vires, dominos quot quotque recepit.*

Severus.) leg. *ſeveris.* Ut hoc dicat Bacchum venire iratum illis, & quidem impenſe iratum, qui vini certamen recuſent, & inter pocula ſobrietati ſtudeant. nam *Severi* latine ſobrii, & ab hilaritate lubentiaque conviviorum abhorrentes. *Guiljelmius.* Lego *ſeveris*, id eſt, tetricis & abſtemiis. Ut Catul. *vini pernicies & ad ſeveros migrate. Livin.*

Illaque ſi qua eſt) Hinc quum Muretus e Labyrintho, ſe commode ſatis expedire non poſſet, ex veſtigiis veteris (ut ipſus atteſtatur) ſcripturæ has voces *illaque ſicca*, ſcholiis ſuis appingere non dubitavit. Ego vulgatam lectionem retinendam quamvis audacter pronunciare non vereor. ut pol referatur ad *Matrem Cadmæam*, antea memoratam: quam, *ſi qua eſt*, i. e. ſi qua uſpiam in rerum natura eſt, ubicumque illa fuerit tandem, quamvis morte jam pridem obita, irato Deo pænas pendere ob meritiſſimam hercule noxiam exoptat Tibullus noſter. *Douſa P.* Conſentit Livinejus.

Hei

Quid precor ah demens? venti temeraria vota
Aeriæ & nubes diripienda ferant.
Quamvis nulla mei ſupereſt tibi cura Neæra,
Sis felix, & ſint candida fata tua.
At nos ſecuræ reddamus tempora menſæ.
Venit poſt multas una ſerena dies.

ELEGIA VII.

HEi mihi difficile eſt imitari gaudia falſa,
Difficile eſt triſti fingere mente jocum.
Nec bene mendaci riſus componitur ore,
Nec bene ſollicitis ebria verba ſonant.
Quid queror infelix? turpes diſcedite curæ.
Odit Lenæus triſtia verba pater.
Gnoſſia Theſeæ quondam perjuria linguæ
Fleviſti ignoto ſola relicta mari.
Sic cecinit pro te doctus Minoï Catullus,
Ingrati referens impia facta viri,
Vos ego nunc moneo. Felix, quicunque dolore
Alterius diſces poſſe carere tuo.

Nec

J. SCALIGER.

Hei mihi difficile eſt) Ineptiſſime hæc ſunt ſeparata ſuperioribus in libro infimæ vetuſtatis, & in aliis editionibus. Nam hæc ſunt, ut ſuperiora, in quibus nihil omnino cohæret. Sed non adverterunt imperiti homines, quid ſibi vellet Tibullus. Sunt enim hæc omnia tanquam Satura quædam *συμποσιακῶν ἀσυναρτήτων*. Quod ſane imprimis conſiderandum fuit.

VARIORUM.

Doctus Minoï Catullus.) *Doctum* appellat *Catullum*, & eodem Epitheto ornant plerique, inter quos Martialis lib. I. Epigr. LXII. *Verona docti ſyllabas amat vatis.* exiſtimo ab elaborata, & perfecta elocutione, & obſervatione diligentiſſima antiquitatis. *Ramirez.*

Nec

Nec vos aut capiant pendentia brachia collo,
  Aut fallat blanda ſordida lingua fide.
Et ſi perque ſuos fallax juravit ocellos,
  Junonemque ſuam, perque ſuam Venerem,
Nulla fides inerit. perjuria ridet amantum
  Jupiter, & ventos irrita ferre jubet.
Ergo quid toties fallacis verba puellæ
  Conqueror? ite a me ſeria verba, precor.
Quam vellem longas tecum requieſcere noctes,
  Et tecum longos pervigilare dies.
Perfida, nec merito nobis inimica merenti
  Perfida, ſed quamvis perfida, cara tamen.
Najada Bacchus amat. ceſſas o lente miniſter?
  Temperet annoſum Martia lympha merum.
Non ego, ſi fugiat noſtræ convivia menſæ
  Ignotum cupiens vana puella torum,

Sollicitus

J. SCALIGER.

Nec vos aut capiant) Aliter hæc concepta ſunt in Eclogario:

Non vos decipiant pendentia brachia collo,
Nec capiat blanda ſordida lingua prece.

Quod non dubium eſt rectum eſſe. Per hæc enim intelligit avaram & petacem amicam.

Perfida nec merito) Diſtingue:

Perfida, nec merito nobis inimica merenti.

Sic Catullus:

-- inſperantique ipſa refers te Nobis. Inſperanti nobis,

ut hic *merenti nobis.* Virgilius. *Vos o Calliope.*

Perfida, ſed quamvis perfida cara tamen) Euripides Phœniſſis: φίλος μὲν ἐχθρὸς ἐγένετ' ἀλλ' ὅμως φίλος.

Noſtræ convivia menſæ) Hæc enim, ut dixi, omnia ſunt συμποτικοὶ ἀστεισμοὶ.

VARIORUM.

Juravit ocellos) meo judicio non inepte: ſic tamen, ut *juravit* modo ſubjunctivo legere haud cunctanter videar. *Douſa P.*

Precor.) Emendo *procul.* ita ſæpe. *Ite procul Muſæ, ite procul vani. Livin.*

Te

Sollicitus repetam tota ſuſpiria nocte,
 Tu puer huc liquidum fortius adde merum.
Jamdudum Syrio madefactus tempora nardo
 Debueram ſertis implicuiſſe comas.

ALBII

J. SCALIGER

Tu puer & liquidum) Fragmentum illud emendatiſſimum. *Tu puere, liquidum*. Nam, ut ſupra dixi, ſcribebant EI, pro I.

Fortius adde merum] Ita interpretatur τὸ ζωρότερον. Martialis *largius*, & *vividius*.

VARIORUM.

Tu puer huc liquidum.) Lib. vet. &c. mihi *Tu* ſuſpectum eſt pro quo *huc* legerim. *Livin.*

Jamdudum Tyrio.) Legitur in Mſ. Cod. *Jampridem Syrio*, quod placet præ vulgato: Odores enim laudatiſſimi, & *omnis copia narium* (uti Horatius loquitur) e Syria, qui etiam, *Aſſyria nardi*, item *Syra mercis* comme minit alibi, quum unguenta intelligi vellet, puta, *Malobatrum*, aut olivum etiam e Syria quotannis mari illo, Longo & Magno Romam advehi ſolitum. *Douſa P. Syrio* leg. *Livin.*

Tyrio madefactus, &c.) Romanis in triclinio diſcumbentibus, dabantur a miniſtris unguenta, & coronæ, vel ut eſt in marmore Farneſiano, tæniæ ſive faſciæ quædam, quibus frontem convivæ vincire ſoliti erant quod iis crederent ebrietatem impediri. Uuguentis vero liniebant caput; Celebratur præcipue nardinum id, quod ex *ſpicis nardi* conficiebatur, quale *ſpicati nardi* dicitur a S. Marco : & a S. Joanne, *nardi piſtici*: niſi fortaſſe illud *piſtici* factum ſit ex verbo ſpicati, ut aliæ multæ voces e Latio in Græciam advectæ, & e Græcia itidem in Latium tranſportatæ Coronis autem unguento delibutis utebantur, &c. Vid. Fulvium Urſinum Append. ad Ciaccon.

ALBII TIBULLI, EQUITIS ROMANI LIBER IV.

AD MESSALAM. I.

TE Meſſala canam. quanquam me cognita virtus (vires,
Terret, ut infirmæ nequeant ſubſiſtere
Incipiam tamen: ac meritas ſi carmina laudes
Deficiant, humilis tantis ſim conditor actis: Nec

J. SCALIGER.

TE *Meſſala Canam*) Iſtud poëmatium in Fragmento illo, quo vetuſtius exemplar Tibulli extare non puto, titulum habebat: PANEGYRICUS MESSALÆ. Et recte. Ejus argumenti ſcripſerunt Lucanus in Piſonem, Auſonius in Moſellam, Claudianus in aliquot viros illuſtres, Sidonius etiam in non paucos. Ego autem crederem hoc carmen excidiſſe Tibullo admodum adoleſcenti aut potius puero, niſi viderem tunc ſcriptum fuiſſe, quum jam patrimonium prodegiſſet Id enim τὸ παιδαριῶδες & jejunitas ſcriptionis facit. Denique ſi titulum Tibulli non præferret, ego illud infimo poëtæ attribuiſſem. adeo hic ſui diſſimilis eſt Tibullus. Nunc quia ſine ullo dubio Tibulli auctoris eſt, non Tibulliani characteris, ego potius quis ſcripſerit, non quid ſcriptum ſit æſtimans, paucas horas ei emendando impendam. Nam ſane hæc Latina ſunt.

Quanquam mea cognita virtus) Lege ut in veteri ſcriptura, *Quanquam me* Quanquam, inquit, mihi conſcius quam tenuis virtus mea ſit, ut vires non poſſint ſubſiſtere. *Virtus*. quod hic dicitur, vulgo in idiotiſmo *Sufficientia* dicitur. Quare graviter peccarunt, qui legebant, *quanquam tua cognita virtus*.

Ut infirma valeant) Scribe ex Fragmenti auctoritate, *nequeant*. Antea inepta erat hujus principii lectio, ut & ſequentium.

Incipiam tamen) Quia hactenus principium hujus poëmatii penitus ignoratum eſt propter importunas interpunctiones, & menda, quibus totum poëma ſcatet, apponam ut legendum eſt, ut appareat, quid voluerit Tibullus:

Te Meſſala canam. Quanquam me cognita virtus (vires,
Terret, ut infirmæ nequeant ſubſiſtere
Incipiam tamen. At meritas ſi carmina laudes
Deficiant: humilis tantis ſim conditor actis
Nec tua præter te chartis intexere quiſquā
Factaqueat, dictis ut nō majora ſuperſint.
Eſt nobis voluiſſe ſatis.

Sane hæc elegantiora quam antea ſunt, ut quæ priſtino nitori ſuo reddita ſint. Aperta eſt ſententia. Tametſi, inquit, meritas laudes tuas carmine meo aſſequi non poſſim, & ſim poëta impar tantis actis, nec alius, præter te poſſit geſta tua mandare literis, ut non plura dicenda dictis relicta videat: tamen egregiæ meæ voluntatis ratio habebitur, ubi nulla poteſt facultatis haberi.

Eſt

Nec tua, te præter, chartis intexere quiſquam
Facta queat, dictis ut non majora ſuperſint.
Eſt nobis voluiſſe ſatis. nec munera parva
Reſpueris. etiam Phœbo gratiſſima dona
Cres tulit, & cunctis Baccho jucundior hoſpes
Icarus, ut puro teſtantur ſidera cælo.
Erigoneque, Caniſque: neget ne longior ætas.
Quin etiam Alcides Deus aſcenſurus Olympum
Læta Molorcheis poſuit veſtigia tectis.
Parvaque cæleſtes pacavit mica, nec illis
Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu.
Hic quoque ſit gratus parvus labor, ut tibi poſſim
Inde alios, aliosque memor componere verſus.
Alter dictet opus magni mirabile mundi,
Qualis in immenſo deſederit aëre tellus,
Qualis & in curvum pontus confluxerit orbem,

Et

J. SCALIGER.

Eſt nobis voluiſſe ſatis) Omnino hæc mutuatus eſt in ſuo Panegyrico ad Piſonem Lucanus:

Quod ſi digna tua minus eſt mea pagina laude,
At voluiſſe ſat eſt. animum non carmina jacto.

VARIORUM.

Cres) Euſtathius in Dionyſium: Οἱ δὲ ἀπὸ κρητός τινος αὐτὴν κρήτην ὠνόμασαν υἱοῦ Διός. Ἀρριανὸς δὲ φησι, Κρὴς ὁ κρήτη ἐπώνυμος, ὁ τὸν Δία κρύψας ἐν ὄρει Δικταίῳ, ὅτε κρόνος ἐμάστευεν, ἐθέλων ἀφανίσαι αὐτόν. Apud hunc Creta hoſpitio exceptura Phœbum colligitur ex Tibullo. Sed hæc incomperta ſunt nobis. Nam nugantur qui de Dædalo interpretantur, qui non erat Cres aut Cretenſis. Præterea uſus loquendi exigit, ut Cres apud Tibullum ſit nomen proprium non gentile. Scaliger ad Euſeb.pag.17.

Parvaque cæleſtes pacavit mica.) Dandi thuris alia atque alia, prout facultates largiebantur, ratio erat. Nam honeſtiores quidem & locupletes acervos thuris focis ingerebant, thuraque acerra plena dabant.. pauperiores vero grana duntaxat aliquot, vel glebulas & micas imis digitis injiciebant. Exempla plurima congerit ſummus vir Barn. Briſſonius.

Taurus inaurato cornu) Deorum honori in ſacris nihil aliud excogitatum eſt, quam ut auratis cornibus hoſtiæ, duntaxat majores, immolarentur. *Plinius* lib. XXXIII. c. III. Senec. Oedip. verſ. CXXXVI. *Aureo taurus rutilante cornu Labitur ſegnis.* Tertull. *Hunc tibi Jupiter bovem cornibus inauratis vovemus eſſe futurum.* Juvenalis Sat. VI. *Et auratam Junoni cæde juvencam.*

Omne

Et vagus e terris qua ſurgere nititur aër,
Huic & contextus paſſim fluat igneus æther,
Pendentique ſuper claudantur ut omnia cælo.
At quodcunque meæ poterunt audere Camenæ,
Seu tibi par poterunt, ſeu, quod ſpes abnuit, ultra,
Sive minus, certeque canent minus, omne vovemus
Hoc tibi, ne tanto careat mihi nomine charta.
Nam, quamquam antiquæ gentis ſuperent tibi laudes,
Non tua majorum contenta eſt gloria fama,
Nec quæris, quid quaque index ſub imagine dicat,
Sed generis priſcos contendis vincere honores,
Quam tibi majores, majus decus ipſe futuris.
At tua non titulus capiet ſub nomine facta,
Æterno ſed erunt tibi magna volumina verſu,
Convenientque tuas cupidi componere laudes

J. SCALIGER

Omne movemus hoc tibi) Optimus codex, item & ille infimæ vetuſtatis habent, *vovemus*, & recte.

Ne tanto careat mihi nomine) optimus codex cum altero ſcripto habet, *carmine*. Tantum conſenſum repudiare non debui.

Quid quaque judex ſub imagine] Jam profecto iſtis correctoribus bonam mẽtem precor. Nam quid hoc ſirpi, aut griphi ſit, ego non intelligo. Sed optimum fragmentum recte habet:

Nec quæris, quid quaque judex ſub imagine dicat.

Quis neſcit hic indices eſſe titulos imaginum? Sed quem meliorem interpretem quam Tibullum ipſum producere poſſum? Ait enim:

At tua non titulus capiet ſub nomine facta.

VARIORUM.

Huic &c.) puto *ut*. Livin.

Sub imagine dicat] Hoc e Romanorum conſuetudine dicit, apud quos præſertim in funus producebantur imagines totius gentis, cum quis ſepeliebatur. Et pro roſtris non ille tantum laudabatur, verum etiam fortia & præclara facinora majorum commemorabantur. Qui igitur de te judicat, non quæris, ut tibi laudes a majorum imaginibus repetat, cum tuis potius nitaris, quam majorum virtute floreas *Turneb.* Sed nihil certius eſt emendatione & expoſitione Scaligeri.

Undique, quique canent vincto pede, quique ſoluto.
Quis potius, certamen erit. ſim victor in illis,
Ut noſtrum tantis inſcribam nomen in actis.
Nam quis te majora gerit caſtrisve, forove?
Nec tamen hinc, aut hinc, tibi laus majorve, minorve,
Juſta pari premitur veluti cum pondere libra
Prona, nec hac plus parte ſedet, nec ſurgit ab illa.
Qualis, inæquarum ſi quando onus urget utrinque,
Inſtabilis natat alterno depreſſior orbe.
Nam ſeu diverſi fremat inconſtantia vulgi,
Non alius ſedare queat: ſeu judicis ira
Sit placanda, tuis poterit miteſcere verbis.
Non Pylos, aut Ithace tantos genuiſſe feruntur,
Neſtora, vel parvæ magnum decus urbis Ulyſſem,
Vixerit ille ſenex quamvis, dum terna per orbem
Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis.
Ille per ignotas audax erraverit urbes,
Qua maris extremis tellus includitur undis.
Nam Cyconumque manus adverſis reppulit armis:

Non

J. SCALIGER.

Quisque tibi majora gerit) Si Tibullus ab interis excitetur, hæc non agnoſcat. Melius optimus liber:

Nā quis te majora gerit chartisve forove?
Nec tamen hic aut hic tibi laus majorve minorve.

VARIORUM.

Canent.) *Canant* puto. *Livin.*

Vincto pede.) Pedes non tam vinciuntur in verſu, quam verſum ipſum vinciunt, quamquam in verſu mutuis vinculis aſtricti pedes, ut anelli in catena: & referri poteſt ad τὸ *verſu*, quod præceſſit. Cic. in Oratore, & lib. II. de Oratore. *De pedibus in verſu per tranſlationem ita dictis, ut in navi.* Sic *fluere verſus*, & *ingredi* dicuntur. Illud *vincto* ad poëtas, hoc *ſoluto* pertinet ad Hiſtoricos & Oratores An per *ſolutum pedem* Dithyrambos intelligit, quia dixit, *canet*, quod non eſt Hiſtoricorum, de quibus Dithyrambis Cic. III. de Orat, & Plato in Phedro. *Paſſerat.*

Nec

Non valuit Cyclops cœptos avertere curſus:
Ceſſit & Ætnææ Neptunius incola rupis
Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.
Vixit & Æolios placidum per Nerea ventos,
Incultos adiit Læſtrygonas, Antiphatenque,
Mobilis Artaciæ gelidos quos irrigat unda,
Solum nec doctæ verterunt pocula Circes:
Quamvis illa foret Solis genus apta vel herbis,
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.
Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad arces,
Queis numquam candente dies apparuit ortu,
Sive ſuper terras Phœbus, ſeu curreret infra.
Vidit ut inferno Plutoni ſubdita regna
Magna Deum proles levibus diſcurreret Umbris
Præteriitque cita Sirenum litora puppi

Illum

J. SCALIGER.

Non valuit Cyclops cœptos) Hæc quoque quomodo agnoſceret Tibullus pro ſuis, quæ ne in ſomnis quidem cogitavit? Ope igitur illius optimæ membranæ legimus:

Non valuit lotos captos avertere curſus.

Recte captos. Nam notum quid acciderit τοῖς λωτοφαγοῦσι. Tamen cæptos, quod vulgo legitur, non damno, Nam cujus ſtuporis erat hic Cyclopis mentionem facere, cui rei dicatus eſt ſequens verſiculus?

Victa. Maroneo] Alii vincta. De Marone hoc habes ὀδυσσείας I.

-- Μάρων Εὐάνθεος υἱὸς ἱερεὺς
Ἀπόλλωνος ..

Sed & Poëtæ Maronem pro vino uſurparunt: Plato Comicus:

-- οὔπω ὤπιον
Μάρωνα πω τοιοῦτον.

Nobilis Artaciæ gelidos) Optima membrana *erigit* non *irrigat*. Lego:

Mobilis Artaciæ gelida quo ſe exigit unda.

Mobilis, ut Horatius: *Mobilibus pomaria rivis. Exigit* pro *erigit*, *X* pro *R*, quod aliquando in his libris accidiſſe ſupra retulimus. Ovidius:

Et celer admiſſas exigit Ebrus aquas.

Artaciæ)

ἡ μὲν ἄρ' ἐς κρήνην κατεβήσετο καλλιρέεθρον
Ἀρτακίην. ἔνθεν γὰρ ὕδωρ προτὶ ἄστυ φέρεσκον.

VARIORUM.

Ænea Neptunius incola rupis) Periphraſis Polyphemi Cyclopis Neptuni filii. de quo Homer. lib. I. Odyſſ. Incertus poëta apud Chariſium:

Cyclops Ætnææ cultor, Neptunia proles.

Douſa P.

Mobilis Artaciæ &c.) Apparet legend. *Attaciæ gelida quos* Solinus cap. 52. de ciconium flumine ſaxifico meminit Vibius ſequeſter de fluminibus. *Livin.*

Solis genus)id eſt, *Solis filia*. Sic Hymenæum *Uraniæ genus* vocat Catullus, Virgilius: *Latonæque genus duplex. Douſa F.*

Illum inter geminæ nantem confinia mortis
Nec Scyllæ ſævo conterruit impetus ore,
Cum canibus rapidas inter freta ſerperet undas,
Nec violenta ſuo conſumſit more Charybdis,
Vel ſi ſublimis fluctu conſurgeret imo,
Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum.
Non violata vagi ſileantur paſcua Solis.
Non Amor, & fœcunda Atlantidos arva Calypſus,
Finis & errorum miſero Phæacia tellus.
Atque hæc ſeu noſtras inter ſunt cognita terras,
Fabula ſive novum dedit his erroribus orbem,
Sit labor illius, tua dum facundia major.
Jam te non alius belli tenet aptius artes,
Quæ deceat tutam caſtris præducere foſſam,
Qualiter adverſos hoſti defigere cervos,

Quemve

J. SCALIGER.

Illam ter gemina) Optimum Fragmentum: *Illam inter gemina.* Ita etiam olim vix dum ephebos egreſſi emendaveramus. geminam mortem vocat Scyllam, & Charybdin.

Nec Scylla ſævo conterruit impetus orbe) Lege *ore* ex eodem fragmento. *Scylla impetus* eſt περίφοβος. hoc eſt Sylla ipſa vaſta. Lucretius dixit cæli impetum pro cælo.

Qualiter adverſos hoſti defigere nervos) Germanus Valens Pimpontius, vir & eruditione, & dignitate ampliſſimus, in ſuis in Virgilium doctiſſimis commentariis docet nos legendum eſſe *Cervos.* Quod quis non credat præſertim tam eruditi viri auctoritate permotus? Quid ſit *figere cervos* non minus potes ex Servio diſcere, quam ex Cæſare, qui ſint *cervi*

VARIORUM.

Nec Scylla.) Sic ſcribendus locus mendoſiſſimus:

Nec Scylla ſævo conterruit impetus æſtu,
Cum canibus raptas inter freta ſorberet undas,
Non violenta ſuo conſumpſit in ore charybdis.

ſorberet ἀρχαϊκῶς pro *ſerperet* quomodo nullo ſenſu legebatur. idque Guyeto quoque in mentem venerat. Heinſius in Addendis ad Ovid.

Cervos.) Tertia pars valli, CERVI ſunt: Non ii quidem in omni vallo, non: ſed a Cæſare adtexti, majori tutelæ & ſecuritati. Quid ergo ii ſunt? *Cervi*, inquit Varro, *a ſimilitudine cornuum cervi.* Sunt igitur ramoſi trunci arborum, in eam faciem: atque ii firmiores alias, alias infirmi iſti tenerlores & infirmi, *Cervoli* dicebantur. Utebantur igitur his in vallo ſtruendo, ad terram coërcendam adſtringendamque, identidem interjectis. Nos hodieque facimus. Lipſius de re militari apud quem vide plura.

Laudis

Quemve locum ducto melius ſit claudere vallo,
Fontibus ut dulces erumpat terra liquores:
Ut faciliſque tuis aditus ſit, & arduus hoſti.
Laudis ut aſſiduo vigeat certamine miles.
Quis tardamve ſudem melius, celeremve ſagittam
Jecerit, aut lento perfregerit obvia pilo?
Aut quis equum celeremq; arcto compeſcere freno
Poſſit, & effuſas tardo permittere habenas:
Inque vicem modo directo contendere paſſu,
Seu libeat curvo brevius contendere gyro?
Quis parma, ſeu dextra velit, ſeu læva tueri,
Sive hac ſive illac grandis venit impetus haſtæ,
Amplior, aut ſignata cita loca tangere funda?
Jam ſimul audacis veniunt certamina Martis,
Adverſiſque parant acies concurrere ſignis,
Tum tibi non deſit faciem componere pugnæ:

Seu

J. SCALIGER.

Laudis & aſſiduo) Exercitationem campeſtrem intelligit.

Parma ſeu quis dextra velit) Quid ego iſtis tortoribus librorum amplius optem, quam ut ab hac ſcabie qua illos laborare video, ungues teneant? Certe actum eſt de illis, ſi nullum bonum auctorem, quem corrumpant, habeant. Hominum fidem, hunc locum quo genere deformarunt? Nam ita omnis vetus ſcriptura eum conceptum habet:

Quis parma ſeu dextra velit, ſeu læva tueri
Sive hac, ſive illac veniat gravis impetus haſta,
Amplior, aut ſignata cita loca tangere funda?

Tum tibi non deſit faciem) DESIT COMPONERE loquutio etiam Propertio uſurpata:

Et mihi non deſint turpes pendere corolla.

VARIORUM.

Fontibus ut dulces erumpat terra liquores.] Caſtrametationis & militiæ eſt aquatio, & providere ne caſtra ponantur in arido loco, & aquæ inopi, ut apud Cæſarem in lib. I. de bello civili, Afranius & Petrejus, ob male poſita caſtra in colle, coguntur ſiti ad deditionem. Vide Vegetium lib. IV c. X quid faciendum ne aquæ inopiam patiantur obſeſſi.

Curvo contendere gyro.) Hoc exercitationis genus, quo equi flectuntur in orbem & circumaguntur inventum eſſe ait Virgil. lib. III, Georg. Lapitharum. Id equiſones noſtri, qui ab equorum cura, *Eſcuiers d'eſcurie*, vocant, *voltiger a bride ronde.*

Dextra velit.) *Velis* puto. Livin.

Seu ſit opus quadratum acies conſiſtat in agmen,
Rectus ut æquantis decurrat frontibus ordo:
Seu libeat duplicem, ſeu junctum cernere Martem,
Dexterque ut levum teneat, dextrumque ſiniſter
Miles ſitque duplex gemini victoria caſus.
At non per dubias errant mea carmina laudes.
Nam bellis experta cano, teſtis mihi victæ
Fortis, apydiæ miles, teſtis quoque fallax
Pannonius,gelidas paſſim disjectus in Alpes. Te-

J. SCALIGER.

Seu ſit opus quadratum) Tria genera aciei inſtruendæ apponit, quadratum duplex, pilatum. Varro medium ignorat. duo reliqua teſtatur. *Duo*, inquit, *ſunt genera agminum quadratum, quod immiſſis etiam jumentis incedit, ſed inter ſe denſum eſt, quo facilius per iniquiora loca tramittatur.* Scaurus de vita ſua: *In agrum hoſticum veni. pilatim exercitum duxi.* id eſt, ſtrictim & denſe. Aſellio Sempronius: *Quartum ſignum accedebat, ſive pilatim, ſive paſſim iter facere volebat.*

Seu junctum cernere Martem) Hoc eſt pilatum,

Dextraque ut levum) Neque hæc minore medicina egent, quam ſuperiora. Quare ita auctoribus veteribus libr. lege: *Dexter uti lævũ teneat, dextrumq; ſiniſter Miles* -- Hic eſt trajectio facta. Nam hoc eſt plane duplex acies, non pilata. quare non ad junctum referendum, ſed ad duplex.

Japigia) Vitioſa ſcriptura quum ſit *Japidia*. ita omnes auctores. & libri noſtri calamo exarati. & Strabo ἰαπυδία. *Japidis ora Timavi.* Virgil.

Fallax Pannonius) Quare *fallax*? Dio de hoc bello, libro XLIX. πλησιάσαντος δ' αὐτοῦ τῇ πόλει οἱ ἐπιχώριοι, πρότερα μὲν ὑπὸ τοῦ δυνατοῦ ἀναπεισθέντες ὡμολόγησάν τε αὐτῷ, καὶ ὁμήρους ἔδοσαν. μετὰ δὲ τοῦτο τὰς τε πύλας ἀπέκλεισαν καὶ ἐς πολιορκίαν κατέστησαν. Perſequitur autem fuſius hanc hiſtoriam Dio ipſe eodem libro, in quo perperam editum eſt τευσκία pro σισκία, quæ eſt urbs Pannoniæ. Cæterum hoc bellum non auſpiciis Meſſalæ profligatum, quicquid nobis perſuadere conetur Tibullus. Neque in nationibus inalpinis ullum Marte ſuo confecit præterquam id, quo Salaſſos vicit. Dio: τούς τε σαλάσσους καὶ, τοὺς ἄλλους τοὺς μετ' αὐτῶν νεωτερίσαντας ὁ μεσσάλας οὐαλέριος ἐχειρώσατο.

VARIORUM.

Seu ſit opus quadratum.) Faci· variam pugnæ faciem, ut ipſe appellat. Primo, *Quadratam* ſimplicem, fronte recto: ſecundo, *Duplicem*, utroque cornu: tertio, *Junctam*, quam capiebam *Triplicem*, alia ſcilicet ad duas junctam. nam ſic fiebat, quod hic dicitur, ut dextera ſua miles qui in lævo eſt ſiniſtram medii aſpiciat, ſiniſtra ſua, qui in dextro ejuſdem medii dextram. inſpice, intelleges. Sed remoratur, aut potius revocat, quod ſequitur --- -- *ſitque duplex gemini victoria caſus.* Ita enim non duplex, ſed triplex e triplici acie victoria ſit & caſus. An *Junctam* igitur intellegit ſubjunctam & duplicatam, de qua diximus? ut acies aciei ſit ſuppoſita? Hoc opinor & utrubique ſane dextera ſua ſiniſtram appoſiti cornus cornu aſpicit, & contra. Nec mihi diſpliceat etiam ſcribi --- *duplicem ſejunctum cernere Martem.* ut duas modo poſituras nominet, Quadratam ſimplicem, indiviſam: & hanc abjunctam, in duo cornua: facili ita ſententia *Lipſius.*

Teſtis Arupinis & pauper natus in armis.
Quem ſi quis videat vetus ut non fregerit ætas,
Terna minus Pyliæ miretur ſæcula famæ,
Centum ſecundos Titan renovaverit annos,
Ipſe tamen velox celerem ſuper edere corpus
Audet equum, validiſque ſedet moderator habenis.
Te duce non alias converſus terga domator
Libera Romanæ ſubiecit colla catenæ.
Nec tamen his contentus eris, majora peractis
Inſtant, compertum eſt veracibus ut mihi ſignis,
Queis Amithaonius nequeat certare Melampus.
Nā modo fulgentē Tyrio ſubtemine veſtē In-

J. SCALIGER.

Teſtis Arupinus] Legimus, *Arupinis*. quod etiam confirmat emendatiſſimum fragmentum. Strabo de hoc ipſo bello Japidico ſcribens, de quo nunc ſentit Tibullus: ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Ἰαπυδικὸς παράπλους χιλίων σταδίων. ἱδρυνται γὰρ οἱ Ἰάπυδες ἐπὶ τῷ Ἀλβίῳ ὄρει τελευταίῳ τῶν Ἄλπεων ὄντι ὑψηλῷ σφόδρα, τῇ μὲν ἐπὶ τοὺς Παννονίους καὶ τὸν Ἴστρον καθήκοντες, τῇ δ' ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν ἀρειμάνιοι μὲν, ἐκπεπονημένοι δ' ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος τελέως. πόλις δ' αὐτῶν Μέτυλον, Ἀρύπινος, Μονήτιον, Οὔενδον (Οὐενδὼν) In itinerario Antonini in itinere ab Aquileia per Liburniā *Avendone, Anrupio, Bibium*. Lege: *A Vendone Arupinū*.][Lege, Οὐενδὼν. Omnino his Strabonis verbis obſcuro loco Tibulli lux adfertur. Legebā etiā *Arupinas*, ut ſit gentile. quod malim: ut ſit pauper Arupiás.

Pauper) Quare pauper, mox ſubjicit. Strabo: λυπρὰ δὲ τὰ χωρία, καὶ ζειᾷ καὶ κέγχρῳ τὰ πολλὰ τρεφόμενοι. Ergo κατ' ἐξοχὴν. *Pauper*.

Natus in armis) Jam explicavit Strabo, quum vocat ἀρειμανίους.

Converſus terga domator) *Domator*, πωλοδάμνης. ſed ſuſpectum eſt de mendo.

VARIORUM.

Domator,) puto *domatus* pro domitus. Non. 334. 8. Stat. *comatus* id eſt, Gallus. falſo. Nam jam Galliam ſubegerat Cæſar. *Livin*.

Tyrio ſubtemine veſtem Indueras &c.] Inter omnes Kalendas, Kalendæ Januariæ fuere celebres, & per totum Romanum orbem, ut innuit Libanius in ἐκφράσει Καλενδῶν. Fuere autem deſideratæ ſolemnes illæ Kalendæ quatuor de cauſſis. Quia annum aperirent, quia opera omnia inchoarent, quia Jano illas Kalendas dicarent, & quia duo templa Æſculapii in inſula Tiberina dedicarent. Prima patet ex Libanio & Arnobio lib. IV II. ex Senec. ep. LXXXIII. III. ex Macrob. lib. I. c. XIII. IV. ex Ovid. I. Faſt. Illa die tota Civitas læto cultu, populuſque in toga candida. corona cinctus. Quidam quoque illa die in triumphali veſte. Dio lib. LIV. Capitolium aſcendebat, & conſules novos huc pergentes comitabatur. Conſules autem erant in purpura cum faſcibus, lauro novo circumvolutis. Odores etiam multi accendebantur. Ignis quoque in foro. Januæ laureatæ & lucernatæ. In Capitolio boves immolabant injuges & Faliſcorum. Vota conſulum excipiebantur a ſenatu &c. Plura pete ex Ludovic. Aureliani Cogitationibus.

Indueras, oriente die duce fertilis anni,
Splendidior liquidis cum ſol caput extulit undis,
Et fera diſcordes tenuerunt flamina venti,
Curva nec aſſuetos egerunt flumina curſus:
Quin rapidum placidis etiam mare cõſtitit undis,
Ulla nec aëreas volucris perlabitur auras,
Nec quadrupes denſas depaſcitur aſpera ſilvas:
Quin largita tuis ſunt multa ſilentia votis.
Juppiter ipſe levi vectus per inania curru
Affuit, & cælo vicinum liquit Olympum,
Intentaque tuis precibus ſe præbuit aure,
Cunctaque veraci capite annuit, abditus aris
Lætior eluxit ſtructos ſuper ignis acervos.
Quin, hortante Deo, magnis inſiſtere rebus

Incipe,

VARIORUM.

Multa ſilentia.) forte leg. *cuncta* ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ. Livin.

Juppiter ipſe levi vectus per inania curru Adfuit.) *Currum levem* videtur dixiſſe propter alas, quas ei adjungit Plato in Phædro ita ſcribens: ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων. Lucanus in Piſcatore: ὡς μέγας Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων ἀγανακτήσειεν ἄν, εἰ μὴ οὗτος ὑπόσχῃ τὴν δίκην. Meminit etiam Hermogenes lib. I. de Ideis. Hinc lucem accipit Plauti locus Amphitruone non ſatis excuſſus ab interpretibus. , - - - - - - *quadrigas ſi nunc inſcendas Jovis Atque ita effugias, ita vix poteris infortunium.* Item Horatii in Odis. --- *namque Dieſpiter Plerumque per purum tonantis egit equos, volucremque currum.* Ac denique Apulejus lib. de Mundo: *Deus namque*, inquit, *ſicut & vera continet ratio, principia, fines & media rerum omnia penetrat, atque illuſtrando curru volucri ſuperfertur.* Ita enim legendus is locus ex MS. Cod. Cl. Bon. Vulcanii. Quo reſpexit etiam Boëthius in Conſol. lib. IV. *Donſa F.*

Olympum.) Interpretes hunc locum accipiunt de Olympo monte, qui altitudine nubes excedit, eoque *cælo vicinus* dicitur. quibus non accedo, & Olympum interpretor cum Homero θεῶν ἕδος, quam quidem Jovis & Deorum ſedem οὐρανῷ, ſive cœlo ſuperiorem facit ita canens:

ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε.

Recte ergo dicetur *cælo vicinus*, e quo in cœlum proximus deſcenſus ſit. *Idem.*

Cunctaque veraci.) in Vet. libro hi verſus hoc exemplo diſtincti viſebantur.

Cunctaque veraci capite annuit; additus aris
Lætior eluxit ſtructos ſuper ignis acervos.

Donſa P.

Nec

Incipe, non iidem tibi ſunt, aliiſque triumphi,
Non te vicino remorabitur obvia Marte
Gallia, nec latis audax Hiſpania terris,
Nec fera te Tyrio tellus obſeſſa colono,
Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaſpes
Profluit, aut rapidus Cyri dementia Gindes,
Ardet Arectęis aut unda perhoſpita campis:

Nec

J. Scaliger.

Nec fera Rkæ:eo) Ita hunc locum depravarunt, qui veterem ſcripturam non aſſequebantur hanc, *Nec fera te tereo.* Unius literulæ commutatione legendum, *te Tyrio.* tellus habitata Tyrio colono eſt Africa profecto, aut cedo ſis aliam, in quam coloniam miſerint Tyrii. Eſt igitur Africa. quam tacere non debebat Tibullus: quum totum orbem hic trophæis Meſſalæ implet. Mirum vero tantum virum Meſſalam in omnibus bellis a Dione prætermiſſum; & Appiano, præter pauca admodum, quæ de eo dixit, quibus breviter ipſius laudes perſtringit.

Vel regia lympha Diaſpes) Nulla eſt mutatio in veteribus libris, ne in optimo quidem. Vocat igitur Diaſpem, quem alii Choaſpem. Notum ex Herodoto quid velit, & Auſonio: (*caſtris*

Hunc cuperes, Rex Mede, tuis contingere
Flumina conſumpto quum defecere meatu,
Hujus fontis aquas peregrinas ferre per urbes,
Unum per cunctas ſolitus portare Choaſpen

Cyri dementia Cydnus) Hunc vocat Herodotus Gynden. Quare ita legendum videtur, ut jam ab aliis animadverſum.

Cretais ardens aut unda Caryſtia campis) Mendoſiſſimus locus, ita tamen ut etiam in codice infimæ vetuſtatis eadem lectio reperiatur. Quare non hodie atque heri inolevit hæc macula huic loco, ſed morbus, ut video, inveteratus eſt. At peroptimus ille, quem tam laudamus, habet:

Ardet Arecteis aut unda perhoſpita campis

Recte ita me Deus bene juverit. Arectei campi, ſunt quos Strabo Ἀρτακηνοὺς appellat, mendoſe ſane, quum ſit legendum Ἀρακτηνούς, ut ex hoc loco apparet, & ex Geneſeos capite decimo, ubi mentio fit Herois illius Nemrodi, *Ejus* inquit, *regni caput fuit, Babylon, Arec, Acad, & Calne in terra Senaar.* Ab hoc igitur Arec, ἀρακτηνὴ & Aractei campi, in illis campis eſt lacus ardens, cujus meminit Plinius libro ſecundo: *Campus,* inquit, *Babylonia flagrat quadam veluti piſcina; jugeri magnitudine.* Qui ridiculam illam lectionem vulgatam pro hac nobis ſuppoſuerant, habebant in animo θερμὰ λουτρὰ quæ ſunt ad Caryſton Euboëæ, ingenioſi & aſtuti homines, qui quaſvis calidas aquas ſtatim ardere putarent. Atqui eſto. cur iterum rediret in Græciam Tibullus? Nam in ea eſt Euboëa. At non niſi nunc de remotis gentibus agit. Nos igitur ope peroptimæ membranæ fœdas maculas ex hoc cultiſſimo auctore ſuſtulimus. *Hoſpita unda*, Græcum ξενίζουσα, hoc eſt mira. Melius legeret: *Ardet Arecteos aut unda per hoſpita campos.* Sic infra -- *fecundas ad deficientia meſſes.*

Variorum.

Gyndes) Dahas Arioſque diſterminat. Tac. xi. Annal. vide ibi Lipſ.

Ardet Arectais) Lege:

Ardet Areccais aut unda perhoſpita cãpis.

Arecca vel *Aracca* in confinio Suſianæ & Babyloniæ ſita, Suſidis urbs. In Suſia autẽ Naphthæ liquidę fontes Strab. xv. *perhoſpita*, ut *per veſperi, peradoleſcens, perinteger, pervirgo* Ciceroni. Salmaſ.

Nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe,
Impia nec ſævis celebrans convivia menſis.
Ultima vicinus Phœbo tenet arva Padæus, (nos.
Quaq; Hebrus, Tanaiſq; Getas rigat, atq; Magy-
Quid moror? Oceanus ponto qua continet orbem,
Nulla tibi adverſis regio ſeſe offeret armis.
Te manet invictus Romano marte Britannus,
Teque

J. SCALIGER.

Padæus) Padæorum mentionem habes apud Herodotum.

Atque Moſynos) *Magynos* & *Maginos* habent libri noſtri. μοσυνοίκες cogitabant, qui turres pro hominibus nobis ſuppoſuerant. Nam μόσυνοι ſunt Falæ ligneæ. At μοσσύνοικοι populi in Falis habitantes. Sed qui ſint Magyni ipſi, aut unde expiſcatus ſit Tibullus, nondum reperi, quia quærere otium non eſt.

Te manet invictus) Invictus ſine adhuc eo tempore. Nam hactenus ne Cæſar quidem illos ſubjugavit. Primus Cæſarum Claudius de illis triumphavit, Cujus rei ampliſſimum teſtimonium habes in Catalectorum meorum libro priore, nempe elegantiſſimos verſus a quodam ejus temporis poëta ſcriptos. quos inde petas licet. Sed & Seneca in ἀποκολοκυνθώσει idem teſtatur in choricis anapæſtis. *Et ceruleos Scotobrigantas*, pro quo ineptiſſime hodie editur *ſcuta Brigantas*. Nam quibus diſplicet hæc emendatio, quod Scoti in Britanniam, ut ajunt, non trajecerint ante tempora Valentiani, nihil agunt. Erant tamen adhuc in Hibernia: ad quæ loca etiam videntur appuliſſe Romani temporibus Claudianis. Nam Juvenalis meminit litorum Juvernæ, id eſt Hiberniæ, ante tempora ſua ſubactorum. Cærulei ſcuta Latinum ſcimus, ut opus non fuerit nos de Grammatica monere, Nam & ita Virgilius loquitur: -- *& picti ſcuta Labici*. Sed quis ſanus dixerit cæruleos ſcuta, qui cute Cærulei eſſent? Quare ut ipſi non audire nos volunt vera proponentes, ita neque nos illos vero adverſantes audiemus. An ignorant Brigantes Britanniæ eſſe ἀποίκους Βριγάντων Hiberniæ, quorum amborum meminerit Ptolemæus? Brigantes igitur apud Senecam & Scoti ſunt in Hibernia adhuc, non in Britannia. Itaque de ſero tranſitu Scotorum in Britanniam, quod obiiciunt, frigidum: quum eos adhuc velimus eſſe in Hibernia. Nam ipſe Seneca meminit ibidem Britannorum Quod ſi jam Brigantes in Britannia, bis ergo idem dixiſſet Seneca Porro Brigantum, qui in Britannia, meminit etiam Pauſanias Arcadicis. Adrianus Junius vir eruditiſſimus, quum mendum apud Senecam olfeciſſet, non tamen tollere potuit: quin oblitus moduli ſyllabæ legit cute Brigantas. Quæro unde Picti dicti ſunt? an quia ſcuta picti, non cutem? Certe Scoti ab iiſdem partibus Hiberniæ: Et ambo picti non ſcuta, ſed cutem. Quare & Scoti hanc gentis ſuæ antiquitatem mihi debent, qui primus illum locum emendavi: quum ipſi hactenus ſuæ gentis teſtem Claudiano antiquiorem non haberent. Sed & locus in Octavia Tragœdia de eadem re depravatiſſimus eſt. qui tamen ad hanc rem facit Ita enim ediderunt:

En qui ora Tanais primus impoſuit juga,
Ignota tantis claſſibus texit freta.

Loquitur de Claudio Cæſare. Legendum ſane:

En qui Britannis primus impoſuit juga.

Superingeris

Teque interjecto mundi pars altera Sole.
Nam circumfuſo conſiſtit in aëre tellus,
Et quinque in partes totus diſponitur orbis,
Atque duæ gelido vaſtantur frigore ſemper:
Illic & denſa tellus abſconditur umbra,
Et nulla incepto perlabitur unda liquore,
Sed durata riget denſam in glaciemque, nivemque,
Quippe ubi non unquam Titan ſuperegerit ortus.
At media eſt Phœbi ſemper ſubjecta calori,
Seu propior terris æſtivum fertur in orbem,
Seu celer hibernas properat decurrere luces.
Non ergo preſſo tellus conſurgit aratro:
Nec frugem ſegetes præbent, nec pabula terræ.

Non

J. SCALIGER.

Superingerit) *ſuperegerit* eſt in duob. noſtris,

VARIORUM.

Interjecto Sole.) An Sole interpoſito, quod ab Zona noſtra temperata qui velit ad frigidam & inhabitabilem progredi, neceſſe habeat tranſire per Zonam torridam, quam Sol ſemper inſiſtit, atque ita interjectu interpoſituque ſolis id eum efficere oporteat? An quod tot mundi & novi orbes putabantur, quot novæ reperiebantur Indiæ, ut ab aliis tranſiri ad alias non poſſet niſi Solis alterius tranſitu? An quia novos quærentes triumphos ultra Solem & diem, mundique terminos pergebant? qua de re Pedo Albinovanus apud Senecam in libro Suaſoriarum (unius eſt tantum) ſic ait: *Latini declamatores in Oceani deſcriptione non minus viguerunt. nam aut nimis deſcripſerunt, aut curioſe, nemo illorum potuit tanto ſpiritu dicere quanto Pedo* (Albinovanus) qui navigante Germanico dixit:

Jam pridem poſt terga diem, Solemque relictum
Jampridem notis extorres finibus orbis
Per non conceſſas audaces ire tenebras.
Heſperii metas, extremaque litora mundi.

Paſſer.

Nam circumfuſo conſiſtit in aëre tellus.) Sic Ovid. Met lib. 1. *Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus.* Manil. lib. 1. *Eſt igitur tellus mediam ſortita cavernam Aëris & toto pariter ſuſpenſa profundo,* Quin & terram ab aëre vehi ſuſtinerique, ut alii ab aqua, exiſtimabant. Quod quia minus notum eſt, imo quia plane ignotum eſt, firmandum eſt exempiis. Lucan. lib. 1. -- *Dum terra fretum terramque levabit Aër.* Qui verſus reprehenſus eſt a viris magnis non conſiderantibus ſequutum eum auctorum quorundam opinionem, quam nos primi, niſi fallimur in lucem protraximus. Claudianus de IV. Conſulatu Honorii:

Et qui perpetuo terras ambitque vehitque
Nec premat incumbens oneri, nec ceſſerit aër.

Macrob. Saturn. lib. 1. c. XXI. Quis enim ambigat matrem Deum terram haberi? hæc enim leonibus vehitur validis impetu atque fervore animalibus, quæ natura cœli eſt, cujus ambitu aër continetur, qui vehit terram. *Douſa F.*

Per

Non illic colit arva Deus, Bacchusve, Ceresve,
Nulla nec exuſtas habitant animalia partes.
Fertilis hanc inter poſita eſt, interque rigentes,
Noſtraque, & huic adverſa ſolo pars altera noſtro,
Quas ſimilis utrinque tenens vicinia cæli
Temperat: alter & alterius vires necat aër.
Hic placidus nobis per tempora labitur annus,
Hic & colla jugo didicit ſummittere taurus,
Et lenta excelſos vitis conſcendere ramos,
Tondeturque ſeges maturos annua partus,
Et ferro tellus, pontus confinditur ære.
Quin etiam ſtructis exſurgunt oppida muris.
Ergo ubi præclaros poſcent tua facta triumphos,
Solus utroque idem diceris magnus in orbe.
Non ego ſum ſatis ad tantæ præconia laudis,
Ipſe mihi non ſi præſcribat carmina Phœbus.
Eſt tibi, qui poſſit magnis ſe accingere rebus
Valgius: æterno propior non alter Homero.
Languida non noſter peragit labor otia, quamvis
Fortuna, ut mos eſt illi, me adverſa fatiget.

Nam

J. SCALIGER.

Per tempora labitur annus) Codex inſimæ vetuſtatis *vertitur*. περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

Ergo ubi præclaros poſcent)Liber optimus habebat *ierint*, non *poſcent*. Ergo legendum *per claros*.

Ergo ubi per claros ierint tua facta triumphos.

VARIORUM

Nulla nec exuſtas habitant animalia partes.) Habitari negarunt olim ex antiquis plurimi, nec pauci ex iis, qui avorum noſtrorum temporibus floruerunt, Sed rem aliter ſe habere ne pueri nunc ignorant. Vide Merulam Coſmograph. part. 1. lib. III.

Languida non noſter.) in Membranis. *Languida ; nam noſter* &c. idque verum puto, & faciunt a me ea quæ a Poëta ex ordine ſubjunguntur deinceps. *Douſa P.*

Domus

Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret
Cui fuerant flavi ditantes ordine ſulci
Horrea, fecundas ad deficientia meſſes:
Cuique pecus denſo paſcebant agmine colles,
Et domino ſatis, & nimium furique, lupoque,
Nunc deſiderium ſupereſt, nam cura novatur.
Cũ memor anteactos ſẽper dolor admonet annos.
Sed licet aſperiora cadant, ſpolierque relictis;
Non te deficient noſtræ memorare Camenæ:
Nec ſolum tibi Pierii tribuentur honores:
Pro te vel rapidas auſim maris ire per undas,

Adverſus

J. Scaliger.

Nam mihi quum magnis opibus) Horatius idem prorſus tangit:

Di tibi divitias dederant --

Fœcundis in deficientia menſis) Legebamus olim

Cui fuerant flavi ditantes ordine ſulci
Horreas fecundas ad deficientia meſſis.

Meſſis pro meſſes. pro quo excuderant *menſis* Sed poſtea conjecturam noſtram confirmavit liber optimus, in quo & *meſſes* diſertim ſcriptum erat.

Quum memor accitos) Lege *anteactos*, ut habent libri noſtri ſcripti. Memorem dolorem vocat pœnitentiam anteactorum.

Spolierque relictis) a creditoribus ſcilicet. Et hæc plane adteſtãturde ære alieno contracto in luxu & nepotatu contra mentem eorum, qui nobis obſtrigillarunt: ItaqueHoratius obrutum curis ob æs alienum ita alloquitur:

Inter ſpem curamq; timores inter & iras
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremũ.
Grata ſuperveniet qua non ſperabitur, hora

Quum igitur dicat ſpoliari ſe relictis, an & agellos reliquos ſuos aſſignari intelligit? Si non reliquos aſſignari, neque priores igitur.

Variorum

Domus alta niteret.] Niteret hoc loco haud tralatitie accipiendum, ſed eapſe metaphora, qua in Plauto ſcriptum vidèmus.

Pro re niterem & gloriam pro copia &c. & Horatio.

Res ubi magna nitet domino ſene. Douſ P.

Furique lupoque) Fallor? an per *Furinum ac lupinum genus*, Milites non niſi milvinis, gypſatisque unguibus rem gerere ſolitos, & quidem Cæſarianos intelligit: quibus nihil non belli jure, qua privatum, qua publicum, veluti in præmium; imo vero in prædam a victore Octaviano impuniſſime; ac ſine ullo diſcrimine conceſſum: quibusque adeo latrocinari paſſim, hoc eſt, ex rapto rem ſuam (quæ nulla fuerat ante) ſtruere, exaugere, ac conſtabilire oppido, *Omne ſacrum rapiente dextra.* jampridem hercule in ludum & jocum conſuetudine vorterat ſcilicet. *Donſa P.*

Cum memor accitos.) Ego certe non *Accitos* (quod nequam & nihili verbum eſt) ſed *acciſos*, ſemper uſque adhuc legendũ judicavi, atque etiamnum judico, qua Metaphora Horatius pariter ac Livius uſi, *Res acciſas*, pro attritis ac comminutis dixere, & Latinorum Poëtarum Phœnix:

Acciſis coget dapibus conſumere menſas.

Doula P.

Denſis

Adverſis hiberna licet tumeant freta ventis:
Pro te vel ſolus denſis ſubſiſtere turmis,
Vel parum Ætnææ corpus committere flammæ.
Sum quodcunque, tuum eſt. noſtri ſi parvula cura
Sit tibi, quanta libet ſit modo, non mihi regna
Lydia, non magni potior ſit fama Gylippi,
Poſſe Meleteas nec mallem mittere chartas.
Quod tibi ſi verſus noſter totuſve minuſve.
Vel bene ſi totus, ſummo vel inerret in ore,
Nulla mihi ſtatuent finem te fata canendi.
Quin etiam, mea cum tumulus contexerit oſſa,
Seu matura dies celerem properat mihi mortem,
Longa manet ſeu vita tamen mutata, figuram;
Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum ſeu tardi pecoris ſim gloria taurus,
Sive ego per liquidum volucris vehar aëra pennis,
In quencunque hominem me longa receperit ætas,
Inceptis de te ſubtexam carmina chartis.

LAUS SULPICIÆ
AD MARTEM. II.

Sulpicia eſt tibi culta tuis Mars magne kalendis,
Spectatum e cælo, ſi ſapis, ipſe veni.
Hoc Venus ignoſcet. at tu violente caveto,
Ne tibi miranti turpiter arma cadant.

Illius

J. SCALIGER.

Denſis obſiſtere turmis) Libri noſtri *ſubſiſtere*, Sic Livius *ſubſiſtere feris*, ὑφίστασθαι τὰ θηρία. Ergo hanc lectionem retine.

Nec mallem mittere chartas) *Vincere* liber optimus.

Mutata figuram) Lego ex libro noſtro, *figura*. Seu figura finget me.

In quencunque) optimus liber *Quandocunque*.

VARIORUM.

In quemcumque.] *in quodcumque* puto. Livin.

Proximus

Illius ex oculis, cum vult exurere Divos,
  Accendit geminas lampadas acer Amor.
Illam quidquid agit, quoquo veſtigia flectit,
  Componit furtim, ſubſequiturque decor.
Seu ſolvit crines, fuſis decet eſſe capillis:
  Seu comſit, comtis eſt veneranda comis.
Urit, ſeu Tyria voluit procedere palla:
  Urit, ſeu nivea candida veſte venit.
Talis in æterno felix Vertumnus Olympo,
  Mille habet ornatus, mille decenter habet.
Sola puellarum digna eſt, cui mollia caris
  Vellera det ſuccis bis madefacta Tyros,
Poſſideatque, metit quidquid bene olentibus arvis
  Cultor odoratæ dives Arabs ſegetis,
Et quaſcunque niger rubro de litore conchas
  Proximus Eois colligit Indus aquis.
Hanc vos Pierides feſtis cantate Kalendis.
  Et teſtudinea Phœbe ſuperbe lyra.
Hoc ſollenne ſacrum multos hoc ſumet in annos.
  Dignior eſt veſtro nulla puella choro.

SULPICIA AD CHERINTUM III.

Parce meo juveni. ſeu quis bona paſcua campi,
  Seu colis umbroſi devia montis aper.

Nec

J. SCALIGER.

Proximus Eois colligit Indus aquis) Oceano Indico. Sed melius, *equis*. Popert.

Quos aurora ſuis rubra colorat equis.

Supra Theodectes: οὓς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν, &c.

Multos celebretur in annos) Veteres omnes libri: *hoc ſumet in annos.* lego, *conſumet* pro conſummet.

VARIORUM.

Veſtigia movit.) Vet. Cod. *Flectit* habet. *Douſa P.*

Vellera det.) Dibapham deſignat, de qua & Martialis, ſcribens itidem:

Quod bis murice vellus inquinatum.

Douſa P.

Acniſſe

Nec tibi ſit duros acuiſſe in prœlia dentes.
Incolumem cuſtos hunc mihi ſervet Amor.
Sed procul abducit venandi Delia cura.
O pereant ſilvæ, deficiantque canes.
Quis furor eſt, quæ mens denſos indagine colles
Claudentem teneras lædere velle manus?
Quidve juvat furtim latebras intrare ferarum?
Candidaque hamatis crura notare rubis?
Sed tamen, ut tecum liceat Cherinte vagari,
Ipſa ego per montes retia torta feram.
Ipſa ego velocis quæram veſtigia cervi,
Et demam celeri ferrea vincla cani.
Tunc mihi tunc placeant ſilvæ, ſi, lux mea, tecum
Arguar ante ipſas concubuiſſe plagas.
Tunc veniat licet ad caſſes, illæſus abibit,
Ne Veneris cupidæ gaudia turbet aper.
Tunc ſine me ſit nulla Venus: ſed lege Dianæ
Caſte puer caſta retia tende manu.
Et quæcunque meo furtim ſubrepit amori,
Incidat in ſævas diripienda feras.
At tu venandi ſtudium concede parenti,
Et celer in noſtros ipſe recurre ſinus.

AD PHOEBUM IV.

HUc ades, & teneræ morbos expelle puellæ,
Huc ades intonſa Phœbe ſuperbe coma.

Crede

J. SCALIGER.

Acuiſſe in pectora dentes) Repone ex optimo libro: -- *acuiſſe in prælia.*

Venandi, Delia, cura) ſcribe, *devia cura.* nec in tam deviis ſaltibus Veneris, *Delia* ſane huc non pertinet.

Retia tende manu) Repone ex libris, *tange.*

Et quæcunque) At quæcunque: Libri.

VARIORUM.

Quis furor eſt. &c.) ſcribendum puto, quamvis hoc timide affirmem: *Quis furor eſt, demens, denſos indagine colles:* loquendi forma Propertio aliiſque uſitata. *Douſa F.*

Morbos expelle.] forte *depelle.* Livin.

Tecumque

Crede mihi propera: nec te jam Phœbe pigebit
Formoſæ medicas applicuiſſe manus.
Effice ne macies pallentes occupet artus,
Neu notet informis pallida membra color.
Et quodcunq; mali eſt, & quidquid triſte timemus,
In pelagus rapidis evehat amnis aquis.
Sancte veni, tecumque feras quicunque ſapores,
Quicunque & cantus corpora feſſa levant.
Neu juvenem torque, metuit qui fata puellæ,
Votaque pro domina vix numeranda facit.
Interdum vovet: interdum, quod langueat illa,
Dicet in æternos aſpera verba Deos.
Pone metum Cherinte. Deus non lædit amantes.
Tu modo ſemper ama. ſalva puella tibi eſt.
Nil opus eſt fletu: lacrymis erit aptius uti,
Si quando fuerit triſtior illa tibi.
At nunc tota tua eſt, te ſolum candida ſecum
Cogitat, & fruſtra credula turba ſedet.
Phœbe fave: laus magna tibi tribuetur, in uno
Corpore ſervato reſtituiſſe duos.
Jam celeber, jam lætus eris, cum debita reddet
Certatim ſanctis lætus uterque focis.
Tunc te felicem dicet pia turba Deorum:
Optabunt artes & ſibi quiſque tuas.

AD

J. SCALIGER.

Tecumque feras quicunque ſapores) Sapores, χυλοί. Græco more dixit Et Plinius de papavere: *E nigro papavere ſapor gignitur ſcapo inciſo, ut Diagoras ſuadet, quum turgeſcit: ut Jolas, quum defloreſcit, hora diei ſereni, hoc eſt quum ros in eo exaruerit.* Hæc Plinius, qui poſtea ſuccum vocat, malo exemplo, quum aliud ſit χυλὸς, aliud ὀπός. Nam male vocavit ſaporem, quam lacrimam dicere debebat. Sapor enim vel χυλὸς fit expreſſione, non autem ſponte manat.

VARIORUM.

Ne macies.) Vet. Cod' *Nec.* Douſa P.

AD CERINTUM. V.

Qui mihi te, Cerinte, dies dedit, hic mihi ſanctus,
Atque inter feſtos ſemper habendus erit.
Te naſcente novum Parcæ cecinere puellis
Servitium, & dederunt regna ſuperba tibi.
Uror ego ante alias, juvat hoc, Cerinte, quod uror,
Si tibi de nobis mutuus ignis adeſt.
Mutuus adſit amor, tua per dulciſſima furta,
Perque tuos oculos, per Geniumque rogo.
Magne Geni, cape thura libens votiſque faveto,
Si modo, cum de me cogitat, ille calet.
Quod ſi forte alios jam nunc ſuſpirat amores,
Tunc precor infidos ſancte relinque focos.
Nec tu ſis injuſta Venus. vel ſerviat æque
Vinctus uterque tibi vel mea vincla leva:
Sed potius valida teneamur uterque catena.
Nulla queat: poſthac quam ſoluiſſe dies.
Optat idem juvenis; quod nos, ſed tutius optat,
Nam pudet hæc illum dicere verba palam.
At tu natalis quoniam Deus omnia ſentis,
Annue, quid refert: clamne, palamne roget?

AD

J. SCALIGER.

Eſt quis te Cerinthe) Scribe, ut in optima membrana. *Qui mihi te, Cerinthe.*

Mane Geni) Scribe, *magne Geni* --

Quum de me cogitat ille calet) Propius veritatem accedunt editiones, quæ habent, *valet.* Nam ex veteri libro legendum *volet.* Si modo, inquit, idem amor urit illum, qui me. Infra.

Ah ego non aliter triſtes evincere morbos
Optarim, quam te ſi quoq; velle putem.

Hoc eſt ſi te pari igne uri putem.

Quid refert clamne palamve roget) Supra indicavimus ſuperſtitionem veterum in votis tacite concipiendis. Apulejus: *Tacitas preces in templo Deis allegaſti. igitur magus es. aut cur optaſti?*

VARIORUM.

Magne Geni.) in MS. *Alme Geni* Douſa P.

At tu natalis, &c.) Natali die celebrabatur & colebatur genius, ut ex illa Perſiana cæſura, Sat. II. planum eſt, *Funde merum genio:* Colebatur autem a viris: Hi enim genium habere cenſebantur, non a fœminis; deuſque natalis vocabatur. dictus etiam fuit Deus naturæ. *Turneb.*

Ubi

AD JUNONEM. VI.

Natalis Juno ſanctos cape thuris acervos,
  Quos tibi dat tenera docta puella manu,
Tota tibi eſt hodie, tibi ſe lætiſſima comſit,
  Staret ut ante tuos conſpicienda focos.
Illa quidem ornandi cauſſas tibi, Diva, relegat,
  Eſt tamen occulte cui placuiſſe velit,
At tu ſancta fave, ne quis divellat amantes,
  Sed juveni quæſo mutua vincla para.
Sic bene compones. ulli non ille puellæ
  Servire, aut cuiquam dignior illa viro.
Nec poſſit cupidos vigilans deprendere cuſtos,
  Fallendique vias mille miniſtret Amor.
Annue, purpureaque veni perlucida palla.
  Ter tibi ſit libo, ter Dea caſta mero.
Præcipit & gnatæ mater ſtudioſa, quod optat ?
  Illa aliud tacita jam ſibi mente rogat.
Uritur, ut celeres urunt altaria flamæ:
  Nec, liceat quamvis, ſana fuiſſe velit.

Sic

J. SCALIGER.

Ulli non ille puellæ) Libri noſtri *ulla* ἀρχαϊκῶς.

Ter tibi ſit libo) Varro: *Hiſce manibus lacte fit non vino.*

Illa aliud tacita jam ſibi) Lege auctore optima ſcriptura, JAM SUA. Jam ſui juris, non ex præſcripto matris. Pendet hoc ex eadem ſtulta religione votorum tacite concipiendorum.

VARIORUM.

Tota tibi) *Lota tua* puto. *Livin.* Ita & Fruterius *lota tibi eſt.* Sed recte nihil contra MSS. cod. mutandum cenſet. *Gebhardus.*

At tu ſancta fave, &c.) Rite preces hæ conceptæ, atque ex dignitate. Etenim & cubili & connubiis præpoſita antiquitus Juno, unde & Jugæ cognomento ornata merito. *Douſa P.*

Præcipit & nata.) ex decreto Aurati mei reſtituendum *Præcipiet nata.*

Jam ſua mẽte rogat) *ſua* repoſui pro *ſibi*, ex præſcripto Chirographi exẽplaris. h. e. αὐτόνομος, ac juris jam ſui facta per ætatem, quia ex magiſterio matris exceſſit modo. *Douſa P.*

Sit juveni grata, ac veniet cum proximus annus,
  Hic idem votis jam vetus adſit amor.

SULPICIA LOQUITUR. VII.

TAndem venit amor, qualem texiſſe pudore
  Quam nudaſſe alicui, ſit mihi fama magis.
Exorata meis illum Cytherea Camenis
  Attulit, in noſtrum depoſuitque ſinum.
Exſolvit promiſſa Venus. mea gaudia narret?
  Dicetur ſi quis non habuiſſe ſuam.
Non ego ſignatis quidquam mandare tabellis,
  Ne legat id nemo, quam meus, ante velim:

Sed

J SCALIGER.

Sit juveni grata adveniet) In libris noſtris VENIET. Lege igitur:

Sic juveni grata, veniet quum proximus annus.

Grata hoc eſt grata re, quod non intelligebant Correctores.

Hic idem votis jam vetus adſit amor] Liber infimæ vetuſtatis ESSET AMOR. Quod retinendum eſt. Jam inquit, votis proximum annum invocat, ut iſte jam vetus eſſe videatur. Si vota ſpectes, quæ faciunt, jam putes eos plurimos annos amare. jam vetus videtur eorum amor. Eorum enim votorum feſtinatione videntur properare anni. Sic Petronius -- *votis abſentem interficit hoſtem.* & Oedipus ille apud Sophoclem:

-- ἐγὼ ὅδ' εὐθύδε
ἄψαυστος ἔγχους. εἴ τι μὴ 'μῷ πόθῳ
κατέφθιτο· --

Niſi, inquit, votis ipſum interfeci. niſi imprecatione mea mors illi properata ſit

Dicetur ſi quis non habuiſſe ſuam) vetus liber, *ſua*, hoc eſt gaudia. Utro modo legas parum intereſt. *Mea gaudia*, τὰ μοὶ παιδικά, meos amores. Val. Cato i Diris.

Invideo vobis agri, mea gaudia habetis.

Ne legat id nemo) Duæ negationes pro una. Propertius:

Abſenti nemo non nocuiſſe velit.

VARIORUM.

Sic juveni grata) Liber ſcriptus.

Sit juveni grata; ac veniet cum proximus annus.

Douſa P.

Habuiſſe ſuum) *ſuam* legendum videtur, niſi *ſua* malis. *Suā* vocat amicā. Propert. III El. 7: *Me doceat livor mecum habuiſſe meam.* N. Heinſius ad Ovid. Remed. amoris.

Ne legat id nemo, quam meus ante velim.) Ille poëta, in quo ſincerus eſſe videtur & ingenuus Latini ſermoni ſapor, nullo peregrino vitiatus ſucco, amore tamen rituque Græcorum duas negationes unius vice quibuſdam videre poſuiſſe, ita ſcribens; *non ego ſignatis, &c.* ut ſit, ne legat id quiſquam: poterit tamen exponi, ut legat id aliquis antequam meus. *Turneb.*

Valens

Sed peccaſſe juvat: vultus componere famæ
Tædet, cum digno digna fuiſſe ferar.

AD MESSALAM VIII.

INviſus natalis adeſt, qui rure moleſto,
Et ſine Cerinto triſtis agendus erit.

Dulcius

J. SCALIGER.

Vultus componere) Proverbium eſt, πλάττειν πρόσωπον.

Inviſus natalis adeſt] Meſſala amavit Sulpitiam. Hæc eſt, ni fallor, quam Meſſala carminibus ſuis celebravit. de qua Virgilius in Proluſionibus ſcribens ad Meſſalam ipſum:

Certatim ornabant omnes Heroida Divæ.
Certatim Diva munere quæque ſuo.
Felicem ante alias tanto ſcriptore puellam.

Nunc Meſſala eam rus ad natalem ſuum celebrandum invitat in agro Eretino. Illam piget eo ire, quia relinquendus eſſet Cerinthus, ſine quo omnes epulas inſuaves, omne ſolenne feſtum nefaſtum putat.

VARIORUM.

Sed peccaſſe juvat, vultus componere famæ Tædet.) Hoc eſt, oris & faciei habitum ad Patavinam illam ſtolæ ſuperciliique matronalis ſeveritatem componere ac conformare, ne forte in vulgus diſpaleſcat audax amoris hoc facinus, vultus mei hilaritate proditum ſcilicet. Idque ex Ovidianæ diſciplinæ, quam idem amoribus ſuis præſcribit, formula maxime ita habentis ſeſe:

Indue cum tunicis metuentem crimina vultum,
Et pudor obſcœnum diffiteatur opus.
Da populo, da verba mihi, &c.

At Sulpitia hoc diſſimulationis genere nihil apud Populum Romanum ſibi opus eſſe gloriatur. Cur ita? quod Pervigilium cum Cerintho amaſio ſuo furtim celebratum, haud veniam modo, ſed & laudem apud Coryphæos ac conſcios (qui quidem non iniquos nimium harum rerum Cenſores præſtare voluerint ſeſe.) potius commeriturum perſuadet ſibi: quippe auctore tam digno culpam in ſe admiſſam facile ſe redemturam confidens. Ait enim;

Cum digno digna fuiſſe ferar.) Ubi rem molliculam & parum ſeveram probiſſimæ locutionis periphraſi circumſcriptam, & quaſi honeſtatis involucro obnuptam velatamque videmus; id quod Poëtis non inſolens. ut nec Ovidio, quum ſcribit: *Crede mihi, mecum non ſemel illa fuit.* Douſa P.

Dulcius urbe quid eſt: an villa ſit apta puellis,
Atque Eretino frigidus amnis agro?
Jam nimium Meſſalla mei ſtudioſe quieſcas,
Non tempeſtivæ ſæpe propinque viæ.
Hic animum, ſenſuſque meos abducta relinquo,
Arbitrio quamvis non ſinis eſſe meo.

J. SCALIGER.

An villa ſit apta puellis] Noſtri libri, *puella*.& ſane de ſe non de aliis loquitur.

Atque Aretino] Aſſentior doctis hominibus, qui *Eretino* legunt, quia Aretium nimis longinquum eſſet, quam ut puella ab urbe eo animi cauſſa deducenda eſſet. Eretum vicinum Trebulæ, ut teſtatur Strabo. Meminit Virgilius: *Ereti manus omnis*. Totus autem ille tractus gelidiſſimus, ut pote intra montes porrectus Martialis:

Humida qua gelidas ſubmittit Trebula valles,
Et viridis Cancri menſibus alget ager.

Puella igitur conqueritur ſe in frigidiſſimum agrum abduci, &c, quod familiam ducit, ſine Cerintho ſuo. Ineptum vero putare hic *amnis* legendum eſſe, quum amnis quantumvis frigidus nihil nocere poſſit. ineptius vero aquas vicinas frigidas hic putari innui, quod video quibuſdam placere. quas aquas λάβανα ὕδατα codex vulgatus Strabonis vocat, quum legendum ſit, ἄλβουλα ὕδατα. ſed ſine dubio legendum *frigidus annus*, non *amnis*, Conqueritur ſe divelli a Cerintho tempore anni inclementiſſimo in agrum frigidiſſimum. Ita loquuntur veteres, ut Plancus Ciceroni, *Copias tempore anni eduxi*. Græcum eſt, ὥρας ἔτους. Sane hæc eſt vera lectio, quam hic propoſuimus. An inquit, opportune hiems tranſigetur frigidiſſimo agro? Vide quas difficultates proponit, hiemem, agrum frigidum, puellam ſe urbe carere, abeſſe a Cerintho.

Jam nimium Meſſala) Noli nocere, dum juvare putas. hoc eſt enim, *nimium ſtudioſe*.

Non tempeſtiva) Qui ſæpe te accingis itineri intempeſtivo. Eſt enim anni tempus aſperrimum. Quare hæc confirmant emendationem noſtram, *frigidus annus*, pro *frigidus amnis*.

Hic animum) Quanvis alio abducta, tamen Romæ, ubi Cerinthus eſt, animum, ſenſuſque meos relinquo. quanvis tu arbitrio meo non ſinis eſſe Romæ. vel, quanvis non ſinis me eſſe arbitrii mei. quod melius eſt. Eſt autem molliſſimum, ac delicatiſſimum epigramma, & Tibulli Muſa digniſſimum. Et, niſi fallit me judicium meum, hactenus ejus ſententia obſcura fuerat.

VARIORUM.

Jam nimium &c.) Detegendus hoc loco Criniti error, qui Epigrammatium iſtud, non ex Sulpitiæ, verum ex Tibulli ipſius perſona ſcriptum inſcitiſſime perſuaſus, Meſſalam a Tibullo, *ſui ſtudioſum*, perhiberi, in vita Poëtæ ejus palam prodere memoriæque mandare non dubitavit: a præpoſtera exempli ſupradicti inveſtigatione in manifeſtariam fraudem inductus ſcilicet. *Douſa P.*

Arbitrio quamvis.) Vet. cod. *quoniam* oſtentat. *Douſa P.*

DE NATALI DIE IX.

SCis iter ex animo ſublatum triſte puellæ,
Natali Romæ jam licet eſſe tuo.
Omnibus ille dies nobis natalis agatur,
Qui nec opinanti nunc tibi forte venit.

AD SVLPICIAM X.

GRatũ eſt, ſecurus multũ quod jam mihi de me
Permittis ſubito, ne male inepta cadam.
Sit tibi cura togæ potior, preſſumque quaſillo
Scortum, quam Servi filia Sulpicia.

Solli-

J. SCALIGER.

Scis iter ex animo) Hæc verbis ſuis Tibullus ad Meſſalam. Scis, inquit, Sulpitiam a profectione illa in agrum tuum deſtitiſſe. Quare quum illa obfirmarit ſe non ituram, nos ſine illa natalem tuum celebremus.

Natali Roma non ſinit eſſe ſuo) Diu eſt, quum hic verſus corruptus eſt. Ita enim codex infimæ vetuſtatis habet. At optimus ille longe aliter:

Natali Roma jam licet eſſe tuo.

Jam, inquit, illi licet eſſe Romæ, dum tu celebras natalem tuum rure. Suſtulit enim iter ex animo. Hoc eſt decrevit non ire. Sane abſque illa optima membrana nullus verus ſenſus ex hoc epigrammatio elici poterat.

Gratum eſt ſecurus) Gratum eſt, inquit, o Cerinthe, quod tam libere fateris te ſecurum eſſe, ne in te peccem turpi adulterio. Apage cum tua illa ſecuritate, dignus non ingenuo amore, ſed aliquo proſtibulo, aut quaſillaria muliere. Satis ſollicite obſervant me rivales tui, & diligenter ac curioſe cavent, ne id flagitium committam: quos illa pudicitia mea, quæ facit, ut ne alii viro ſuccumbam, acriter urit. vellent enim & ſibi morigera eſſem, & facerem id, quod tu te tam ſecure ais negligere, quum ais te non vehementer curare, ne male inepta cadam, hoc eſt, ne peccem alio viro. Hæc, quia obſcura erant, fuſius a me contra morem meum explicata ſunt. Non enim ſatis ea vulgus aſſequebatur. imo Sibyllæ folium illis erat hoc poëmatium acutiſſimi argumenti.

Sit tibi cura togæ potior) Togatam, & quaſillariam ancillam ſimul conjungit, ut Horatius:

-- bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare, malum eſt, ubicunque (quid inter --
Eſt?) in matrona, ancilla, peccesve togata.

Ita legendus locus ille apud Horatium: qui vulgo male ab interpunctionibus laborat, Deprehenſas quoque in adulterio in toga traduci notius eſt, quam ut repeti debeat. Sed Iſidorus ſcribit in amiculo lineo, in toga.

Preſſumque quaſillo) Intelligit, ut dixi, ancillam quaſillariam. Petronius: *Nec contenta mulier tam gravi injuria mea, convocat omnes quaſillarias, familiæque ſordidiſſimam partem.* Juvenalis:
Horrida quale facit reſidens in codice pellex
Quaſillariã intelligit. In Gloſſario: *Quaſillarius*, φιλοποιός. Lege, *Quaſillaria*, ψιλοποιός. *Amphitapa* ſunt villoſa

gauſapia

Sollicitiſunt pro nobis, quibus illa dolori eſt,
Nec credam ignoto maxima cura toro.

AD CERINTUM. XI.

EStne tibi Cerinte tuæ placiture puellæ
Qui mea nunc vexat corpora feſſa calor?
Ah ego non aliter triſtes evincere morbos
Optarim,quam te ſic quoque velle putem.

Nam

gauſapia : Pſilæ, belluata tapetia ſine villis, quorum tapetiorum opifices in quaſillis repoſitos habent lanarum diſcolorium glomos multos;a quibus quaſillis nomen illis. Apud Iſidorum: *Sipla, Tapeta ex una parte villoſa, quaſi ſimpla*. Inepte *Sipla* pro *Pſila*. In Gloſſis: ψιλὸν, *Tenue, Babylonicum*.

Solliciti ſunt pro nobis) Fingit alios amatores ſibi eſſe, quibus dolet, quod uni Cerintho addicta ſit. fingit, inquam, ut jam tepentem pueri amorem accendat. Quod ſane non poteſt dici, quam venuſte ab erudito poëta commentū ſit.

Maxima cura) Repone. ut libri, & primæ editiones habent, MAXIMA CAUSSA. Cauſſa ne credat ignoro toro eſt amor, quo unicum Cerinthum complectitur, fides quam integram illi uni ſervat. ignotum torum, quemvis alium, cui ſuccumbat, intelligit.

Eſtne tibi Cerinthe) Male cum aſpiratione prima ſyllaba hujus nominis ſcribitur. eſt enim Κήρινθος. Hujus etiam formoſi meminit Horatius Sermonum primo, Satyra ſecunda. Pendet autem hoc epigramma a præcedente. Verum enim eſt illud: *Amantium iræ amoris redintegratio eſt*. Sulpitia volens amorem ſuum diſſimulare, Cerinthum a ſe cum illa reſponſione, quam ſuperius vidimus, amolita eſt. Nunc amoris impotentia incidit in morbum, & fatetur adoleſcenti ſe non alia via poſſe malo mederi, quam ſi ſentiat illum amore ſui mutuo uri. Denique aperte fatetur ſe nihil tota vita ſua ſtultius feciſſe, quam quod illum deſeruit, ſtudio ardorem ſuum diſſimulandi.

VARIORUM.

Solliciti ſunt pro nobis, quibus illa dolori eſt) Hoc eſt, amici omnes, & benevoli mihi, *quibus illa dolori eſt*. i. e. quibus mehercule ex animo dolet, *ſcortillum illud quaſillo preſſum* tibi in amoribus & delitiis eſſe, mirifice de nobis anxii ſunt, ac ſolliciti, *ne credam ignoto maxima cura thoro*. hoc eſt, ne quæ tamquam legitima conjunx, & (quod rei caput eſt,) Servii illius Sulpitii, Oratoris magni filia, maximæ curæ ac cordi merito utique eſſe debebam tibi; poſt habear nunc ancillulæ vili pellicique ignobili (hoc enim eſt, *ignoto thoro*) herilibuſque penſis ac iniquis quaſillis ad robuſtum codicem adfixa, quaſi cum Petronio *quaſillariam* dicas. Apertam vero ironiam eſſe facile ex præcedentibus colligere licet. *Douſa P.*

Calor.) Calor non proletario intellectu hic poſitus eſt. Etenim, *Febris*, ex re nomini ſuo reſpondens, hoc eſt, æſtuoſa ac fervens notatur: quam ſignificantiſſima *Caloris* adpellatione inſignibant veteres, Varronis ſeculo non ignota. Item Juvenalis ſcribentis. ---
Sentire calorem ſi capit, &c. Sed hoc Noniano teſtimonio firmandum, exemplo nos impartientis hujuſmodi. *Febris propriatatem habet a fervitate morbi, vel mali, ut a calendo Calorem, vel Caldorem. Var. Andabatis: Aperiendum putat idque alterum appellamus a calendo Calorem, alterum a Fervore Febrim.* Douſa P.

Nam

Nam mihi quid proſit morbos evincere? ubi tu
Noſtra potes lento pectore ferre mala?

AD EUNDEM. XII.

NE tibi ſim, mea lux, æque tam fervida cura,
Ut videor paucos ante fuiſſe dies;
Si quidquam tota commiſi ſtulta juventa,
Cujus me fatear pænituiſſe magis,
Heſterna quàm te ſolum quod nocte reliqui,
Ardorem cupiens diſſimulare meum?

AD AMICAM. XIII.

NUlla tuum nobis ſubducet femina lectum,
Hoc primũ juncta eſt fœdere noſtra Venus.
Tu mihi ſola places, nec jam te præter in urbe
Formoſa eſt oculis ulla puella meis.
Atque utinam poſſes uni mihi bella videri.
Diſpliceas aliis; ſic ego tutus ero.

Nil

J. SCALIGER.

Nam mihi quid proſit) Noſtri codices: *Ah mihi quid proſis morbos evincere?*

Quid tu) Corruptus locus. Nam legendum *quod tu*.

Ah mihi quid proſit morbos evincere, quod tu
Noſtra potes lento pectore ferre mala?

Nam libri illi habebant *lento*. Quid prodeſt morbo occurrere, quandoquidem ſecurus es noſtri mali?

Ne tibi ſim mea lux) Jurat. Optat ſibi evenire contrarium voto ſuo, ni pœnitet ſe, quod eum pridie reliquiſſet. Votum eſt, ut ab eo tam fervide ametur, quam paulo ante amata fuerat. Ne inquit, ita amer a te, ut ante hos dies amabar, ni ſtulte feci, quod te reliqui volens ignem meum diſſimulare.

Heſterna quod te ſolum) Innuit ea, quæ ſuperiore epigrammate dicta ſunt. Scio hęc antea plebi Grammaticorum, & fortaſſe proceribus Criticis ignorata fuiſſe.

Nulla tuum titulis) Neſcio unde illud *Titulis* conflaverunt correctores iſti. Libri enim noſtri habent, *nobis*. & recte. ſententia plana eſt. Ita autem loquitur Propertius:

Nec mihi rivalis certos ſubducet amores.

Hoc primum juncta eſt fœdere noſtra Venus) Hoc eſt,

τοιοῦτον ἔρωτα τὴν ἀρχὴν ἐσπεισάμεθα.

Tu mihi) TU MODO Liber noſter

VARIORUM.

Ne tibi.) Alterius eſſe Epigrammatis exordium videtur, ejuſdem amatricis nomine ad Cerinthum perſcripti. *Douſa P.*

Nil opus invidia eſt. procul abſit gloria vulgi,
Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu.
Sic ego ſecretis poſſum bene vivere ſilvis,
Qua nulla humano ſit via trita pede.
Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra
Lumen & in ſolis tu mihi turba locis.
Nunc licet e cælo mittatur amica Tibullo,
Mittetur fruſtra, deficietque Venus.
Hæc tibi ſancta tuæ Junonis numina juro,
Quæ ſola ante alios eſt mihi magna Deos.
Quid facio demens heu, cui mea pignora credo?
Juravi ſtulte: proderat iſte timor,

Nunc

J. SCALIGER.

Quæ ſola ante alios eſt tibi magna) Inepte TIBI. Lege MIHI. ut habent libri noſtri. Juno Genius feminarum. Ait ergo genium puellæ ſuæ ſibi omnium Deorum eſſe maximum. Notum eſt feminas jurare ſolere: Junonem meam iratam habeam.

Heu cui mea pignora credo) Inepta lectio, quum libri noſtri habeant:

Quid facio demens? heu heu mea pignora cedo.

De concidendis pignoribus eorum, qui illis capitis abſentes coërcebantur, Cicero ſcribit de oratore. Profecto dementem eſſe oportet, qui ſua ſibi pignora concidat. Proverbium non notatum, *ſua pignora cedere.* Referendum ergo ad illud vetuſtiſſimum jus Romanum.

Prodeat iſte timor) Hæc quoque lectio quam inepta eſt? Veteres noſtri libri, *proderat.* una litera mutata lege, *proderit.* Ah quid juravi. iſte timor tibi magis proderit. quomodo? ſubjicit: *Nunc tu fortis eris: nunc tu me audacius ures.* At ii, qui putant ſe plurimum Tibullum juviſſe, quod ex *prodeat* faciunt *proderat*, & ea pompa nimium quantum venditantur, quam bene hoc modo huic loco caverint, ipſi viderint. Nam ne tunc quidem conſtabit ſententia. Nam quare diceret ſe pœnituiſſe quod juraverit, ſi illud jusjurandum proderat? Contraria plane hæc, & pugnantia.

VARIORUM.

Procul abſit gloria vulgi.) *Gloriam* pro gloriatione dictam accipio, quomodo & apud Propertium. *Diſperеam ſi quidquam aliud quam gloria de te Quaritur.* Hinc & *gloriarum* plenus de homine jactabundo Comicis frequens. *Douſa F.*

Hæc tibi ſancta &c.) jurabant enim fœminæ per Junonem. apud Petron. Arbitrum. *Junonem meam iratam habeam, ſi me unquam meminerim virginem fuiſſe.* apud eundem: *Et per Junonem Dominæ jurante miniſtro.* Alcmena Amphitruone.

Per ſupremi Regis regnum juro & matrem familias
Junonem, quam me vereri & metuere eſt par maxime.

Livin.

Sed

Nunc tu fortis eris: nunc tu me audacius ures:
Hoc peperit miſero garrula lingua malum.
Jam faciam quodcunq; voles: tuus uſque manebo,
Nec fugiam notæ ſervitium dominæ:
Sed Veneris ſanctæ conſidam vinctus ad aras:
Hæc notat injuſtos, ſupplicibuſque favet.

DE INFAMIA SUÆ PUELLÆ XIV.

Rumor ait crebro noſtram peccare puellam.
Nunc ego me ſurdis auribus eſſe velim.
Crimina non hæc ſunt noſtro ſine ficta dolore,
Quid miſerum torques rumor acerbe? tace.

DOMI-

J. SCALIGER.

Sed Veneris ſancta conſidam vinctus ad aras) Perſiſtit ἐν κυριολογίᾳ. Nam quia ſervum ſe dominæ ſuæ dicit, illius quidem ſe mancipium profitebitur, ſed quia domina in ſe nimium ſævit, confugiet ad aram Veneris, ut ejus ſævitiam vitet. Nam duo perfugia habebant ſervi, aram, & deprecatorem. Unde illud: *Nec hic tibi aliquam aram, aut deprecatorē paraveris.* De ara habes exempla apud comicos, & in jure de ſervis ad ſtatuas confugientibus. Euripides Andromach:

– ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν
Δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν –

Deprecatorum autem mentio apud Terentium Phormione, qui precatorem vocat. *Nunc ad precatorem adeam, qui mihi ſic oret,* &c. Meminit & Juriſconſultus de Ædilitio Edicto L. XVII. & L. Bovem. Eleganter ergo hæc Tibullus.

Hæc notat injuſtos ſupplicibuſque favet) Eadem ſententia alibi:

Blanditiis vult eſſe locum Venus ipſa querelis,
Supplicibus miſeris flentibus illa favet.

Crimina non hæc ſunt noſtro ſine ficta dolore) Et Propertius:

Quid mihi deſidiæ non ceſſas fingere crimen.

Tamen libri noſtri habebant *facta*, non *ficta*.

DOMITII MARSI DE TIBULLI MORTE.

TE quoque Virgilio comitem non æqua Tibulle
Mors juvenem campos miſit ad Elyſios:
Ne foret, aut elegis molleis qui fleret amores,
Aut caneret forti regia bella pede.

J. SCALIGER.

Te quoque Virgilio comitem] In pervetuſto illo ſchedio Titulus huic epigrammatio erat, DOMITI MARSI. Quare hoc illi debemus, quod ejus ope poema ſuo auctori aſſeruerimus. Nam ſine illo fieri non poterat. Eſt autem ex quadam Marſi Elegia depromptum, ut apparet, in qua bonorum poëtarum mortem defleret.

Non æqua) Quia Virgilium ſenem, te juvenem abſtulit. Ex quo docemur uno tempore Virgilium, & Tibullum obiiſſe.

HÆC DUO EPIGRAMMATA

Quæ in Priapeis leguntur, Viri Docti

TIBULLO

ADSCRIBUNT.

Tibullus ad Priapum.

VIllicus ærari quondam, nunc cultor agelli,
Hæc tibi Perſpectus templa Priape dico.
Pro quibus officiis, ſi fas eſt, ſancte paciſcor,
Aſſiduus cuſtos ruris ut eſſe velis:
Improbus ut ſi quis noſtrum violarit agellum:
Hunc tu, ſed taceo: ſcis puto, quod ſequitur.

Villicus ærari) Quidam nomine Perſpectus, qui ærarii dominici primum cuſtos hoc eſt diſpenſator, poſtea ruſticationi operam dabat, hoc Epigramma. fecit Priapo. Quod nomine Tibulli in antiquis Tibulli codicibus inveniri, & alii in editionibus ſuis admonuerant, & nos inter opera Tibulliana in optima ſcheda reperimus. Dicunt tamen nonnulli repertum in agro Patavino literis vetuſtate pene conſumtis. Quod tamen non inpedit, quin Tibulli eſſe poſſit. Primus verſus diverſe concipitur in editionibus, ſed, quam dedimus vera eſt lectio. *Villicus* enim eſt cuſtos. Juvenalis:

Pegaſus Attonitæ poſitus modo villicus urbi.

Joſ. Scalig. in Priap.

Ejuſdem ad Priapum.

QUid hoc novi eſt? quid ira nuntiat Deum?
Silente nocte candidus mihi puer Te-

Tepente cum jaceret abditus ſinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners ſenile penis extulit caput.
Placet Priape? qui ſub arboris coma
Soles ſacrum revincte pampino caput
Ruber ſedere cum rubente faſcino.
At o Tripalle ſæpe floribus novis
Tuas ſine arte deligavimus comas,
Abegimuſque voce ſæpe, cum tibi
Senexve corvus, impigerve graculus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefande deſtitutor inguinum,

Vale

VARIORUM.

Placet Priape?) Credo eſſe querimoniam Poëtæ cum Priapo, non Priapo, de inſolito ſiculæ ſuæ languore, vel potius (cum Petronio dicam) nervorum paralyſi jocoſe expoſtulantis, quaſi diceret. Quantum mutatus ab illo Hectore, qui corona pampinea caput redimitus, ruberque & valens cum indomito ac rubente faſcino ſub arborum umbris ſedere continenter es ſolitus,! hoccine, o Priape placet vel æquum videtur tibi, ut, quo propitio adeo uſque adhuc, atque ex libidine ipſius mea uſus ſum ſemper; nunc, quum vel maxime uſus erat, partem mei, hoc eſt, rem communem indigniſſime, alieniſſimoque tempore mollis, debilis, fractus repente deſereres, ac deſtitueres, quaſi caballus in clivo? Hoc de te merui inquam, ut in primis ætatis fretis juvenanti, ſenectæ, & extremę laſſitudinem imponeres mihi? *Douſa P.*

Ruber, &c.) Petronius dixit, *Scorteum faſcinum*, id eſt, rubrum penem coriaceum, ut Suidas exſertim tradit voce φαλλοί. Indubie eum in modum effictum membrum illud, ut ſic ad veritatem utcunque accederet Nec aliter Priapi ſimulacra figurari conſueviſſe, indicio eſſe poteſt toties repetita ejus mentio, Catullus:

Sedet revinctus cum rubenti faſcino.

In Carm. Priap.

Rubro Priape furibus minare mutino.

Confecti ex varia materie varios in uſus olim Phalli ex ligno, *ficu* potiſſimum, qui *ficulnei* ſæpius adpellati, ex *ebore*, ex *auro*, ex *ſerico* & ex *lineo panno*. quibus Lesbiæ tribades abutebantur. Item ex *vitro*. qui *Phallovitroboli*, aut *Phallovitrobeli* Capitolino, ſi mendax ſcriptura non eſt, dicuntur. Erant videlicet vitrea pocula in obſcœnam pudendi figuram effigiata. Unde Juvenalis Sat. II. -- -- *vitreo bibit ille Priapo.* Ubi Scholiaſtes: *In vitreum penem, quos adpellant Drillopotas* Pocillatorum icunculas, manibus illos Priapos extollentium, Pignorius Opere de Servis exhibet. Ceterum non ſolum per obſcœnitates bibebant, ut ait Plinius; immo ipſas edebāt obſcœnitates. Placentarum namque genus habuere in deliciis, pudendi quoque virilis ſpeciem omnino referentium, & *Siliginei* vocabantur *Priapi*. Sic Mart. edocet Epigr LXIX. lib. XIV. item placentæ fuere aliæ in muliebria inguina. *Gonſalius de Salas.*

Canis

Vale Priape: debeo tibi nihil.
Jacebis inter arva ſqualidus ſitu.
Caniſque ſcæva, ſuſque ligneo tibi
Lutoſus adfricabit oblitum latus.
Sceleſte penis, ö meum malum grave,
Gravi piaque lege noxiam lues,
Licet querare: nec tibi tener puer
Patebit ullus, imminente qui toro
Juvante verſet arte mobilem natem.
Puella nec jocoſa te levi manu
Fovebit, apprimetve lucidum femur.
Bidens amica Romuli ſenis memor
Paratur: inter atra cujus inguina
Latet jacente pantice abditus ſpecus,
Vagaque pelle tectus annuo gelu
Araneoſus obſidet fores ſitus.
Tibi hæc paratur, ut tuum ter, aut quater
Voret profunda foſſa lubricum caput.
Licebit æger angue lentior cubes,
Tereris uſque, donec ah miſer, miſer

Tri-

VARIORUM.

Caniſque ſæv s.) Placet ut in locum *&* *ſæva*, *ſcæva* inducatur? interpretatione a Paulo petita ita apud Feſtum verbum iſtud definiente: *Scæva res dicitur, mala quaſi ſiniſtra. σκαιὸν enim Græce ſiniſtrum dicitur.* Huc adde, quæ de *canina ſcæva*, tam apud Plautum quam Varronem lectitantur. Bene autem Epithetum *ligneo*, Priapo accommodat, quippe qui de ficu fere, ulmo, aut populo agreſti falce dolatus ſpectaretur, vel certe μεταφορικῶς accipiendum, quomodo Catulli illud:

Et cum conjuge lignea parentis.

de ea quæ corpus exſuccum penitus, imo laternæ cornu ſiccius, aut ſi quid magis aridum eſt, haberet. *Douſa P.*

Bidens amica.) *Bidentem amicam* vocitat, non quæ duos (id quod de ovibus dici ſolet) annos haberet modo, ſed quæ binos non amplius dentes in mortariolis, hoc eſt in exarmatis ploxemi veteris gingivis ſuperſtites retinuiſſet ſibi. *Douſa R.*

Araneoſus.) Feſtive quoque ejus barathri *fores araneoſum ſitum obſidere* cavillatur. quo loquendi genere uſus & Catullus, ubi inquit:

Vel pene languido ſenis, ſituque araneoſo.

Eodem referri etiam poterit non incommode Martialis illud?

Et araneorum caſſibus pares mammas.

Idem

Cinthia

Triplexque, quadruplexque compleas ſpecum.
Superbia iſta proderit nihil, ſimul
Vagum ſonante merſeris caput luto.
Quid eſt iners? pigetne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas ſemel:
Sed ille cum redibit aureus puer,
Simul ſonante ſenſeris iter pede:
Repente nervus excitet libidinem
Et inquietus inguina arrigat tumor;
Neque incitare ceſſet, uſque dum mihi
Venus jocoſa molle ruperit latus.

P. OVID. NASONIS DE MORTE TIBULLI.

MEmnona ſi mater, mater ploravit Achillem,
Et tangunt magnas triſtia fata Deas,
Flebilis indignos Elegeia ſolve capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.
Ille tui vates operis, tua fama Tibullus
Ardet in extructo corpus inane rogo.
Ecce puer Veneris fert everſamque pharetram,
Et fractos arcus, & ſine luce facem.
Adſpice, demiſſis ut eat miſerabilis alis,
Pectoraque infeſta fundat aperta manu.
Excipiunt lacrymas ſparſi per colla capilli,
Oraque ſingultu concutiente ſonant.
Fratris in Æneæ ſic illum funere dicunt
Egreſſum tectis pulcer Jule tuis.
Nec minus eſt confuſa Venus moriente Tibullo,
Quam juveni rupit cum ferus inguen aper.

At ſacri vates, & Divum cura vocamur:
  Sunt etiam, qui nos numen habere putent.
Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat,
  Omnibus obſcuras injicit illa manus.
Quid pater Iſmario, quid mater profuit Orpheo?
  Carmine quid victas obſtupuiſſe feras?
Et Linon in ſilvis idem pater edidit altis,
  Dicitur invicta concinuiſſe lyra.
Adſpice Mæonidem, a quo, ceu fonte perenni,
  Vatum Pieriis ora rigantur aquis.
Hunc quoq; ſumma dies nigro ſummerſit Averno:
  Effugiunt avidos carmina ſola rogos.
Durat opus vatum Trojani fama laboris,
  Tardaque nocturno tela retexta dolo.
Sic Nemeſis longum, ſic Delia nomen habebit,
  Altera cura recens, altera primus amor.
Quid nunc ſacra juvãt, quid nunc Ægyptia proſunt
  Siſtra, quid in vacuo ſecubuiſſe toro?
Cum rapiant mala fata bonos, ignoſcite faſſo,
  Sollicitor nullos eſſe putare Deos.
Vive pius: moriere pius: cole ſacra: colentem,
  Mox tamen a templis in ſua buſta trahet.
Carminibus confide bonis: jacet ecce Tibullus.
  Vix manet e toto parva quod urna capit.
Tene ſacer vates flamæ rapuere rogales?
  Pectoribus paſci nec timuere tuis?
Aurea ſanctorum potuiſſent templa Deorum
  Urere, quæ tantum ſuſtinuere nefas.
Avertit vultus Erycis quæ poſſidet arces.
  Sunt quoque qui lacrymas continuiſſe negent.

Sed

Sed tamen hoc melius, quam ſi Phæacia tellus
  Ignotum vili ſuppoſuiſſet humo.
Hic certe manibus fugientis preſſit ocellos
  Mater, & in cineres ultima dona tulit.
Hic ſoror in partem miſera cum matre doloris
  Venit, inornatas dilaniata comas.
Cumque tuis ſua junxerunt Nemeſiſque, priorque
  Oſcula, nec ſolos diſtituere rogos.
Delia diſcedens, felicius, inquit, amata
  Sum tibi: vixiſti, dum tuus ignis eram.
Cui Nemeſis,quid ait,tibi ſunt mea damna dolori?
  Me tenuit moriens deficiente manu.
Si tamen e nobis aliquid,niſi nomen & umbra
  Reſtat: in Elyſia valle Tibullus erit.
Obvius huic venies edera juvenilia cinctus
  Tempora cum Calvo docte Catulle tuo.
Tu quoque, ſi falſum eſt temerati crimen amici;
  Sanguinis, atque animæ prodige Galle tuæ.
His comes umbra tua eſt, ſi qua eſt modo corporis umbra,
  Auxiſti numeros culte Tibulle pios.
Oſſa quieta precor tuta requieſcite in urna,
  Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.

SEXTI PROPERTII ELEGIARUM

LIBER I.

ELEGIA I.

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.
Tum mihi conſtantis dejecit lumina faſtus,
Et caput impoſitis preſſit Amor pedibus,
Donec

J SCALIGER.

Cynthia prima) In pleriſque Val. Martialis mauuſcriptis exemplaribus in Apophoretis inſcribitur liber iſte, *Propertii Monobiblos.* ut appareat antiquiſſimam eſſe inſcriptionem illam. Libri quoque ſcripti eundem titulum præferunt. Et ſane verum eſt Monobibli appellationem antiquam eſſe. ſed toti operi Propertiano eam unàm fuiſſe, id vero falſum eſt. Propertius adhuc in amoris tirocinio primum librum emiſit, quem Monobiblon appellavit, quia ſingularis tantum liber eſſet, & non plures, ut Galli, & Varronis Atacini. Sic Juriſconſultorum ſingulares libros appellarunt Pandectarum conſarcinatores, ut Ulpiani de ſponſalibus, de officio præfecti urbi, &c. Pauli de pœnis militum. Hunc enim primum ſe tantum edidiſſe ipſemet teſtatur libro ſecundo, quum ſcribit:

Tu loqueris, quũ ſis jam noto fabula libro,
Et tua ſit toto Cynthia lecta foro?

Satis oſtendit ſingularem illum primum & ſcripſiſſe ſe & emiſiſſe. Quin & illa ſatis probant:

Vix unum potes infelix requieſcere menſem,
Et turpis de te jam liber alter erit.

Hinc inter primi editionem, & alterius ſcriptionem menſem intereſſe cognoſcimus. Satis etiam illo idem probamus:

Quæritis unde mihi toties ſcribantur amores

Jam enim & ſcripſerat & ediderat. Sic Horatius libris tribus carminum longo poſt tempore quartnm addidit. Sic Martialis ſingulos ſuos edidit. At Martialis inquies, libro primo Monobiblo titulum non fecit. quid tnm poſtea? Ita placuit Criticis vocare, ut hic primus Monobiblos eſſet. quia ſeorſim editus, & poſtea ut nomen non amitteret, tametſi tunc ſolus non eſſet, quia alii additi. Quid quæris præterea? Ita, ut dixi, Martialis etiam vetuſtiſſima quædam exemplaria in apophoretis hunc titulum Monobibli præferunt in lemmate diſtichi: *Cynthia facundi carmen juvenile Propertii.* Habent enim MONOBIBLOS PROPERTIANA. Itaque diſſimilis plane ſui eſt Propertius in ſecundo & ſeqnentibus. Nam in primo plane ἑλληνίζει. In uno manuſcripto, cujus
copiam

copiam nobis fecit clariſſimus Jac. Cujacius, Titulus idem conceptus eſt. itē & in antiquis editionibus, hoc uno excepto quod Nautæ alterum cognomen illi attribuunt. Ita enim ſcribitur : *Sex. Aureli Properti Nauta monobiblos ad Cynthiam.* Sed ſatis certum eſt nomen Nautæ illi attributum ex vitioſa ſcriptura — *quamvis nauta dives eras.* nam legitur nunc emendatum, *non ita dives eras* Quis igitur ſit & quare monobiblos liber, & unde Nautæ nomen natum ſit, oſtendimus. Neſcio vero an omnia hujus poëtæ extent opera. Verſiculum hunc ex Propertio producit Fulgentius. *Divitias mentis conficit omnis amor.* qui certe non extat in iis, quæ hodie ad manus noſtras pervenerunt. Quare aliquid deſideretur neceſſe eſt. quod quidem veriſimile eſt. Nam avorum noſtrorum memoria poſt multa ſæcula tandem in cella vinaria inventus fuit. ex quo exemplaria omnia illa, quotquot hodie in Italia habentur, deſcripta ſunt. quo fit, ut vetuſtum ejus poëtæ nullum exemplar inveniatur, Qui autem illud deſcripſit primus, næ ille audax aut negligens homo fuit, quiſquis ille fuit. nam præter innumera menda, quibus totum librum præſtantiſſimi poëtæ aſperſit. magni ſceleris ſe obligavit, quum in ſecundo, & tertio libro integras paginas, & magnum numerum verſuum ſuo loco luxaverit, & infinitis locis magnas tenebras offuderit. adeo, ut neminem eſſe putem (libere enim quod ſentio fatebor) qui hunc poëtam in ſecundo libro niſi per caliginem, quod dicitur, intelligat. Nos primi eam perturbationem verſuum odorati ſumus. & bene nobis ſucceſſit labor iſte. Parem enim diligentiam in eo reſtituendo, ac in Tibullo, poſuimus. Miraberis, candide lector, neminem unquam extitiſſe, qui id ante nos viderit, quum tamen multi ejus poëtæ ſtudioſi hodieque ſint. Sed, quod ſupra tetigimus, plures ſunt, qui eum poëtam ament, quam qui intelligant. Atqui rei publicæ literariæ intererat eum poëtam & integrum, & emendatum legi. Ne tamen quæſo putes nos operam noſtram venditare. Nihil enim præſtitimus, præ ut erunt ea, quæ a doctiſſimis viris expectamus, qui exemplo noſtro excitati, tametſi in his lucubratiunculis noſtris longe diſſimilem ſtudio eventum comperient, tamen conatum non improbabunt.

VARIORUM.

Cynthia) Eadem fictione a Cyntho Cynthia Properti dicta, qua a Delo Delia Tibulli, eadem ſcilicet nomine cum ſorore Phœbi, moribus tamen diſſimillimis. Sidonius Apollinaris ad Heſperium: *Reminiſcere quod ſæpe verſum Corinna cum Naſone complevit, Lesbia cum Catullo, Ceſennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo.* Apuleius Apol. priore: *Eadem igitur opera accuſent C. Catullum quod Lesbiam pro Clodia nominarit, & Ticidam ſimiliter, quod qua Metella erat, Perillam ſcripſerit, & Propertium, quod Cynthiam dicat, Hoſtiam diſſimulet, & Tibullum quod ei ſit Flavia in animo, Delia in verſu* Paſſerat.

Ocellis) *Oculi ſunt*, ut ait Palæmon, *flores animæ.* ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. i. *ex oculis enim & aſpectu naſcitur hominibus amor*, ut proverbialis eſt Græcorum ſenarius. Ipſe eleg. xix. infr. & lib. ii. eleg. xii. *Duces in amore eos vocat.* Celebratur & hic verſiculus perelegans: Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος. i. *Mulieris oculus ſpiculum juvenibus eſt.* Virgil. Ecl. viii. *Ut vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error.*

Conſtantis faſtus.) Arrogantiæ diuturnæ ac pertinacis. eſt hic conſtantia vitii, non laudis. In oculis faſtum locat, quia, ut ſcribit Plinius lib. xi. c. xxxvii. *in ſuperciliis ſuperbiæ ſedes.* Contra Ariſtoteles 2. Rhetor. ex Euripid. αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς. *Paſſerat.*

Donec me docuit caſtas odiſſe puellas
  Improbus, & nullo vivere conſilio.
Et mihi jam toto furor hic non deficit anno:
  Cum tamen adverſos cogor habere deos.
Minalion nullos fugiendo, Tulle, labores
  Sævitiam duræ contudit Iaſidos.
Nam modo Partheniis amens errabat in antris,
  Ibat & hirſutas ille videre feras.
Ille etiam Hylei percuſſus vulnere rami,
  Saucius Arcadiis rupibus ingemuit.

Ergo

J. SCALIGER

Sævitiam duræ contudit Jaſidos) Quum duæ Atalantæ fuerint, altera Arcadica, altera Argiva, Arcadica fuit mater Parthenopæi ex Minalione, cujus hic mentio. Itaque inſigne mendum tollendum ex Panegyrico in Majorianum Sidonii Apollinaris.

-- plantaſque ſuperbas
Haud ita per ſiccam Nemeen citus extulit Arcas,
Cujus in Ætolo volitantem pulvere Martē
Horruit Hippomenes --

Legendum enim *matrem* non *Martem*. Nam Arcas iſle eſt Parthenopæus, non Mercurius, cujus mater Atalanta Et alluſum eſt a Sidonio ad VI. Thebaidos: quem locum conſule.

VARIORUM.

Donec me docuit.) Tranſlatio ab Orbiliis & plagoſis magiſtris. Coquus, qui vapularat in Plauti Aulularia. *Hoc*, inquit. *ipſus magiſter me docuit*. Paſſ.

Caſtas odiſſe puellas.) *Caſtas puellas odiſſe* docuit Amor, hoc eſt, quidquid in vita Minervæ aut Muſarum ſtudiis erat dedendum alio converrere, nimirum furioſo unius Cynthiæ cultui. Nam in ea omnium ſe Divarum dona invenire ſcribit, Elegia. II.

Quum tibi præſertim Phœbus ſua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopæa lyram.
Unica nec deſit jucundis Gratia verbis;
Omnia quæque Venus, quæque Minerva probat.

Munera ergo omnium Dearum, Gratiarum, Minervæ, Veneris in nova Pandora ſe habere autumans ait caſtas puellas edoctum odiſſe ab Amore, quem ſequi tamen nullo ſeſe conſilio *Barthius*.

Tulle.) Hujus Tulli meminit infra Eleg. VI. & Eleg. ult, hujus libri. & Eleg. XXI libri. III. unde colligitur Cizycenis præfuiſſe, vel Aſiam pro Conſule obtinuiſſe: Dio lib. XLIX. in fine ſcribit L. Volcatium Tullum collegam fuiſſe Auguſti in ſecundo Conſulatu, ſi forte hic noſter eſſe poſſit. *Paſſ.*

Errabat amens.) *Amens*, quia amans. Recte errorē & amentiā conjunxit: nam & *Amor error malus eſt*. Vir. Ecl. VIII. & *furor, error animi*. Horat. & Lucretio & Cicer. III. Tuſcul. ex Homero *Idem*.

Ibat & hirſutas.) Inconcinne & frigide legitur. Perſuaſū habeo debere ſcribi.

Ibat & hirſutas ille ferire feras.

N. Heinſius ad. I. Faſt. verſ. 287.

Ibat.) Græciſmus. Afranius Incendio: *Is cum filio it conjicere hac neſcio quid de ratiuncula* ut emendavit Jan Guiljelmius veriſ lib. I. cap. II. *Gebhard.*

Percuſſus vulnere rami.) Arboribus ſolidis earumque ramis Centauros pro telis uſos, Apollonius, eoque prior in Cœnei fato Pindarus, ac utrumque ſequutus oſtendit Ovidius Met. lib: XII. *Parrhaſius*.

Toſſe

Ergo velocem potuit domuiſſe puellam:
Tantum in amore preces, & benefacta valent.
In me tardus amor non ullas cogitat artes,
Nec meminit notas, ut prius, ire vias.
At vos deductæ quibus eſt fallacia Lunæ,
Et labor in magicis ſacra piare focis,
En agedum dominæ mentem convertite noſtræ:
Et facite illa meo palleat ore magis.
Tunc ego crediderim vobis, & ſidera, & amnes
Poſſe Cytæinis ducere carminibus.
At vos, qui ſero lapſum revocatis amici,
Quærite non ſani pectoris auxilia.
Fortiter & ferrum, ſævos patiemur & ignes:
Sit modo libertas, quæ velit ira, loqui.

J. SCALIGER.

Poſſe Cytæinis) κυταίη vel κυταία, κυταῖνος. ut ἐλαία, ἐλαΐνος, ſed tunc claudicaret verſus. Præterea ἐλαΐνος eſt oleaceus. cujus ſcilicet materia ex olea. At κυταῖνος nihil tale poteſt eſſe, non enim cives de materia urbium ſuarum factos dicimus, ſed ex urbibus ſuis ortos. Suſpicor Propertiũ ſcripſiſſe:

Poſſe Cytæis tuis ducere carminibus.

Cytæis eſt Medea vel Cytæeis quod verũ eſt Κυταῖος, ut Πτολεμαῖος. Propertius: *Et Ptolemaea litora capta Phari.* Κυταία urbs Colchidis. unde Medea Κυταιίς. etiam Æetes pater ejus Κυταῖος non Κυταιεύς dictus: quod notandum. Callimachus.

ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου
Αὖθις ἐς ἀρχαίην ἔπλεον Ἁρμονίην.

Eſt autem κυταία urbs, in quam deportatæ decem tribus a Salmanaſſer Aſſyrio. unde Samaritani hactenus a Judæis κυταῖοι dicti, Cuthæi. Etiam incolas illorum tractuum circumcidi ſcribunt veteres.

VARIORUM.

Ullas.) Forte *illas*. Douſa P.

Deducta Luna.) Deductionis Lunæ meminit Apollonius lib. IV. Id ea de cauſſa faciebant ut terræ proprior Luna ſpumam ſuam in herbas infunderet Apulejus Mileſiæ Fabellæ I. *Na, inquit. iſtud mendacium tam verum eſt, quam ſi qui velit dicere, magico ſuſurramine amnes agiles reverti mare pigrum colligari, ventos inanimes exſpirare, Solem inhiberi*, Lunam Deſpumari, *ſtellas evelli, diem tolli, noctem teneri.* Paria Lucanus in ſexto, & alibi. Opinantur aliqui, inquit Interpres Apollonii, deliquium Lunæ fieri a veneficis: ac propterea antiqui deliquia hæc dixere *Dejectiones* ſive *Depreſſiones.*

Sacra.) τὸ *Sacra* umbras & manes defunctorum interpretor, quos, ut religioſe Flaccus prædicat, *Libitina Sacravit.* Hujus ſui verſu ſenſum ipſe nobis aperuit Propertius lib. 3. Genium Philetæ invocans ſibi.

Callimachi Manes, & Coi Sacra Phileta h. e. manes & umbra Philetæ, quam ſibi exoptat non difficilem fore Poëta. Neque alio vetus ac Romana illa monumentorum inſcriptio trahenda.

DIVIS MANIBUS SACRUM. Douſa P.

Ferte per extremas gentes, & ferte per undas,
Qua non ulla meum femina norit iter.
Vos remanete, quibus facili Deus annuit aure;
Sitis & in tuto ſemper amore pares.
In me noſtra Venus noctes exercet amaras,
Et nullo vacuus tempore deſit amor.
Hoc,moneo, vitate malum, ſua quemque moretur
Cura, neque aſſueto mutet amore locum.
Quod ſi quis monitis tardas adverterit aures,
Heu referet quanto verba dolore mea!

ELEGIA II.

QUid juvat ornato procedere, vita, capillo,
Et tenues Coa veſte movere ſinus?
Aut

VARIORUM.

Deus annuit aure.) perperam legitur *aure*, ſcribe *ore* : ita *aure* & *ore* frequenter confunduntur in ſcriptis exemplaribus. Idem lib. 1 Eleg. 12.

-- *Nec noſtro dulcis in ore ſonat.*

non *noſtra aure* quod nunc legitur. & lib. 3: Eleg. 9.

Publica vicina perſtrepat ora via.

Ubi circumfertur *aura* perperam. Heinſius ad Metam. lib. 12. verſ. 430.

Ornato procedere capillo.) Cui rei peculiares *ornatrices* habebant *puellas*. Wouweren ad illa Petronii: *Dic Chryſis, numquid incompta ſum?* Puellas, inquit, habuerunt in miniſterio tum *ornatrices*, tum quæ velut a conſiliis formæ. quod ſtringit Juvenalis Sat. VI. *Eſt in conſilio matrona*, &c. Hieron. *Crines diſponebant ancilla.* Edoctæ autem certis magiſtris ad hoc miniſterium, velut ad artificium *l.* LXV. §. *Ornatricibus* πʹ. *de legat.* 111. Dicebantur *Ornatrices* ab officio, uti & Græcis κοσμητρίας, *&c.* Juvenal. Sat. VI. *Ponunt Coſmeta tunicas.* Interpres: *Eos dici, qui ornamentis præſunt, non tamen & ornatrices.* Ergo proprie *Ornatrices*, quæ crines diſponebant. Suet. Claud. cap. XL. *Hæc matris mea ornatrix fuit.* Juvenal *Ornatrici* nomen *Pſecas* ab arte impoſuit nam ψεκάζειν Græci dicunt, quando minutim ſive rarum pluit. Ornatrices igitur crinem componentes, rarum ac parvum aquę ſolent mittere. ac velut ψεκάζειν: ut eſt apud Interp. *&c.* Reliqua ex Gruteri notis ad Plaut. pete. Ad *Ornatrices* quod attinet, inquit Pignorius, notandum eſt, illas tradi conſueviſſe magiſtris, ut ediſcerent artificium ornandi. Id quale eſſet deſcribet nobis Manilius partim, libro V. partim alibi:

Illis cura ſui vultus, frontiſque decora
Semper erit, tortoſque in flexum ponere crines,
Aut nodis revocare, & rurſus vertice denſo
Fingere, & appoſitis caput emutare capillis

Tertullianus graphice de cultu fœminar lib. *Quid crinibus veſtris quieſcere non licet, modo ſubſtrictis, modo relaxatis, modo ſuffitatis, modo eliſis? alia geſtiunt in cincinnis coërcere, alia ut vagi & volucres elabantur, non bona ſimplicitate. affigitis præterea neſcio quas enormitates ſutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quaſi maginam capitis, & operculum verticis, nunc in cervicem retro ſuggeſtum, &c.* quem locum Tertulliani

Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
    Teque peregrinis vendere muneribus?
Naturæque decus mercato perdere cultu,
    Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non ulla tuæ medicina figuræ eſt.
    Nudus amor formæ non amat artificem.
Aſpice quos ſummittit humus formoſa colores,
    Et veniant ederæ ſponte ſua melius,
Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris,
    Et ſciat indociles currere lympha vias.
Littora nativis perſuadent picta lapillis,
    Et volucres nulla dulcius arte canunt.

liani excuſſit Pignorius in eruditiſſimo opere de SERVIS.

Tenues ſinus] *Tenues* vocat, quia διὰ τῆς ἐσθῆτος τὸ σῶμα ὑπεφαίνετο, verbis Achillis Tatii, unde & eidem eleganter τοῦ σώματος κάτοπτρον ὁ χιτὼν dicitur. *Movere* autem, quia tenuiſſima veſtis impulſu venti inter ambulandum vibrabatur. *Gebhard.*

J. SCALIGER.

Aut quid Orontea) Oronteam myrrham non quod in Syria naſceretur, ſed quia Antiochiam eo tempore totius Orientis celeberrimum emporium camelis deferretur. Sic malabatrum, quod non niſi in India provenit, Syrium vocant poëtæ, propter eandem cauſſam. Non enim ut Dioſcorides falſo prodidit, in paludibus Syriæ provenit.

Littora nativis pellucent picta lapillis) *Sciat & pellucent* non bene congruunt. Vetus ſcriptura in noſtro, *perſuadent*, non *pellucent*. ſane legendum:

Litora nativos per ſe dent picta lapillos.

De qua lectione qui dubitarit, is mentē Propertii non animadvertit. *per ſe* αὐτομάτως, ut *nativos*, αὐτοφυεῖς. Sic paulo ante indociles vias, αὐτοδιδάκτους.

VARIORUM.

Teque peregrinis vendere muneribus.) Mire dictum, pro, exoticis ſive externis mercibus excultam ſe venditare, & ita gerere ut conventorem conciliet, cui ſe vendat. Explicatio huic loco uberior petenda a Plinio lib. XIII. cap. III. princip. *Gebh.* Ovid. lib. I. Eleg. X. Amor. mire locum hunc illuſtrat, & plane in hoc argumento luxuriat.

Naturaque decus.] *Natura decus* eſt Ariſtæneto lib. I. Epiſt. II. Κάλλος ἀπηκριβωμένον τῇ φύσει Quinctiliano lib. II. cap. V. *Incorrupta natura.* Geb.

Nudus Amor.) *Nudus Amor*, quia amor non ſpectat iſtum acquiſitum ornatum: ſed ſolet gaudere naturali voluptate. *Idem.*

Crede mihi &c.) Locum hunc a nemine diſcuſſum ita interpretor. Tam formoſa es ut nulla medicamina ſint ſive venena, ut veteres loquebantur, quæ formā tuam propriis bonis & nativa venuſtate pulcherrimā emendare, ac velut ægrotantem reſtituere poſſint, id quod mulieres interpoles faciunt. *Douſa F.*

Aſpice quos.) Scribendum:

Aſpice quot ſubmittat humus formoſa colores

Ovidius. Amor. l. I. Eleg. 13.

Aſpice, quot ſomnos juveni donarit amato.

Heinſius ad Cit. l. Pro *Et veniant* lego *ut.* Livinejus. male. *Et* enim hic neceſſario requiritur, præſertim ſi emēdatio Heinſiana, quā maxime probo, admittatur. *B.*

Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phœbe,
  Pollucem cultu non Thelaïra ſoror.
Non Idæ, & cupido quondam diſcordia Phœbo
  Eveni patriis filia littoribus.
Nec Phrygium falſo traxit candore maritum
  Avecta externis Hippodamia rotis.
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
  Qualis Apelleis eſt color in tabulis.
Non illis ſtudium vulgo conquirere amantes.
  Illis ampla ſatis forma, pudicitia.
Non ego nunc vereor, ne ſis mihi vilior iſtis,
  Uni ſi qua placet, culta puella ſat eſt.

Cum

J. SCALIGER.

Non ego nunc vereor ne ſim tibi vilior iſtis) Ea eſt in noſtro manuſcripto lectio, ſed mendoſe. Legendum enim: *Non ego nũc vereor ni ſis mihi vilior iſtis.* Sequentia cõjecturæ noſtræ ſubſcribũt, & vulgarem editionem falſi damnant.

VARIORUM.

Telaire Elaire ſoror Phœbes. Apollodoro *Ilaeira* & Sophoclis interpreti. Veteres libri *Thelaira*, corrupte, Verum eſt *Elaïra* vel *Ilaira*. Fuit autem Elaïra Diaoræ ſacerdos, Phœbe Minervæ. Apollod. & Hygin. *Paſſerat.*

Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis] Præſens eſt intrepida conſpiciebatur, & ſolo naturæ bono confiſa, quæque gemmis nihil debebat & lapillis. *Paſſerat.*

Qualis Apelleis, &c.) *Color* quo naturam ipſam provocavit, expreſſa forma tanquam ſpirante. Eleg. VII. lib. III. *In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles.* Eſt autem in hoc ſimili diſſimile. Nam Apelles arte pinxit, & arte ſumma; cum hic a forma velit omnen artem abeſſe. Sed eo reſpexit, quod quatuor tantum coloribus uſus dicatur Apelles, ex albis, *Melino*: ex ſilacies, *attice*: ex rubris, *ſinopide pontica*. ex nigris, *atramento*. Idem præter Venerem nudam nativaque forma conſpicuã, pinxit etiam campeſtrem, unam e pallacis Alexandri M. cujus amore captus, eam a rege dono accepit. Pinxit & Heroa nudum, eaque pictura naturam ipſam provocavit *Idem.*

Ne ſim tibi villor iſtis] Mos ab antiquitate quem non omnes ſciunt. Chariſius in *iſta vilius*: *Rex qui vocabat ad cœnam, ſi ſibi ea res exhibenda induceretur, quam exhibere non poſſet reſpondit, ut Tranquillus refert*, iſto vilius hominis erit cœna. Quę formula belle negantis & excuſantis, reperitur apud Terentium Sc. ult. Adelph ubi Demea petit a Mitione, ut aliquid det Syro, unde utatur, quia poſtea ſit redditurus. Reſpõdet Mitio, *Iſtoc vilius* quibus verbis blãde negat. vide ad id Donat. *Ergo nõ vereor ni ſis mihi vilior iſtis*, id eſt, facile patior te iſtis carere & vilior videri ſine ornatu. Palmerius. At non eſt ſaporis Paſſeratii, qui explicationem hanc carpit,

Noſtra

Cum tibi præſertim Phœbus ſua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram,
Unica nec deſit jucundis gratia verbis,
Omnia quæque Venus, quæque Minerva probat.
His tu ſemper eris noſtræ gratiſſima vitæ,
Tædia dum miſeræ ſint tibi luxuriæ.

III.

Qualis Theſea jacuit cedente carina
Languida deſertis Gnoſia litoribus,
Qualis & accubuit primo Cepheïa ſomno
Libera jam duris cotibus Andromede:
Nec minus aſſiduis Edonis feſſa choreis
Qualis in herboſo concidit Apidano,
Talis viſa mihi mollem ſpirare quietem
Cynthia, non certis nixa caput manibus,
Ebria cum multo traherem veſtigia Baccho,
Et quaterent ſera nocte facem pueri.
Hanc ego, nondū etiam ſenſus deperditus omnes,
Molliter impreſſo conor adire toro.

Et

J. SCALIGER.

Noſtra gratiſſima vita) id eſt, nobis. ut dicebant eodem modo ætati noſtræ.

VARIORUM.

Libens.] Forte adluſum ad pervulgatam formulam, *Lubens Merito*, quæ ſolemnis erat in precibus, gratiarum actionibus, ſuppliciis deorum, *&c.* ea exſtat in permultis inſcriptionibus, *&c.*

Unica.) Unicum pro eximio, & egregio Latini ſæpe dicunt. Sic Catullo *Unicus Imperator*, pro ſummo. Afran. Brunduſiana: *Quis tam ſagaci corde atque ingenio unico?* Turpil. Demetrio: *Quis tam ſagaci corde atque ingenio unico?* Turpil. Demetrio: *Homo unica natura & ſingularia.* Cic. de Senectute. *Quanta in Attilio Calatino, in quem illud elogium unicum,* Plaut. Aſinaria: *Nam Poëta es prorſus ad eam rem unicus.*

Noſtra gratiſſima vita) pro mihi eris gratiſſimus. *Vita mea*, h. e. egu. Eleg. 11. lib. 1.

Aut ſine te vita cura ſit ulla mea.

h. e. num ſine te poſſum de me eſſe ſollicitus. Et lib. 3. eleg. 9.

Quid mirare meam ſi verſat fœmina vitam.

h. e. ſi me verſat. Plautus Menæch. *Inimicus ſibi magis quam ætati tuæ* i. e. tibi. Sic alibi apud eundem: *væ ætati tuæ* i. e. tibi & ſimilia. *Scioppius veriſimil. lib.* 4. C. 13.

Et quamvis duplici correptum ardore juberent
 Hac amor, hac Liber, durus uterque Deus,
Subjecto leviter poſitam tentare lacerto,
 Oſculaque admota ſumere, & arma manu:
Non tamen auſus eram dominæ turbare quietem,
 Expertæ metuens jurgia ſævitiæ:
Sed ſic intentis hærebam fixus ocellis,
 Argus ut ignotis cornibus Inachidos.

Et

J. SCALIGER.

Oſculaque admota ſumere & arma manu) Putavi olim adoleſcens legendum, *ſumere tarda*. Sic libro ſecundo: *Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis.* fortaſſe melius: *ſumere certa manu. certa* non reluctantia. propterea *admota manu.* ut ultima ſyllaba in voce Arma ex ſequenti conflata ſit.

Expertæ metuens jurgia) Noſter codex, *verbera*. Horatius -- *metuentes patruæ verbera linguæ.*

Argus ut ignotis) Lege, *Argus uti notis.* & fortaſſe ſcriptum fuit, *gnotis* archaico more.

VARIORUM.

Poſitam.) Κειμένην dormientem. Nam Κεῖσθαι pro dormire Græci uſurpant. Theocr. Eid. 22. δύω κεῖντο γέροντες. Catul. *Nam pranſus jaceo. Livinejus.*

Oſculaque.) Confirmati dudum ſumus ſcripſiſſe Poëtam:

Oſculaque admota ſumere ad arma manu.

Quę enim certior aut communior Oſculandi ratio quam prehenſis genis mentove labra jungere. Sic ipſe alibi:

Oſcula ſuſpenſis inſtabant carpere palmis.

Gronovius Obſerv lib. 4. cap. 6.

Arma) *Inguinis* haud dubie (ut Martialis mei phraſi utar) *arma* intelligit. ſic & Propertius infra:

Dulcia quam nobis concitet arma Venus.

Ad quæ etiam *admotam manum* pertinere autumo, non ad oſcula. idque ex Ovidianæ auctoritatis diſciplina maxime. verbi gratia:

Hanc etiam non eſt mea dedignata puella
 Molliter admota ſollicitare manu.

Sed ſic intentis) *Intectis* legit Canterus, quod probo. Livinejus. *intentis* rectum eſt.

Argus uti notis.) Cur ita legere malit Scaliger, cum eſſet *Argus ut ignotis*, nullus adbuc video. Ignota enim vocat cornua, quæ Ovidius *nova*. 1. Metamorph.

--- *novaque ut conſpexit in unda*
Cornua, pertimuit, ſeque externata refugit;
Najades ignorant, ignorat & Inachus ipſe,
Quæ ſit. ---

At Argo tamen non ignota fuiſſe dices. At o bone, non opportuna ſemper & tempeſtiva Propertii epitheta ſcilicet. Nam huic quidem tempori & loco ignota cornua non erant; ipſi tamen Ioni & Inacho. *Scioppius veriſimil. l. 1. c. 6.*

Donec

Et modo ſolvebam noſtra de fronte corollas,
Ponebamque tuis Cynthia temporibus:
Et modo gaudebam lapſos formare capillos;
Nunc furtiva cavis poma dabam manibus:
Omniaque ingrato largibar munera ſomno,
Munera de prono ſæpe voluta ſinu.
Et, quoties raro duxti ſuſpiria motu,
Obſtupui vano credulus auſpicio,
Ne qua tibi inſolitos portarent viſa timores,
Neve quis invitam cogeret eſſe ſuam:
Donec diverſas percurrens Luna feneſtras,
Luna moraturis ſedula luminibus,

Com-

J. SCALIGER.

Donec diverſas] Lege, *Diviſas*. hoc eſt fiſſas, ſic infra *diverſos* legebatur in manuſcripto, pro *diverſos*.

Poſſum ego diviſos iterum conjungere amantes.

Itaque alterum pro altero facile commutatur, ut non raro in Manilio.

VARIORUM.

Solvebam noſtra de fronte corollas.] Coronæ in conviviis adhibitæ non tantum bonoris Deorum aut lætitiæ cauſſa. ſed maxime ut vapores e vino & cibis cerebrum petentes infringerent. Per initia coronæ ex ſimplici lana fuerunt, quem *οἰὸς ἄωτον* vocat Theocritus, *ovis florem*, tandem ex roſis & aliis floribus qui cerebrum juvarent. Legendus Athenæus in frag. de coronis. Ebrioſorum fuit ſe ipſos coronare. Unde & Polemo coronatus cum in Xenocratis auditorium irrupiſſet, ſibi ſenſim coronam detraxit, eo de modeſtia loquente. Syneſius epiſt. XXXII. *Is enim videns lenonem magnifice ambulātem in foro cum corona & unguento ebrium & comeſſantem*, &c. plura vide apud Bulengerum lib III. cap. XXIV. & XXVII. de Coronis.

Furtiva cavis poma dabam manibus) Adi Lipſium lib. III. Ant. Lect. Barthius lib. IX. c. X. aliter locum hunc explicat.

Donec diviſas.) Male Scaliger de conjectura ſuppoſuit *diviſas*, cum legendum ſit *diverſas*. Intelligit enim, quæ cubanti Cynthiæ erant diverſæ, Sic ut per eas intrans lumen oculos ejus feriret. Gronovius ad Senecæ lib. 2. de ira C. 23.

Moraturis luminibus.) Nove dictum, pro quæ morari & reſiſtere debuerant, & amatorie loquitur. Sic futurum ſignif. habebit præt. plusq. perf. nec diſſimiliter *pariendo* accipi videtur apud Gellium lib. 5. cap. 19. *Livinejus*.

Alterius

Compoſitos levibus radiis patefecit ocellos,
  Sic ait in molli fixa toro cubitum:
Tandem te noſtro referens injuria lecto,
  Alterius clauſis reppulit e foribus.
Namque ubi longa meæ conſumpſti tẽpora noctis,
  Languidus exactis hei mihi ſideribus?
O utinam tales perducas, improbe, noctes,
  Me miſeram quales ſemper habere jubes.
Nam modo purpureo fallebam ſtamine ſomnum,
  Rurſus & Orpheæ carmine feſſa lyræ:
Interdum graviter mecum deſerta querebar
  Externo longas ſæpe in amore moras,
Dum me jucundis lapſam ſopor impulit alis.
  Illa fuit lacrymis ultima cura meis.

I V.

QUid mihi tam multas laudando Baſſe puellas
  Mutatum domina cogis abire mea?

Quid

J. SCALIGER.

Alterius clauſis expulit) Liber noſter, *rettulit.* nimirum, quia *repulit* ſcripſerat poëta, ita repone.

VARIORUM.

Compoſitos.] 1. Clauſos. tranſlatum a mortuis, qui componi dicuntur, ut fuſe docet Kirchmannus.

Fixa) malim reponi *nixa.* Virgilius. *Ter ſeſe attollens cubitoque innixa levavit.* Idẽ Propertius pauloantehac ipſa elegia.
-- non certis nixa caput manibus.
N. Heinſius ad Metam. l. 7. verſ. 344. Paſſer. a Virgilio, Ovidio, Petronio, Homero, ipſo denique Propertio verſ. 8. *non certis nixa caput manibus*: & hic legendum judicat *nixa*: ſed Propertio, puto, fas erat variare orationem. Deinde *figere* eleganter hic eſt *ἐρείδειν.* Heliodorus lib. 1. & lib. 5. *Gebhardus.*

Externo in amore.) *Heſterno* legendum ſuſpicor, ut hoc ſentiat, quæſtam ſe heſterna nocte emanſiſſe, neque ad amoris officium præſto fuiſſe, quæ enim moræ & emanſiones crebræ ſint. *Sæpe moras* dixit ut *olim amicitias* Catul & *ſemper lenitas.* Terens. Livinejus.

Ultima cura meis.) Opinor a manu Propertii eſſe, *ultima meta meis.* Quomodo Ovidius Amor. 3.
Raditur hac elegis ultima meta meis.
Et ipſe Propertius lib. 4. Eleg. 2. *hæc ſpatiis ultima meta meis.* N. Heinſius ad. 1. Faſt. verſ. 287.

Baſſe.) Baſſi & Ovidius meminit. *Baſſus pede clarus jambo*, ut legit Heinſius ad illum locum. Ger. Joh. Voſſius tract. de Poëtis Latinis legit, *Battus.*

Spartianam

Quid me non pateris, vitæ quodcunque ſequetur,
  Hoc magis aſſueto ducere ſervitio?
Tu licet Antiopæ formam Nycteidos, & tu
  Spartanæ referas laudibus Hermionæ,
Et quaſcunque tulit formoſi temporis ætas,
  Cynthia non illas nomen habere ſinat:
Nedum, ſi levibus fuerit collata figuris,
  Inferior duro judice turpis eat.
Hæc ſed forma mei pars eſt extrema furoris:
  Sunt majora, quibus Baſſe perire juvat:

Inge-

J. SCALIGER.

Spartanam referas) Repone auctore libro ſcripto *Spartanæ Hermionæ* Licet laudibus referas formam Antiopæ, & Hermionæ.

Hæc ſed forma mei par eſt extrema furoris) Sic in eandem ſententiam libro ſecundo:

Nec me tam facies, quamvis ſit candida, capit.

VARIORUM.

Ducere Servitio.) Scriptus Cod. V. C. Franciſci Modii & *P. Livineji* pro *Ducere vivere* habebat. quod damnare mihi religio ſit, qui ſciam *vitam vivere*, *ſervitutem ſervire noxam nocere*, & hæc talia tralatitia eſſe apud Latinos. ſed & *navem navigare* dixit Ulpianus in l. 1. ff. *Nautæ caup. Stabul* Douſa F.

Servitio) Quicunque amori ſuccumbunt ſervi & addicti ſunt, ἐθελόδουλοι. Ariſtenætus lib II. Epiſt. II. Ὡς ἄχρις ἂν ἐμὲ διαπάζειν ἐθέλοις, βουληθεὶς ἢ μέχρι παντὸς, ἐρωτικῆς σοι ἀνδραποδίου θεράπων. Ideo apud Achillem Tatium l. v. Amica δεσπότις τῆς ψυχῆς appellatur. *Gebhard.*

Sinat.) Omnino legendum *ſinet*, Quomodo in Cod. Mod. exſtare poſtea comperi. *Douſa F.*

Hæc ſed forma mei pars eſt extrema furoris.) Hoc vult. Hæc forma me ad extremum, ultimum, omnium graviſſimum furorem redigit quidem: multis tamen majoribus cum animi tum corporis dotibus a natura Cynthia mea cumulata eſt: quas diſticho proximo narrat, & per *multis decus artibus* intelligit laudes & gloriam partam ex artibus *Canendi.* lib. I. Eleg. II. verſ. XXVII. *Loquendi* lib. II. Eleg. II. verſ XXIX. *Pangendi Carminis*, lib. II. Eleg. II. verſ. XXIX. Ibidem Eleg. XX. verſ. XXVI. *Texendi* lib. III Eleg. IV. verſ. XVI. *Saltandi* lib. II. Eleg. III. verſ. XVII. *Blandiendi* lib. I. Eleg. XIII. verſ. XXVI. *Gebh.*

Extrema pars furoris] i. e. minima amoris in illam mei cauſa. Sic Eleg. 2. lib. I.

Ecquis in extremo reſtat amor locus? ||
Et Petron.

Lucerna quoque humore defecta tenue & extremum lumen ſpargebant.

Quibus perire juvat) h. e. propter quæ illam pereo, ſive amo. *Perire* ſeu amare aliquo i. e ob aliquid. Phraſis nota & cujus plura exempla apud Palmerium. Scioppius. Veriſimil. l. 5. 18.

Deſires

Ingenuus color, & multis decus artibus, & quæ
  Gaudia ſub tacita dicere veſte libet.
Quo magis & noſtros contendis ſolvere amores,
  Hoc magis accepta fallit uterque fide
Non impune feres. ſciet hæc inſana puella,
  Et tibi non tacitis vocibus hoſtis erit.
Nec tibi me poſthac committet Cynthia, nec te
  Quæret. erit tanti criminis illa memor:
Et te circum omnes alias irata puellas
  Differet. heu nullo limine carus eris.
Nullas illa ſuis contemnet fletibus aras,
  Et quicunque ſacer, qualis ubique, lapis.

Non

J. SCALIGER.

Deferet) Liber, *Differet*. Ita repone.

VARIORUM.

Et multis decus artibus.) Legendum cenſeo *nullis decus artibus* h.e. forma nativa. dixerat, non tam eo nomine illam amo, quod pulchra ſit & cum priſcis heroinis contendenda : quam quod nativa eſt illius forma, & nulla arte parata. Sic Eleg. 2. *natura decus* dixit nativam pulchritudinem. nam quum arte multæ ſe pulchras reddere ſtudeant, eadem eleg. 2. *artificem forma* dixit; eas innuens, quæ creta cande ſe faciunt, quaſi bonæ ſint, non dico frugi, ſed formæ, cujus exornandę nonnullæ æquo plenius ſtudioſæ. *Scioppius Veriſimil. l. 1. C.* 18.

Dicere veſte libet.) Forte *ducere*. *Douſa T.* Quod ſuperbe dicta a Nemeſi vindicari putabantur, iſtam nimiam felicitatem ſuam ſub veſte narrandam ait, ne ſcilicet a Nemeſi exaudiri poſſit. Cujus rei teſtimonium peti poteſt ab ipſomet Propertio lib. 2. Eleg. 17. *Scioppius Veriſimil. l. 1. cap.* 18.

Sciet hac:) malim: *Sciet hoc ins.* Douſa F.

Contemnet.) h. e. præteribit ſeu negliget. *Douſa F.*

Sacer, qualis ubique, lapis] Apulejus Florid. 1. *Religioſam moram viatori objicit lapis unguine delibutus.* Siculus Flaccus de conditionibus agrorum: *Cum terminos diſponerent, ipſos quidem lapides in ſolidam terram collocabant proxime ea loca, quibus foſſis factis defixuri eos erant, & unguento velaminibuſque & coronis eos coronabant*, Hinc proverbialis ſermo apud D. Clementem Alexandrinū lib. VII. Stromat. Οἱ αὐτοὶ δ' οὗτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυνοῦντες. Arnob. lib. 1. *S, quando conſpexeram*] *lurricatum lapidem & ex olivi unguine irrigatum.* Auguſtin. de Civ. Dei lib. XVI. cap. XXXVIII. *Nec more Idololatriæ, lapidem perfudit oleo Jacobus, velut faciens illum deum; neq; enim adoravit eundem lapidem, vel ei ſacrificavit.* Unde notandum lapides hos, id eſt terminos, non ſimulacra e lapide, quod alii volunt, oleo ungi moris fuiſſe. Et ex his omnibus palam eſt veterum ſuperſtitio, ut qui qualibet in via temere oblatum ſacrum aliquo modo eſſet, id venerarentur: ſive ara, ſeu lapis, ſeu ſtipes eſſet. *Colvius.*

Sacer lapis.) ſolent viatores ſi in itine-

Non

Non ullo gravius tentatur Cynthia damno,
Quam ſibi cum rapto ceſſat amore Deus,
Præcipue noſtri. maneat ſic ſemper, adoro;
Nec quicquam ex illa, quod querar, inveniam.

V.

INvide, tu tandem voces compeſce moleſtas,
Et ſine nos curſu, quo ſumus, ire pares.
Quid tibi vis inſane? meos ſentire furores?
Infelix properas ultima noſſe mala:
Et miſer ignotos veſtigia ferre per ignes,
Et bibere e tota toxica Teſſalia.

Non

re conſpicati fuerint, aut truncum dolamine effigiarum, aut lapidem unguento delibutum pro numinibus colere & adorare, ut Apulejus tradit in Floridis. *Livinejus.*

J. SCALIGER.

Non ullo gravius tentatur) Hanc chriam Gnome Euripidis expreſſit:

τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δεύτερ᾽ ἂν πάσχοι γυνή,
ἀνδρὸς δ᾽ ἁμαρτάνουσ᾽ ἁμαρτάνει βίου.

Maneat ſic ſemper adoro) Virgilius
In rupes, in ſaxa volens vos Turnus adoro
Ferte ratem --

Ovidius:
Hanc ego, me non ut defendere tentet, adoro

Baſſus autem iſte eſt Jamborum ſcriptor. Ovidius:
Ponticus heroo, Baſſus quoque clarus Jambis.

Et miſer veſtigia ferre) Proverbium eſt. Horatius:
-- *& incedis per ignes Suppoſitos cineri doloſo.*

VARIORUM.

Per ignotos ignes] Ignotos, quia ignota mala graviora ſunt. Proverbialis autem hic ſermo: de recto periculo, eoque maximo. Sub Soracte monte urbs Feronia, & Dea ejuſdem numinis, cujus numine afflati per ignem incedebant nudis pedibus illæſi. Virg. XI. Æn. *Paſſer.* Malim *ignotos ignes* eſſe κρυπτοὺς, quos Horatius reddidit *ſuppoſitos cineri doloſo.* Sic Euripides de Equo Durateo, κρυπτὸν ἀμπίσχων δόρυ. *Gebb.*

Et bibere e tota toxica Theſſalia) Bibuntur plerunq; venena. Expeditiſſima omnibus veneficis per potum e medio tollendi ratio. Tacit. lib. XIII. cap. XVI. *Innoxia adhuc ac præcalida & libata guſtu potio traditur Britannico. Deinde poſtquam fervore aſpergebatur, frigida in aqua affunditur venenum, quod & ita cunctos ejus artus pervaſit, ut vox pariter & ſpiritus ejus raperentur.* Hoc ſceleratus ab ſcelerato didicit Caſſandro Nero Juſtinus lib. XII cap. XIV. *Philippus & Jolas prægustare ac temperare potum regis ſoliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustata jam potioni ſupermiſerunt.* Idem.

Et

Non eſt illa vagis ſimilis collata puellis.
Molliter iraſci non ſciet illa tibi.
Quod ſi forte animis non eſt contraria noſtris,
At tibi curarum millia quanta dabit?
Non tibi jam ſomnos, non illa relinquet ocellos.
Illa feros animis alligat una viros.
Ah mea contemptus quoties ad limina curres?
Cum tibi ſingultu fortia verba cadent,
Et tremulus mæſtis orietur fletibus horror,
Et timor informem ducet in ore notam:

Et

J. SCALIGER.

Non eſt illa vagis) Vagæ puellæ. εἰκαῖαι. contra Horatius Devias. Ar bonus Beroaldus vagas ſumit pro variis. & inconſtantibus.

Molliter iraſci non ſolet) Quomodo *non ſolet*, ſi nunquam adhuc expertus eſt? incedere enim per ignotos ignes eum dixit, ut pote qui Cynthiæ amore tum primum incaleſcebat. Næ ille oſcitabunde hæc legebat quiſquis hæc mutavit. Scriptura enim verus habet, *non ſciet*. Quod explicarione non indiget. Facilis autem lapſus fuit, ut *c*, in *o*, & *ſ* in *l* mutaretur.

Quod ſi forte tuis) Et hæc quoque non minore flagitio, quam illa, mutarunt. quum liber ſcriptus habeat,

Aut ſi forte auſis non eſt contraria noſtris.

eſt συγχώρησις. Aut pone illam mihi. pro te precanrt victas manus dediſſe Manifeſtum enim Gallum æmulum fuiſſe Propertii, & tunc primum cæpiſſe Cynthiam amare, ac oraſſe Propertium, ut ſibi pararius & proxenera eſſe velles inter ſe & illam in amoribus novis. Id quod tota ex hac elegia colligas licet, præſertim ex fine: -- *non impune illa rogata venit*. precatorem enim ſibi & rogatorem Propertium aſſumpſerat.

VARIORUM.

Non tibi jam ſomnos, non illa relinquet ocellos) Poſſumus vel interpretari; quaſi & ſomnos auferar, & oculos in ſomniis occupet, ſitque quidquid quietis conceditur, rurbulentum ac totum de amore. Plin. lib. VII. Ep. V. *Inde eſt quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exerceo.* Achilles Tatius lib. I. Ὅλος γάρ μοι προσέπεσεν ὁ ἔρως, καὶ αὐτόν μου διώκει τὸν ὕπνον τῶν ὀμμάτων, πάντῃ Λευκίππην φανταζόμενος. Infra lib. II Eleg. XIX. verſ. ult. *Cum ſatis una tuis inſomnia portes ocellis.* Curas atque inſomnia, quam noſtris impendimus, elegantiſſime vocat Euripides Supplicib. verſ. 1137. ἄϋπνα τ' ὀμμάτων τέλη. Vel etiam, ut dicat non ſolum ſomnium adimi ſed etiam oculos vigiliis lacrimiſque cortumpi. Ariſtænetus lib. I. Ep. X Δάκρυα μόνον, οὐχ ὕπνον αἱ νύκτες ἐπῆγον τῷ μειρακίῳ. κλαίειν γὰρ αἰδούμενος τὴν ἡμέραν, τὸ δάκρυον ἐταμιεύετο ταῖς νυξί. Hinc intellige locum Eleg. ſequentis verſ. XXIV. Vide Eleg. III. verſ. XLIII. lib. I *Gebhard.*

Oſculaque

Et quæcunque voles fugient tibi verba querenti;
 Nec poteris, qui ſis, aut ubi, noſſe miſer.
Tum grave ſervitium noſtræ cogêre puellæ
 Diſcere, & excluſum quid ſit abire domum.
Nec jam pallorem toties mirabere noſtrum,
 Aut cur ſim toto corpore nullus ego.
Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti.
 Neſcit amor priſcis cedere imagnibus.
Quod ſi parva tuæ dederis veſtigia culpæ,
 Quam cito de tanto nomine rumor eris?
Non ego tum potero ſolatia ferre roganti,
 Cum mihi nulla mei ſit medicina mali:
Sed pariter miſeri ſocio cogemur amore
 Alter in alterius mutua flere ſinu.
Quare, quid poſſit mea Cynthia, deſine Gallo
 Quærere. non impune illa rogata venit.

VI.

Non ego nunc Adriæ vereor mare noſcere tecū
 Tulle, neque Ægeo ducere vela ſalo.

Cum

VARIORUM.

Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti.) Hinc veteris proſapiæ ac multarum imaginum apparet fuiſſe Gallum, contra Suetonii ſeotentiam, qui eum ex humili ad præfecturam Ægypti ab Auguſto provectum autumat. *Douſa F.*

Quam cito de tanto nomine rumor erit) i. Fabula. Statius lib. I. Silv. Epithal. Stellæ & Violantillæ. quem vide. Quo quis major, eo conſpectius peccatum ejus, citiuſque famæ pennis ubique differtur. Audiamus τὸν Αετὸν ἐν νεφέλαις, Magnum Appollinis ſacerdotem Pyth. I.

Εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσ-
σει, μέγα τοι φέρεται
Πὰρ σέθεν, πολλῶν ταμίας
Ἐσσί. πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις
πιστοί.

Nec interpretis contemnenda Politica. Ἐὰν γάρ τι καὶ εὐτελὲς παρὰ τοῦ λεχθῇ καὶ ὁρμήσῃ, τοῦτο μέγα καὶ διὰ πάντων φέρεται· φησὶ δὲ μεγάλα εἶναι τὰ τῶν ἀρχόντων ἁμαρτήματα, κἂν εὐτελῆ τυγχάνῃ. Quia ut refert Quinctilianus Declam. III. *Quo ad altiorem quiſque honorum gradum extenditur, magis in exemplum patet.* Gebh.

Z *Oſculaque*

Cum quo Riphæos poſſim conſcendere montes,
Ulteriuſque domos vadere Memnonias.
Sed me complexæ remorantur verba puellæ,
Mutatoque graves ſæpe colore preces:
Illa mihi totis argutat noctibus ignes,
Et queritur nullos eſſe relicta deos.
Illa meam mihi jam ſe denegat: illa minatur,
Quæ ſolet irato triſtis amica viro.
His ego non horam poſſum durare querelis.
Ah pereat, ſi quis lentus amare poteſt:
An mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas;
Atque Aſiæ veteres cernere divitias:
Ut mihi deducta faciat convicia puppi
Cynthia & inſanis ora notet manibus?
Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento,
Et nihil infido durius eſſe viro?

J. SCALIGER.

Oſculaque oppoſito dicat ſibi) Hoc eſt, exprobret vento ſibi eripi oſcula ab ipſo. Oppoſito, adverſo, ut oppoſiti ſunt vultus eorum nobis, quibuſcum expoſtulamus. In priore editione non bene hæc aſſequebamur.

VARIORVM.

Poſſim.) ſi audaci mihi liberet eſſe legerem *auſim* pro *poſſim* quamvis id hic eodem ſenſu retinere poſſimus, ut infra:

Et contra magnum potes hos attollere ſolem.

potes i. e. *audes*. Douſa F.

Ulteriuſque domos vadere Memnonias.) Sunt qui putent Thebas Ægyptias ſignificari, ubi Memnonis ſtatua dicebatur quotidie exorientem ſtrepitu ſalutare auroram, quas & longiſſime ab Italia diſtare notum eſt. In alia tamen ſum ſententia, & puto Suſa ſignificari, quæ Memnonia urbs dicebatur, ut Herodotus lib. v, auctor eſt. ex Ionia autem iter illuc trium erat menſium, ut ab eodem enumeratis ſigillatim manſionibus & paraſangis deſcribitur: noſque ejus ſequuti auctoritatem velut ſenatuſconſulto ita ſe rem habere decernimus. *Turnebus.*

Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento.) Primus Scaliger odoratus eſt ſententiam; nos eam plane conemur evolvere. *Oſcula*, inquit, *cum a me peteret fidem ſuam mihi obligavit, ſe apud me perpetuo manſurum. quo pignore fidei accepto, illi oſcula mea & gaudia credidi. At poſtquam ille abiit & me perjurus reliquit experta ſum pignus illud fidei rem eſſe leviſſimam & ventum merum.* Paſſerat.

Tu patrui meritas conare anteire ſecures,
Et vetera oblitis jura refer ſociis.
Nam tua non ætas unquam ceſſavit amori,
Semper at armatæ cura fuit patriæ:
Et tibi non unquam noſtros puer iſte labores
Afferat, & lacrymis omnia nota meis.
Me ſine, quem ſemper voluit fortuna jacere,
Hanc animam extremæ reddere nequitiæ.
Multi longinquo periere in amore libenter,
In quorum numero me quoque terra tegat.
Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis.
Hanc me militiam fata ſubire volunt.
At tu ſeu mollis qua tendit Ionia, ſeu qua
Lydia Pactoli tingit aratra liquor,

Seu

J. SCALIGER.

Nam tua non atas unquam ſervivit.) Mutatum ignoratione priſcæ lectionis, quæ habebat, *ceſſavit* ut diſerte extat in noſtro: *Ceſſare amori*, operam dare amori, infra.

Nam tua non ætas unquam ceſſavit amori.

Horatius:

Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curas,

ſtrepitum citharæ, cui ceſſatur, hoc eſt. cui vacatur Ovidius IIII. Faſtorum.

Largaque provenit ceſſatis meſſis in arvis.

VARIORUM.

Secures.) Honores curules. *Boxhornius.*

Et vetera oblitis jura refer ſociis.) Redde antiquas leges fœderatis Cizycenis. Cizycenis præfuiſſe Tullum declarat Propertius lib. III. Eleg. XX. *Frigida tam multos placuit tibi Cizycus annos.* Mithridatico bello igitur cum Cizyceni libertatem meruiſſent, poſtea iis Auguſtus ob cives Romanos flagris cæſos libertatem ademit, ſed mox reſtituit: Dio lib. LIV. & Strabo lib. XII. ſua ætate liberam teſtatur Cizycum fuiſſe, quamvis iterum illis Tiberius libertatem ſimili de cauſſa ademerit. Cornel. lib. IV. Suet. in Tiber. cap. XXXVII. Quare τὸ *oblitis* pertinet ad Cizycenos, qui non meminerant ſe olim in ditione populi Romani fuiſſe, & cum ob facinus, quod dixi, adempta eſſet iis libertas, miſſus cum imperio Tullus qui eos regeret. *Idem.*

Jura refer ſociis.) *ſocios* Cizycenos interpretantur. Sed cum multi libri *referre ſonis* agnoſcant, puto Propertium ſcripſiſſe *referre foris*. In foro enim jus dicebatur. N. Heinſius ad I. Faſt. verſ. 287.

Dicatur

Seu pedibus terras, ſeu pontum carpere remis
    Ibis, & accepti pars eris imperii,
Tum tibi ſi qua mei veniet non immemor hora,
    Vivere me duro ſidere certus eris.

VII.

DUm tibi Cadmeæ dicuntur, Pontice, Thebæ,
    Armaque fraternæ triſtia militiæ,
Atque, ita ſim felix, primo contendis Homero,
    Sint modo fata tuis mollia carminibus,
Nos, ut conſuemus, noſtros agitamus amores,
    Atque aliquid duram quærimus in dominam;
Nec tantum ingenio, quantum ſervire dolori
    Cogor & ætatis tempora dura queri.

Hic

J. SCALIGER.

Dicuntur Pontice Thebæ) Veteres ſcripti, *ducuntur*. Recte. Horat. -- *forte epos acer Ut Varius nemo ducit* -- Hic noſter libro IIII. *Cæſaris in nomen ducuntur carmina* -- Ducere carmen poëtæ dicuntur, quum carmina componunt. Virgilius dicit Æneam, rectum eſt. Virgilius dicit Æneida. barbarum Hic quoque Latinum eſſet dicere Thebas non Thebaida.

VARIORUM.

Cadmææ Thebæ.) Bellorum omnium quæ inter Græcos priſcis temporibus fuere, ſi Trojanum excipias, celeberrimum ſemper habitum Thebanum illud, inter Oëdipi filios, mirabili neſcio magis, an miſerabili exitu geſtum, ante Chriſti natalem annis circiter M. CC. XXXVI. ante primam Olympiadem CCCC. LVII. ante Urbem conditā CCCC. LXXXI. Hiſtoriam pete ex Diodori. Siculi Hiſt. IV. lib. Pauſan. in Bœotic. Suid. Statio. &c. *Bernart.*

Pontice) Propertius non dubitat eum cum Homero componere. Continuo enim ſubjungit: *Atque ita ſim felix. primo contendis Homero.* Nec Thebanum modo bellum ceciniſſe: ſed etiam amores, cognoſcimus ex lib. ejuſdem Eleg. IX Ovidio etiam conjuctiſſimus fuit, ut oſtendit iſtoc, *Ponticus heroo, Battus quoque clarus Jambis, Dulcis convictus membra fuere mei.* Voſſius.

Nec tantum ingenio, &c.) Dolor impedit ac ſufflaminat ingenii impetum, ne illo uti poſſim, quantum velim. Similis omnino querela Sapphus apud Naſonem: *Nunc vellem facunda forem: dolor artibus obſtat, Ingeniumque meis ſubſtitit omne malis.* Aliter Plinius de Nonii Maximi ſcriptis lib. IV. Epiſt. XX. *In quo* (opere) *tu ingenii ſimul doloriſque velis latiſſime vectus es. nam dolori ſublimitatem & magnificentiam ingenium; ingenio vim & amaritudinem dolor addidit.* Gebh.

Quod

Hic mihi cõteritur vitæ modus, hæc mea fama eſt,
Hinc cupio nomen carminis ire mei.
Me laudent doctæ ſolum placuiſſe puellæ,
Pontice, & injuſtas ſæpe tuliſſe minas.
Me legat aſſidue poſt hæc neglectus amator,
Et proſint illi cognita noſtra mala.
Te quoque ſi certo puer hic concuſſerit arcu,
Quod nolim noſtros eviolaſſe deos:
Longe caſtra tibi, longe miſer agmina ſeptem
Flebis in æterno ſurda jacere ſitu:
Et fruſtra cupies mollem componere verſum,
Nec tibi ſubjiciet carmina ſerus Amor.

Tunc

J. SCALIGER.

Quod nolim noſtros eviolaſſe) Ita & liber noſter. Sed magis, placet, quod Beroaldus in ſuo legit, *evoluiſſe*. Quod magis, quam voluiſſe. imo potius ab evolvendo. Idque retinemus. ut dicitur -- *id voluere fata.*

Nec tibi ſubjiciet) *Subjiciet*, verbum ſcenicarum operarũ. ὑποβαλεῖ. ὑποβάλλειν eſt dictare alicui. monere: unde monitores, qui aliter Secundarii dicebantur. hoc eſt, ὑποβολεῖς. Gloſſæ, *Secundarius, Subdiga.* ὑποκριτής. lege, *Subdical*, qui ſecundo dicit. quanquam hoc vere non eſt monitor. In Phormione quoque ita accipiendum: *tum autem Geta monitor.*

Savus amor) Inepte etiam hæc mutarant interpolatores. Nam *ferus* non *ſavus* ſcripſerat Propertius. ut cognoſcimus ex libro calamo ſcripto. Quare ſerum amorem dixerit, non obſcurum eſt ei, qui totam elegiam legerit,

VARIORUM.

Noſtros agitamus amores) Sic *Dionyſia agitare* & *convivia* apud Terentium, pro, *pergræcari*. *Agitare cuſtodiam* & *vigilias* dixit. Plautus, pro *cuſtodire ac vigilare*. *Agitare vitam* pro *vivere*, Salluſtius. Ennius lib. x. Annal. *Quei tum veivebant homines, atque alvom agitabant.*

Noſtros Deos.) Amores noſtros interpretor h. e. amicam meam Neque enim Propertius, qui Zelotypiæ plenus erat, ita ut vel Jovem ipſum rivalem ferre gravaretur, Cynthiam credo ſuam a Pontico amari aut exerceri volebat. Eodem locutionis genere uſus eſt Ovidius:

Et dicam, noſtros advehit illa Deos.

Nam & ibi de ſola Corinna ſua commentatur ſecum. *Douſa P.* Caſtigat hunc loc. Lipſius Var. lect. 3. cap. 3. cui aſſentior. *te violaſſe* v. Livinejus.

Longe caſtra tibi.) Sic Silius lib. 1. -- *Longe clauſis ſua fœdera, longe Auſoniam fore.* -- Florus lib. 2. cap. 1. *Longe illis nautica artes.* & cap 6. *Longe illi triplex murus, totidemque artes.* Douſa F. Multa ſimilia exempla collegit nobiliſſimi vir ingenii Nic. Heinſius ad Metam, l. 8. verſ. 425.

Agmina ſeptem) Scripſit eo nomine fabulam Æſchylus ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Nã ipſæ Thebæ ἑπτάπυλοι, erantque ſeptem caſtra, & copiæ ſeptem ducibus ad portas ſeptem. *Taſſer.*

 Arderis

Tunc me non humilem mirabere ſæpe poëtam:
  Tunc ego Romanis præferar ingeniis:
Nec poterunt juvenes noſtro reticere ſepulchro,
  Ardoris noſtri magne poëta jaces.
Tu cave noſtra tuo contemnas carmina faſtu.
  Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

VIII.

Tune igitur demens? nec te mea cura moratur?
  An tibi ſum gelida vilior Illyria?
Et tibi jam tanti, quicunque eſt iſte, videtur,
  Ut ſine me vento quolibet ire velis?
Tune audire potes veſani murmura ponti?
  Fortis & in dura nave jacere potes?
Tu pedibus teneris poſitas fulcire pruinas?
  Tu potes inſolitas Cynthia ferre nives? O uti-

J. SCALIGER.

Ardoris noſtri magne poëta jaces] Scribo, ut in veteri, *magne poëta vale*. Hoc enim prætereuntes dicebant, *Have*, *Atque Vale*. quod etiamnum in vetuſtis aliquot monimentis viſitur in Italia, & Narbone, ut:

LAGGE. FILI
BENE. QUIESCAS
MATER. TUA. ROGAT
TE. UT. ME. AD. TE
RECIPIAS. VALE
F. Q. XV.

Tu pedibus teneris poſitas ſulcare pruinas) In noſtro liquide ſcriptum eſt -- *poſitas fulcire ruinas*. Ruinas vocat, ni fallor, ruentem cælo aquæ concretæ, & nivis ſtragem. Hoc enim exprimit belle Petronius:

Ipſa jam nubes rupta ſuper arma cadebant,
Et concreta gelu putri velut unda ruebat.
Victa erat ingenti tellus nive --

Fulcire pro calcare, καὶ πιέζειν poſuit elegantiſſimus ſcriptor Cor. Celſus libro ſeptimo ubi περὶ Ξηρανσίας ὀφθαλμῶν agit. *Quod ubi incidit, linimenta ſuper non fulcienda, ſed leviter tantum ponenda ſunt.* Nam ibi plane fulcire eſt τὸ πιέζειν. Quanquam & ſimpliciter poteſt intelligi fulcire, ſuſtinere. nam aptum eſt verbum ruinæ. Apparet igitur commentitiam eſſe receptam lectionem, ut ne addam, quod ſulcandi verbum hic minime aptum, quicquid argutentur Grammatici.

VARIORUM.

a *Tune igitur.*) Pro rei & argumenti diverſitate in duas eaſque disjunctas Elegias videtur mihi hæc Elegia diſtinguenda.] quam continenter legi volo ad hunc locum. *Hic erit, hic jurata manet.* Ex hoc autem loco & in his ipſis verſibus initium novæ Elegiæ & diſtinctæ a ſuperiori illa faciendum exiſtimo. Quod quidem & ordo & argumentum Propertii aperte indicant. Nam cum illa Elegia, *Tune igitur demens*? de diſceſſu Cynthiæ dolenter lamentaretur, quæ cum neſcio quo Prætore in Illyriam, relicto Propertio navigare volebat: nunc hac Elegia, *Hic erit, hic jurata manet.* mutata jam mente Cynthiæ, vehemen-

ter

O utinam hibernæ duplicentur tempora brumæ,
Et ſit iners tardis navita Vergiliis,
Ne tibi Tyrrhena ſolvatur funis arena,
Neve inimica meas elevet aura preces:
Atque ego non videam tales ſubſidere ventos,
Cum tibi provectas auferet unda rates,

Et

ter gaudet & exſultat poëta, ſe tantum precibus & lacrymis apud Cynthiam valuiſſe, ut cum magna ei & multa a prætore illo promitterentur, diſtiterit tamen a navigatione & Propertii amorem omnibus antepoſuerit divitiis ejus & pollicitationibus. Abſurdum autem & valde ineptum mea ſententia fuerit, res tam diverſas una & eadem elegia velle includere. iiſdemque verſibus & lamentari atque deplorare Cynthiæ diſceſſum & iterum gloriari atq; exſultare & manſione ejus & profectione omiſſa. *Lipſius.*

J. SCALIGER.

Atque ego non videam) Atque utinam non videam tales ventos, quales imprecor tibi, reſidere, atque detumeſcere mare, quum ſolves ratem ab hoc litore. deſidere venti dicuntur, quum ponunt flatum, quum flacceſcunt, ut loquitur Pacuvius Chryſe. Nam hæc omnia perperam vulgo accipiebantur.

VARIORUM.

Et ſit iners tardis navita Vergiliis.) Veget. lib. IV. cap. XXXIX. *A Novembri autem menſe crebris tempeſtatibus navigia conturbat Vergiliarum hyemalis occaſus. Ex die igitur tertio Iduum Novembris uſque in diem ſextum Iduum Martiarum maria clauduntur.* &c Quo tempore toto naves machinis in ſiccum ſubducebantur, eædemque appetente vere in mare trahebantur, Horat. teſte Od. IV. lib. I. Item Heſiodus vetat poſt Vergiliarum occaſum navigare, propterea quod eo tempore mare tempeſtatibus maximis concitatur. jubet autem naveis in littus ſubducere, ſaxisque undique communire, ut ventorum vim facilius perferre poſſint. Iſidorus lib. III. cap. LXX. Plin. lib. II. cap. XLVII.

Tyrrhena arena.) Verſus hujus generis non ſolum Ovidio, ſed & Propertio noſtro ita crebri, ut pene elegantiæ ſtudio ultro affectati videantur, & quidem, ubi in inciſo & extremo æquali ſono finiantur, præter hunc ſunt iſti: Eleg. XVI. hujus libri.

Quin etiā abſēti proſunt tibi Cynthia venti. lib. III. Eleg. V. *In mare cur ſoli non valuere doli.* Eleg. VI. *Dulcis ad heſternas fuerat mihi rixa lucernas.* In duobus verſibus exſtat unum exemplum, lib. II. Eleg. II.

Non non humani ſunt partus talia dona,
Iſta decem menſes non peperere bona.

Quod & apud Græcos Anacreon fecit:

Ἵν' ἂν θανεῖν ἐπῆλθε,
Λάβῃ τι καὶ παρέλθῃ. *Douſa F.*

Solvatur funis.) Feſtus: *Primneſius* dicitur *palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii tonſillam dicunt.* Funis, quo religata navis erat, vel per otium ſolvebatur: quod Virgil. I. Georg. ait, --- *a terra convellere funem.* vel rumpebatur aut incidebatur a properantibus. Virg. III. Æn. --- --- *fugite atque ab littore funem Rumpite* -- -- Et IV. Æn. -- -- *ſtrictoque ferit retinacula ferro.* Cum vero exſcenſionem faciebant nautæ funem illum jaciebant in littus, deinde alligabant navim. idque *ſupare copulas* dixit Attius Phœniſſis apud Nonium: *Alterque proram ac ſupa tortas copulas.* Funem illum, quo religata navis, *oram* vocant, unde *ſolvere oram* Livio & Fabio in Epiſt. ad Triphonem Bibliopolam ante libros. *Paſſer.*

Et me defixum vacua patiatur in ora
   Crudelem infeſta ſæpe vocare manu.
Sed quocunque modo de me perjura mereris,
   Sit Galatæa tuæ non aliena viæ;
Ut te felici prævecta Ceraunia remo
   Accipiat placidis Oricos æquoribus.

Nam

J. SCALIGER.

Et me defixum vacua patiaris arena) Hæc corrupta ſunt non leviter ab imperitis correctoribus. quod tamen puto accidiſſe propter tranſpoſitionem, quæ hic commiſſa eſt, quæ etiam eodem modo erat in noſtro manuſcripto. Primum igitur in eo libro ita legitur hic verſus:

Et me defixum vacua patiatur in ora.

Deinde animadvertimus noſtrorum patrum ætate hæc corrupta fuiſſe propter illam, quam dixi, tranſpoſitionem. Nam diſtichon illud, *& Me defixum* præcedere debet illud, *Atque ego non Videam.* Ità igitur & reponenda ſunt, & interpungenda;

Ne tibi Tyrrhena ſolvatur funis arena,
   Neve inimica meas elevet aura preces:
Et me defixum vacua patiatur in ora
   Crudelem infeſta ſæpe vocare manu.
Atque ego non videam tales ſubſidere ventos,
   Quum tibi provectas auferet unda rates

Igitur, *vacua patiatur in ora*, ſcilicet aura. ne aura elevet meas preces, neve patiatur me in vacua ora te crudelem vocare.

Ut te felici vectam per cærula) Hæc quoque non diu eſt, quum contaminata ſunt. Habebat enim priſca lectio:

Ut te felici prævecta Ceraunia remo
   Accipiat placidis Oricos æquoribus.

Vocativus pro alio quovis caſu, quum aliquem alloquimur. De quo in Auſonium ſatis diximus, ut:

Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis, &c.

Alibi idem eſt, *Sic mihi te referas levis*, hoc eſt levem. Lucillius:

His te verſibus interea contentus teneto.

Hic nominativo uſus eſt pro accuſativo. Apollinaris Anthologiæ 11. εἰς δολίους:

μίχει τίνος Πολύχαρμε κενῆς πτερόεντε τραπέζης
   λήζεις κερματίοις ψευδόμεν' ἀλλοτρίοις; ψευδόμενε ἀντὶ τοῦ ψευδόμενος.

VARIORUM.

Crudelem infeſta.) De Cynthia intelligo & *infecta* lego. q. d. crudelem & ſanguinariam. Nam.

Mentiri noctem, promiſſis ducere amantem
Hoc eſt infectas ſanguine habere manus.

Eleg. 17. lib. 2. Livinejus.

Nam me non ullæ poterunt corrumpere tedæ;
Quin ego vita, tuo limine verba querar.
Nec me deficiet nautas rogitare citatos,
Dicite, quo portu clauſa puella mea eſt?
Et dicam, licet Athraciis conſidat in oris.
Et licet Elæis, illa futura mea eſt.

Hic

J. SCALIGER.

Nam me non ulla poterunt) Pro *teda*, vetus ſcriptura habet, *de te* & pro *limine*, *lumine*. Quod nos ita legimus:

Nam me non ulla poterunt corrumpere, de te
Quin ego, vita, tuo lumine acerba querar.

Nullarum unquam mulierum amor me poterit flectere, quin ego ea querar de te, quæ tibi acerba futura ſunt. Nam lumen tuum hoc eſt te ipſam. tuo lumine acerba, tibi acerba. *lumine*, pro *lumini*. ut alibi *ore*, pro *ori*. *funere* pro *funeri*. ut ſupra *noſtra gratiſſima vita*. hoc eſt, nobis. Supervacuum mihi videtur dicere eum in limine amicæ queri, quũ hoc non ſentiat, ſed ubique de ejus perfidia ſe conqueri paratum eſſe, *Teda* autem, quod hic legebatur, nullum hic locum habet. Nam non conjugia intelligit, ſed quemvis novum amorem. Verba queri, non eſt Latinum. Unus quiſque, quod magis placuerit, ſequatur.

Nec me deficiet] Nec me deficiet rogitare ὀ παύσομαι πυνθανόμενος. Eadem figura alibi: *Et mihi non deſunt turpes pendere corolæ.* ὀ παύονται στέφανοι ἀναρτώμενοι. De hoc infra amplius.

Et dicam, Atraciis) Pro *Atraciis*, *Antaricis*. & pro *Eleis Iſſais* dubitabundus reponebat Beroaldus. quod tamen non tanquam a dubitante, ſed ut a jurato dictum eſſet, omnes editiones admiſerunt. Quia mentio fit Illyrii, propterea putavit hic gentes Illyricas ſubſtituendas eſſe. Atqui proconſul iſte non proficiſcebatur in Illyrium. neque enim navem ſolviſſet ab Oſtienſi portu, ſed a Brunduſino. ab Oſtia enim manifeſto ſolvit, quum ipſe dicat:

Ne tibi Tyrrhena ſolvatur funis arena.

Proficiſcebatur autem in Achaiam quod ipſe poſtea his verbis declarat:

Illa vel anguſto mecum requieſcere lecto
Et quocunque modo maluit eſſe mea,
Quam ſibi dotata regnum vetus Hippodamia,
Et quas Elis opes ante pararat equis.

Quia igitur Acroceraunia, quæ ſunt in finibus Illyrii ad Epirum uſque prætervehi neceſſe habebat, propterea tractus Illyrici meminit. & alibi,

Dic alias iterum naviget Illyrias.

Quum igitur illam ad portum uſque Oricum provehi optat: quid opus hic populis Illyrii? Sed, ut jam dixi, proprætor aut proconſul ille in Achajam proficiſcebatur. Itaque Atracii ſunt populi Ætoliæ, quos Atracas Plinius vocat, ab Atrace fluvio, qui Jonio confunditur. Ab eo ſunt initia Achajæ. Itaque quum Catullus ait, Smyrnam Cinnæ Atracis oſtia penetraturam, innuit eam in Græciam perventuram, ut hominum Græcorum quoque manibus teratur. Quare male cenſet Beroaldus hic *Antaricis* pro *Atraciis* reponendum: ut pari errore *Iſſais*, pro *Eleis*. Nam ad Eleos & Peleponeſum ibat proconſul. Videtur enim manifeſto Achaja provincia illi obtigiſſe.

VARIORUM.

Nam me non ulla.) Scaliger cum in libro veteri pro *teda* reperiſſet *de te*,

Hic erit, hic jurata manet. rumpantur iniqui.
Vicimus: aſſiduas non tulit illa preces.
Falſa licet cupidus deponat gaudia livor:
Deſtitit ire novas Cynthia noſtra vias.
Illi carus ego, & per me cariſſima Roma
Dicitur, & ſine me dulcia regna negat.
Illa vel anguſto mecum requieſcere lecto,
Et quocunque modo maluit eſſe mea,
Quam ſibi dotatæ regnum vetus Hippodamiæ,
Et quas Elis opes ante pararat equis.
Quamvis magna daret, quamvis majora daturus,
Non tamen illa meos fugit avara ſinus.
Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obſequio.

pro *limine* vero *lumine*, ſic legere nos docuit. -- *de te*

Quin ego, vita. tuo lumine acerba querar. Quam ſummi viri emendationem, ut libenter amplector, ſic ab explicatione non nihil abeo. Puto enim, *tuo lumini acerba*, dicta, ſicut ob ea, quæ inviti ſpectamus, oculi nobis dolere vulgato proverbio feruntur. Niſi ſi legendum fortaſſis eſt:

Quin ego, vita meo lumine acerba querar. *de te meo lumine.* i. e. amica mea. Siquidem veſanientes illi amatorculi amaſias ſuas *Lucem, Lumen*, & *vitam* vocare ſolent. *Scioppius Veriſimil. l.* 2. C. 6 *P.* Malim equidem ſi fas poſt magnos illos Criticos. *limine vera querar. Vera* pro *juſta*, qui & *falſa* dixit ſenſu eodem lib. 3. Eleg. 22. Paſſeratius edebat *verba querar. Scottus Obſerv. l.* 2. C. 7. quod idem monnuit Livinejus. *Corrumpere de te*, valde friget. opinor ſcribendos illos verſus:

Nam me non ulla poterunt corrumpere forma,
Quin ego, vita, tuo limine acerba querar.

N. Heinſius ad. 1. Faſt. verſ. 287.

J. SCALIGER.

Hic erit hic jurata manet) Repone ex veteris ſcripturæ fide:

Hic erit hic. jurata mea eſt. rumpantur iniqui

VARIORVM.

Sine me dulcia regna negat.) Canterus *Dulcia* mavult, & τὸ *negat* interpretatur *recuſat*. Mihi plus ſatisfacit *Dulcia*; ut ſit ſenſus: *Cynthia ſine me negat Dulcia regna* ſcilicet eſſe dulcia, aut placere ſibi: Quomodo & Tibul. lib. 3. *Nec me regna juvent.* &c. Douſa P.

Sunt igitur Muſæ, neque amanti tardus Apollo,
Queis ego fretus amo: Cynthia rara mea eſt.
Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis:
Sive dies, ſeu nox venerit, illa mea eſt:
Nec mihi rivalis certos ſubducere amores,
Iſta meam norit gloria canitiem.

IX.

Dicebam tibi venturos irriſor amores,
Nec tibi perpetuo libera verba fore.
Ecce jaces, ſupplexque venis ad jura puellæ,
Et tibi nunc quovis imperat empta modo.
Non me Chaoniæ vincant in amore columbæ
Dicere, quos juvenes quæque puella domet.
Me dolor, & lacrymæ merito fecere peritum.
Atque utinam poſito dicar amore rudis.
Quid tibi nunc miſero prodeſt grave dicere carmen?
Aut Amphioniæ mœnia flere lyræ?

Plus

J. SCALIGER.

Contingere ſidera plantis) Mallem *palmis.* Nam proverbium erat: Digito cælum tangere.

Et tibi nunc quavis imperat emta modo) Non quævis ſane. nam unam tantum deperibat. Sed bene vetus ſcriptura, *quovis* non *quavis.*

VARIORUM.

Contingere ſidera plantis.) Hujus quidem verſus lectio recte habere videtur. invitis Lipſio & Scaligero, (*nec non Scotto Obſerv. l. 2. C. 7.* & Livinejo) qui *palmis* contra veterum librorum fidem reponunt: quod ſit proverbium, *Digito cælum tangere.* Propertius quod amica potitus fuerit, triumphans venuſtatem ſuam immortalitati & Deorum vitæ æquare dicit; quaſi ipſe tam beatus ut in cælum & Deorum numerum relatus videri poſſit, ubi, ut ait Catullus, *Stellas noctu premunt veſtigia dictum.* Recte dicit, pede terram ab eo contingi, qui terræ inambulat. *Scioppius Veriſimil. l. 1. C. 6.*

Dicere.] *Dicere* interpretor, quaſi ex oraculo promere (hinc *dictio* pro oraculo,) innuit enim ſe de amore conſultum reſpondere poſſe, quod & Tibullus de ſe ipſo profitetur. *Douſa F.*

Mimnermi,

Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero.
Carmina manſuetus lenia quærit Amor,
I quæſo, & triſtes iſtos depone libellos,
Et cane, quod quævis noſſe puella velit.
Quid ſi non eſſet facilis tibi copia? nunc tu
Inſanus medio flumine quæris aquam.
Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni.
Hæc eſt venturi prima favilla mali.
Tunc magis Armenias cupies accedere tigres;
Et magis infernæ vincula noſſe meæ,
Quam pueri toties arcum ſentire medullis,
Et nihil iratæ poſſe negare tuæ.
Nullus amor cuiquam faciles ita præbuit alas,
Ut non alterna preſſerit ille manu.

Nec

VARIORUM.

Mimnermi.] Paullo ante Solonem, ac Solonis etiam temporibus, claruit Mimnermus Colophonius, vel Smyrnæus. Elegiacis Poëtis accenſet Cenſorinus in Fragmento.cap. I X. Apud Pauſaniam quoque in Bœoticis legas elegiaco verſu tradidiſſe pugnam Smyrnæorum contra Gygen, & Lydos. Etiam Ἐρωτικὰ ſcripſiſſe indicat illud Propertii; *Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero.* Superſunt hodieque ejus verſus, adverſus Solonis ſententiam annum ſeptuageſimum homini ſupremum ſtatuentis. Nam ille octogeſimum potius fatalem arbitrabatur. *Voſſius.*

Medio flumine quæris aquam.) Ἐν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ; id eſt, *In mari quæris aquam.* Ibi quæris. quaſi difficile inventu, ubi nihil aliud occurrat. Martial. ſi memini; *Per mare quæris aquam,* inquit. *Eraſmus.*

Infernæ vincula noſſe rotæ.) Intelligit Ixionis ſupplicium & cruciatus ad rotam adſtricti. de quo Virgil. lib. III. Georg. Ubi Servius.

Quam pueri toties.) Malo legere, atque omnino ita reſtituendum puto, *Quam pueri totis* Sic Ovidius — *totis bibit oſſibus ignem.* Douſa F.

Qui

Nec te decipiat, quod ſit ſatis illa parata.
Acrius illa ſubit Pontice, ſi qua tua eſt.
Quippe ubi non liceat vacuos ſeducere ocellos.
Nec vigilare alio nomine cedat Amor.
Qui non ante patet, donec cutis attigit oſſa.
Quiſquis es, aſſiduas aufuge blanditias.

Illis

J. SCALIGER.

Qui non ante patet donec manus attigit oſſa) Beroaldus cenſet dictum, amorem non ante patere, donec intra medullas intraverit. At ego quæro quid faciemus illo *Manus*? Nam ſi dixiſſet, *Qui non ante patet, donec attigit oſſa*, hoc aliquid eſſet. Præterea verbum *attigit.* non pertinet huc ſcum illa ſignificatione. Nam ſimplici potius uſus eſſet, tetigit. ut:

Quem tetigit jactu certus ad oſſa Deus.

Quid quod hoc non vult poëta? non enim nunc tempus nec locus eſt huic ſententiæ. Mens hujus loci hæc eſt, non quam olim hariolabamur. Amor non ante patet, quam emaciato corpore oſſa cutem ipſam pene pertundant, ut ipſa manu tangi poſſint.

VARIORUM.

Nec te decipiat.) Tanquam adhuc rudem. Eleganter Ariſtænetus Rudes & tyrones in amoribus πρωχειρότεροι ait ἐλθὼν ἢ λύκος λιπαρὰν ἄγραν λαθιδδύνουσαν. *Gibb.*

Nec te decipiat &c.) Hoc videtur velle: ſi putas, minus te ancilla tua arſurum (ſic Eleg. 17. lib. 2. *Et ſe plus uni ſi qua parare poteſt*) eo quod illa ſemper parata ſit facere quod dictat diſtenta libido, & illa promptitudo ſatietatem tibi allatura videtur, erras. Quæ enim tua eſt & tuis in ædibus verſatur cotidie, acrius amari ſolet; ab ea enim nec oculos avertere nec dormire, nec alio nomine ſive alia cauſa, quam propter amorem vigilare poteris. *Cedat* pro concedat recte interpretatur Lipſius. *Amor non concedit* ut alio nomine vigiles. Sic Eleg. 5. lib. 1. *de nomine* h. e. ideo, ſicut *eo nomine* pro ea re. *Scioppius Veriſimil. lib. 2. c. 6.*

Alio nomine.) Alterius puellæ. περιφραστικῶς, pro altera puella. ut Eurip. Oreſte. 95. verſ. 14. Ald. ὦ ποθεινὸν, ἥδιστόν τ' ἔχων τῆς σῆς ἀδελφῆς ὄνομα Ovid. Epiſt. Phyllidis ad Demoph.

Qua tibi ſubjeci latiſſima regna Lycurgi
Nomine fœmineo non ſatis apta regi.

Livinejus.

Donec manus attigit oſſa.) Paſſerat: *Manu tangere is dicitur, qui arcu & ſagitta vulnerat quod paullo ante: arcum ſentire medullis, Qui non ante manifeſtus eſt, quo uſque ad ipſas medullas arcus & ſagitta manu Cupidinis emiſſa pervenerit.* Quæ valde coacta ac parum vera ſunt. Aliud eſt *manu tangere*, aliter dixit Propertius *manus attigit oſſa.* Quod ſi dixiſſet, *arcus attigit oſſa*; locum ſibi poſſet ſtatuere cum ſua interpretatione Paſſeratius Deinde huc non pertinet illud *Arcum ſentire medullis*, hoc cum eo contendendum erat, quod dixit Eleg. VII. verſ. XV. *Certo puer hic concuſſerit arcu.* Quidam Græcus magiſter dixit, κατὰ ψυχῆς ἐπιστρατεύεται τῷ ἐρωτικῷ τόξῳ idem κατά τινος ἐπιστρατεύεται τοῖς ἐρωτικοῖς βέλεσι. Expono igitur cum Scaligero: Rudis amans neſcit in ſe amorem iniſſe, donec admoverit manus, & ſi manifeſtiſſime deprehenderit oſſa ac pellem ſe eſſe, marcuiſſe ſe, ac contabuiſſe miſera macritudine. Alludit autem ſimul ad Græcorum Proverbium;

Ὅπου τις ἀλγεῖ κεῖσε καὶ χεῖρ' ἔχει.

Nec

Illis & ſilices, & poſſunt cedere quercus,
Nedum tu poſſis ſpiritus iſte levis.
Quare ſi pudor eſt, quam primum errata fatere,
Dicere quo pereas ſæpe in amore juvat.

X.

O Jucunda quies primo cum teſtis amori
Affueram veſtris conſcius in lacrymis.
O noctem meminiſſe mihi jucunda voluptas,
O quoties votis illa vocanda meis,
Cum te complexa morientem Galle puella,
Vidimus, & longa ducere verba mora.

Quamvis

Nec non pertinet huc Græcus Senarius:

Νοῦς ἱμειρόμενος σῆς βιβρώσκων ὀστέα.

Pergo: Verbum *Attingere* non ceperunt Non hic ad vulgi ſtateram expendendum eſt. Modo enim abſtruſo & Græcis familiari pro *μυηθέντας* traduxit Callimachus noſter. Sic Græcis *ἐπτεῦθαι* pro *αἰσθάνεσθαι* uſurpant. Euripidis Hecub. verſ. 675. Luillius lib. VI. *Neque prius quam venas hominis tetigit ac præcordia*. Idem.

J. SCALIGER.

Sæpe in amore levat) Scriptus liber, *Juvat*. Quod melius eſt.

Adfueram veſtris conſcius in lacrimis) Propertiana loquutio, *conſcius in lacrimis*, imo archaica. Alibi:

Surget & invitis ſpiritus in lacrimis.

Item:

Tantus in erepto ſurgit amore dolor.

Catullus

— in mala Deditus vir adultera.

Vidimus in longam ducere verba moram) Alia lectio eſt in ſcripto:

Quum te cõplexa morientẽ, Galle, puella
Vidimus & longa ducere verba mora.

Quæ non aſpernanda ſunt.

VARIORUM.

Primo cum teſtis Amori.) Invicem amantes initiatos ſacris Cupidinis aſſumunt. Melitte quod audacius Veneris myſteria proloquatur nullam pudoris & honeſti rationem ducens, ſatisfacere ſe credit hac excuſatione, quod ad initiatum hæc dicat. lib. V. Achil. Tatii. *Εἰ δέ τί σοι περιττὸς ἐθεραπευσάμην, συγγίνωσθι φίλτατε, ἔρως ἀτυχῶν καὶ μαίνη. ἀσχημονοῦσα οἶδα, ἀλλ' οὐκ αἰσχύνομαι τὰ τοῦ ἔρωτος ἐξαγορεύουσα μυστήρια. πρὸς ἄνδρα λαλῶ μεμυημένον.* Gebh.

Cum te complexa morientem, Galle, puella.) Sic ſupr. *Sed me complexa remorantur verba puella.* Petronius: *Animam noſtro amplexam in corpore.* id eſt, *περιπλακεῖσαν*. Vide Priſcianum lib. VIII. & X. Quod autem dicit *morientem*, egregie tangit affectus amantium, ut & Sappho:

Τεθνᾶναι δ' ὀλίγου δέοισα
Φαίνομαι ἄπνους.

Et ipſe infra: *cupere optatis animam deponere verbis* ſed omnium elegantiſſime & *γραφικῶς* hæc deſcribit Hiliodorus lib. II. *Douſa F.*

Longa ducere verba mora.) Verboſa

gaudet

Quamvis labentes premeret mihi ſomnus ocellos,
  Et mediis cælo luna ruberet equis,
Non tamen a veſtro potui ſecedere luſu.
  Tantus in alternis vocibus ardor erat.
Sed quoniam non es veritus concredere nobis:
  Accipe commiſſæ munera lætitiæ.
Non ſolum veſtros didici reticere dolores.
  Eſt quiddam in nobis majus amice fide.
Poſſum ego diverſos iterum conjungere amantes,
  Et dominæ tardas poſſum aperire fores,
Et poſſum alterius curas ſanare recentes,
  Nec levis in verbis eſt medicina meis.
Cynthia me docuit ſemper, quæcunque petenda,
  Quæque cavenda forent. non nihil egit amor.
Tu cave ne triſti cupias pugnare puellæ,
  Neve ſuperba loqui, neve tacere diu,
Neu ſi quid petiit, ingrata fronte negaris,
  Neu tibi pro vano verba benigna cadant.
Irritata venit, quando contemnitur illa,
  Nec meminit juſtas ponere læſa minas.
At quo ſis humilis magis, & ſubjectus amori,
  Hoc magis effectu ſæpe fruare bono.
Is poterit felix una remanere puella,
  Qui nunquam vacuo pectore liber erit.

Ecquid

gaudeat Venus loquella: amantque amantes colloquiis arceſſitis tempus terere. Petronius: *Quumque diu mecum eſſet locuta, & me arceſſito ſermone laſſaſſet.* Achilles Tatius lib. II. Ὡς περιέπλεκον λόγους ἐκ λόγων, τὸ αὐτόματον μοι συνήργησε. lib. IV. Περιπλοκὰς ἐζήτει λόγων *Gebhardus.*

J. SCALIGER.

Et poſſum alterius curas) Liber noſter, *pœnas.*

Quæque cavenda forent] Interpolata ex veteri ſcriptura. Nam ita in libro noſtro legitur: *Quæque querenda forent.* lego, *Quæque verenda forent.* Nihil tamen de ſententia deperit.

Proxima

XI.

Ecquid te mediis ceſſantem Cynthia Baiis,
Qua jacet Herculeis ſemita littoribus,
Et modo Theſproti mirantem ſubdita regno
Proxima Miſenis æquora littoribus,
Noſtri cura ſubit memores ah ducere noctes?
Ecquis in extremo reſtat amore locus?
An te neſcio quis ſimulatis ignibus hoſtis
ſuſtulit e noſtris Cynthia carminibus?

Atque

J. SCALIGER.

Proxima Miſenis) Non eſt dubium, quin ita interpolarint Grammatici, quum lepida repetitio ſit in noſtro:

Et modo Theſproti mirantē ſubdita regno,
Et modo Miſenis æquora litoribus.

Intelligit duo maria, alterum Puteolis, alterum Miſenis ſubjectum. Dion libro quadrageſimo octavo. ἐν τῇ Κύμῃ τῇ Καμπανίδι χωρίον τι μεταξὺ Μισηνοῦ καὶ Πυτεόλων μηνοειδές ἐστιν. ὄρεσι τε γὰρ σμικροῖς καὶ ψιλοῖς πλὴν βραχέων περιείληπται, καὶ θάλασσαν τριπλῆν κολπώδη ἔχει. Deinceps ponit quæ ſint ex θάλασσαι. In medio mari erant Bajæ, nempe prope Lucrinum. Quum igitur Cynthia eſſet Bajis, ſiniſtra Puteolos, quæ eſt ora Theſprotia, dextra Miſenos habebat. In ora Cumarum, quæ Græcis coloniis Abantum prætexta erat, ſunt Puteoli: quam oram propterea vocat regnum Theſproti: quia Theſprotus nomen fecit Theſprotiæ Epiri: a qua Ambraciotæ Abantes profecti occuparunt eam oram, ubi fuerunt Cumæ, ut & mediocriter docti ſciunt. Quid ergo eſt, quod hic tam faceſſit negotium doctiſſimis viris? Amabo definite præclari in doctrina viri amplius in re vel pene pueris nota hæſitare. Primus anſam dubitandi dedit amœni vir ingenii Jacobus Sannazarius apud Miſcellaneorum ſcriptorem Alexandrum de Alexandro Neapolitanum. Si miraris Theſprotiam dici, ubi Theſproti coloni ſunt, quare non etiam miraris Franciam in Celtis, Langobardiam in Inſubribus, Burgundiam in Maxima Sequanorum, Vasconiam in Novempopulania? At tandem rixarum modus eſto. Quod igitur falſa ſit, & vitioſa vulgata lectio, apparet ex verbis Dionis, quæ ſupra adduximus. Nam idem ſinus non eſt ſubjectus Theſprotiæ Cumarum, qui & Miſenis, ſed inter hunc & illum, eſt Bajanus. Quare hic error erat & ἀχωρογραφησία.

Noſtri cura ſubit memores abducere) *Abducere noctes* pro abnoctare dici Latine, non mihi perſuadeo. Sed neq; multo ſincerior eſt ſcriptura noſtra, *abducere*. Lego, *ah ducere*. perſpicue verum.

Suſtulit e noſtris) Nam in cauſſa erit, ne amplius celebrem te carminibus meis.

VARIORUM.

Theſproti) Panſalii lectio *te Protei* placet. Sanazarii apud Alex. ab Alexandro Genial. dieb. dura *Te Trochyta* non item probatur. Vide Turneb. 11. cap. 1. *Teſproti* V. lege Silii verſus lib. 7. 84. *Livinejus.*

Tenui

Atque utinam mage te remis confiſa minutis
Parvula Lucrina cymba moretur aqua:
Aut teneat clauſam tenui Teuthrantis in unda
Alternæ facilis cedere lympha manu,
Quam vacet alterius blandos audire ſuſurros
Molliter in tacito littore compoſitam:
Ut ſolet amoto labi cuſtode puella
Perfida, communes nec meminiſſe deos.
Non quia perſpecta non es mihi cognita fama,
Sed quod in hac omnis parte timetur amor.
Ignoſces igitur, ſi quid tibi triſte libelli
Attulerint noſtri: culpa timoris erit.

An

J. SCALIGER.

Tenui tentandis in unda] Noſter liber & commentarius Beroaldi, *Tentantis.* una litera plus lego, *Teutrantis.* Nam Teuthras eſt nomen Græcum, & aptum Græcæ coloniæ. Præterea Silius Italicus quum ſoleat fingere nomina a fluviis, Cumanum quendam, vocat Teuthrantem, libro undecimo: *Perſonat Euboica Teuthras teſtudine Cymes Incola.* A Bajano igitur vicino fluviolo Teuthrantem Cumanum vocat. Quis dubitat eſſe aut fluviolum, aut Euripum, quum ipſemet poëta id clare loqui videatur?

Culpa timoris erit) Noſter, *timentis.*

VARIORUM.

Communes nec meminiſſe Deos.) Variam explicationem admittit. nam aut ad omnes Deos referri poteſt, quibus quaſi teſtibus interpoſitis mutua inter ſe fide amantes obligantur: aut ad ſolam Fortunam, quæ omnibus communis eſt, & nunc alii benigna, quæ ſententia firmatur hoc Menandri verſu: Ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης. aut etiam ad Venerem, quam ab inconſtantia ποικιλόθρονον appellat Sappho. aut denique ad Amorem, qui paullo momento mutabilis, & ita ut levitate ſua conſtans eſt, ut periculum ſit patri ſive vitrico, ne cognominis ſui jacturam faciat, quem ἀλλοπρόσαλλον Græci vocant: nam ut Ovid dixit in Amoribus:

Quod dubius Mars eſt, per te privigne cupido eſt.

Hinc & ipſe ſupra:

Nullus amor cuiquam faciles ita præbuit alas,
Ut non alterne preſſerit illa manu.

Et lib. II. ---- ---- *Sæpe Cupido*
Huic malus eſſe ſolet, cui bonus ante fuit.

Et Philoſtratus in Epiſtol: καὶ νέμεσις ὀξεῖς θεοὶ καὶ στρεφόμενοι. Ubi Nemeſim & Amorem rite conjunxit, nam ejus Deæ ſimulacra, veluti & Cupidinis, apud Smyrnæos alata fuerunt, teſte Pauſania, quod ejus numen, ut idem addit, in iis potiſſimum apparet, qui amore capti ſunt. *Communes* porro *Deos* dixit ſimiliter ac Pindarus in Nem.

Κοιναὶ γὰρ ἐλπίδες
Πολυπόνων ἀνδρῶν.

Sic Appulejus in libro de Mundo *communem ſtellam Cyllenium* appellat *Deus. F.*

Aa Non

An mihi ſit major caræ cuſtodia matris,
Aut ſine te vitæ cura ſit ulla meæ?
Tu mihi ſola domus, tu Cynthia ſola parentes,
Omnia tu noſtræ tempora lætitiæ.
Seu triſtis veniam, ſeu contra lætus amicis:
Quidquid ero, dicam, Cynthia cauſſa fuit.
Tu modo quam primum corruptas deſere Bajas.
Multis iſta dabunt littora diſſidium.
Littora, quæ fuerant caſtis inimica puellis:
Ah pereant Bajæ crimen amoris aquæ.

XII.

Quid mihi deſidiæ non ceſſas fingere crimen,
Quod faciat nobis conſcia Roma moram?
Tam multa illa meo diviſa eſt millia lecto,
Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.
Nec mihi conſuetos amplexu nutrit amores
Cynthia, nec noſtra dulcis in aure ſonat.
Olim gratus eram, non illo tempore cuiquam
Contigit, ut ſimili poſſet amare fide.

Invidiæ

VARIORUM.

Non dividitur a præcedente Elegia in V. neque in P. *Livinejus.*

Moram.) *notam P.* i. e. nos traducat & differat, ut alibi:

Nunc in amore tuo cogor habere notam.

Idem placuit & Lipſio Var. lect. i. cap. io. *Livinejus.*

Quantum.) *quanta* lege. Heinſius lib. I. Epiſt. 5. ex *Ponto.*

Hypanis.) Servius in illud IV. Georg. *Saxoſumque ſonans Hypanis.* Ponti fluvium Hypanin eſſe, ait. Hypanim Herodotus ex Scythia venientem ait fluere, ex magna palude, quæ Mater Hypanis dicitur. Vide Plin. lib. IV. cap. XII. Cic. III. Tuſc. & Ariſtot. V. de Nat. Anim. Apud eundem Beſtiolas (vermiculos Plinius vocat) naſci ſcribit, quæ unum modo diem vivant. Solinus principem eſſe ait amnium Scythicorum, potui inutilem ob amaritatem aquarum neſcio cujus fonticuli in ipſum influentis. Vide omnino Salmaſium variis in locis Plinianarum obſervationum ad Solin.

Lecta

Invidiæ fuimus. num me Deus obruit? an quæ
  Lecta Prometheis dividit herba jugis?
Non ſum ego qui fueram. mutat via longa puellas.
  Quantus in exiguo tempora fugit amor!
Nunc primum longas ſolus cognoſcere noctes
  Cogor, & ipſe meis auribus eſſe gravis.
Felix qui potuit præſenti flere puellæ.
  Non nihil aſperſis gaudet amor lacrymis.
Aut ſi deſpectus potuit mutare calores:
  Sunt quoque tranſlato gaudia ſervitio.
Mi neq; amare aliam, neque ab hac deſiſtere fas eſt.
  Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.

XIII.

TU, quod ſæpe ſoles noſtro lætabere caſu
  Galle, quod abrepto ſolus amore vacem.
At non ipſe tuas imitabor, perfide, voces.
  Fallere te nunquam Galle puella velit.
Dum tibi deceptis augetur fama puellis,
  Certus & in nullo quæris amore moram,

Perditus

VARIORUM.

Lecta Prometheis dividit herba juga.) Contenderim Poëtam ſignificaſſe, ex herba *Pharmacum*. quod *Promotheum* Apollonius Argonauticon. III. vocavit. Cujuſmodi porro foret ea, nec edocere quidem ſuperſedit. Scribit autem natam primo ex cruore ac ſanie in terram ſtillante, dum Promethei jecur aquila roſtro lancinans in Caucaſo depaſceretur. Ejus, inquit, flos prominet cubiti menſura, colore corycio aſſimilis croco, caule gemino, radix ſub terra caro videtur recens inciſa, ſuccum nigricantem eſſe tanquam phagi Nec vim item tacet: Si, inquit, Proſerpinæ re divina noctu peracta, hoc corpus linias, ferro nullatenus oblædi poteris: neque item ignis incendia ſentire. Hæc nimirum ubi legiſſet Propertius, carmini inſeruit, ceu medicamento eodem ita Cynthiæ mens in eum obduruiſſet, ut nec igneos amoris afflatus perſentiſceret, ac nullos poëtæ æſtus curaret. *Rhodiginus.*

Certus & in nullo quæris amore moram.) Sic Infr. Eleg. XVI. *Faciem quærere* dixit. Et lib. II. Eleg. IV. *Quærere prælia.* lib. IV. Eleg. IV. *Quærere ſomnia* antique: Ita enim *quærere Anguria* Ennius apud Ciceronem lib. I. de Divinat uſurpavit hoc verſu, *Et Romulus pulcer in alto Quærit aves*, id eſt Augurium. *Livinejus.*

 Animam

Perditus in quadam tardis palleſcere curis
  Incipis, & primo lapſus adire gradu.
Hæc erit illarum contempti pœna doloris:
  Multarum miſeras exiget una vices:
Hæc tibi vulgares iſtos compeſcet amores:
  Nec nova quærendo ſemper amicus eris.
Hæc ego non rumore malo, non augure doctus,
  Vidi ego. me quæſo teſte negare potes?
Vidi ego te toto victum langueſcere collo,
  Et flere injectis Galle diu manibus,
Et cupere optatis animam deponere verbis,
  Et quæ deinde meus cælat, amice, pudor.
Non ego complexus potui diducere veſtros.
  Tantus erat demens inter utroſque furor.
Non ſic Æmonio Salmonida miſtus Enipeo
  Tænarius facili preſſit amore deus:

Nec

J. SCALIGER.

Animam deponere verbis) Non dubitamus Propertium ſcripſiſſe:

Et cupere optatis animam deponere membris.

In libris ſcriptis mirum quoties *verba* & *membra* inter ſe commutant.

VARIORVM.

Perditus in quadam, &c.) In uſu ita loquebantur: ægrum eſſe in aliqua, pallidum eſſe, perditum eſſe, commotum eſſe. *Terentius.*

Quid ego ejus tibi nunc faciem prædicem aut
Laudem Antipho:
In hac commotus ſum.

Nam *commotus* ὁ μανεὶς, ὁ παρακεκινηκώς, ut alibi, *ego te commotum reddam*. Sic *commotus in aliqua*, ὁ μανεὶς ἐπὶ ταύτῃ. apud Ovidium

--- --- *Deus arſit in illa.*

Idem:

Pallidus in Lyncé ſylvis errabat Orion.
Pallidus in lenta Najada Daphnis erat.

Salmaſius.

Primo lapſus adire gradu) Accipio primas amoris partes ſeu lineas ſeu gradus, aſpectum ac colloquium. Sic Terent. *Extrema linea amare* dixit. *Livin.*

Lapſus adire gradu.) Legendum putabam. *Lapſus abire gradu* Ut ſit tralatio a gladiatoribus, quorum ex arte poſitura *gradus* dicitur, de quo videnda Lipſii ſaturnalia, quaſi dicat: In decipiendis puellis & vulgivaga illa venere tua, ſeu vagis (ut ait Seneca) ignibus laſſus incipis a priſtina illa tua conſtantia diſcedere, & victas puellæ manus dedere. *Scioppius Veriſimil. l.* 4. C. 6.

Optatis animam deponere verbis.) *Membris*, legunt Scaliger & Douſa P. quia continue ſubjungit, *Et qua deinde meus cælat amice pudor.*

Senſu

Nec ſic cæleſtem flagrans amor Herculis Heben
  Senſit in Oetæis gaudia prima jugis.
Una dies omnes potuit præcurrere amantes:
  Nam tibi non tepidas ſubdidit illa faces;
Nec tibi præteritos paſſa eſt ſuccedere faſtus,
  Nec ſinit abduci, te tuus ardor aget.
Nec mirum: cum ſit Jove digna, & proxima Ledæ,
  Et Ledæ partu, gratior una tribus.
Illa ſit Inachiis & blandior heroinis,
  Illa ſuis verbis cogat amare Jovem.
Tu vero quoniam ſemel es periturus amore,
  Urere. non alio lumine dignus eras.
Quæ tibi ſit felix. quoniam novus incidit error:
  Et quodcunque voles, una ſit iſta tibi.

J. SCALIGE

Senſit in Oetæis) Falſum. In Oetæis jugis arſit. in cælo duxit Heben uxorem. Legendum: Senſit ab Oetæis. Idem invenies apud alios poëtas. Nam ab Oetæis rogis in cęlum venit. ubi Heben accepit.

Illa ſit Inachiis & blandior) Male hæc diſtinguuntur vulgo. Ita enim potius legenda:

Nec mirum, quum ſit Jove digna, & proxima Ledæ,
Et Ledæ partu: gratior una tribus
Illa ſit Inachiis & blandior Heroinis.

Tribus Inachiis heroinis hoc eſt Leda, Helena, & Clytemnæſtra. Nam male interpres Beroaldus.

Et quodcunque voles una ſit iſta tibi) Martialis.

Et quicquid voluit teſta vocatur anus.

VARIORUM.

Nec ſic cæleſtem flagrans amor Herculis. *Flagare aliquam* ſicut ardere, eſt amare. *Amor Herculis* i.e. Hercules. Tales enim periphraſes Græciſſantes apud Propertium ſæpius occurrunt. Sic lib. 1. Eleg. 20. *errorem Herculis* dixit. & Eleg. 3 lib. 3. *quorum labores*, pro, qui laborantes. *Scioppius Veriſimil. l. 4. C. 6.*

Flagrans amor Herculis Heben.) Duo hic obſervanda ſunt, primum *flagrans* cum accuſativo junctum: deinde *flagrans amor Herculis* tum pro Hercule amore incenſo, ut *error Herculis* infra Eleg xx. pro errante Hercule Sic *hiatum leonis* pro leone hiante invenias apud Lucretium lib. v. *Equorum vires* pro valentibus equis apud Manilium lib. v. πυλαιγενέων πολία φωτων. pro inclytis Heroibus apud Apollodorum. *Fugam ſervorum* pro ſervis fugitivis *in leg.* 11. *ff. de lege Fabia.* Douſa F.

Nec ſinet abduci.) In libro. Cl. Modii erat *adduci.* quod probo. pendet enim ἀπὸ κοινοῦ *præteritos faſtus.* Douſa F.

Error.) pro *amore* poëtis paſſim Plurima exempla collegit Nobiliſſimus Heinſius ad Ovid. Amor. l. i. Eleg. 10. & Metam. lib. 10. verſ. 342.

Et quodcunque.) Ego *quotcunque* malim, ut ſignificet Poëta, utinam, ſit una hæc inſtar omnium.

Et quaſi pro multis millibus una tibi.

Sic Sappho Ovidiana ad Phaonem ſuum:

Abſtulit omne Phaō, quod vobis ante placebat
Improbe, multarum quod fuit, unus habes.

Douſa F.

XIV.

TU licet abjectus Tiberina molliter unda
  Lesbia Mentoreo vina bibas operè,
Et modo jam celeres mireris currere lintres,
  Et modo tam tardas funibus ire rates,
Et nemus omne ſatas intendat vertice ſilvas,
  Urgetur quantis Caucaſus arboribus,
Non tamen iſta meo valeant contendere amori,
  Neſcit amor magnis cedere divitiis.
Nam ſive optatam mecum trahit illa quietem,
  Seu facili totum ducit amore diem:
Tunc mihi Pactoli veniunt ſub tecta liquores,
  Et legitur rubris gemma ſub æquoribus:
Tum mihi ceſſuros ſpondent mea gaudia reges;
  Quæ maneant, dum me fata perire volent.
Nam quis divitiis adverſo gaudet amore?
  Nulla mihi triſti præmia ſint Venere.
Illa poteſt magnas heroum infringere vires.
  Illa etiam duris mentibus eſſe dolor:

Illa

VARIORUM.

Abjectus Tiberina molliter unda.) i. e. leviter, temere, atque ſine arte projectus & quaſi effuſe jacens. Sic Dido apud Ovidium:

Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Douſa P.

Et modo tam celeres, &c.) Quod poſtremum nobis interpretatus eſt Ovidius lib. IV. Triſtium, ubi ſcribit: *Cantat & innitens limoſa pronus arena, Adverſo tardam qui trahit amne ratem.* Douſa P.

Et nemus omne ſatas &c.) Hanc eſſe puto ſententiam: Licet omne nemus ſilvas vertice ita intendat & ſuperne augeat, ut cum altiſſimis Caucaſi arboribus contendere velle videantur, quæ res tibi voluptatem non vulgarem conciliat, meus tamen in Cynthiam ardor longe majori jucunditati eſſe ſolet. Silvas pro arboribus poſuit, & intendere pro augere, ſicut Lucretius lib. 6. de fulminis mobilitate

-- quæ plagis intendant mobilitatem.
Scioppius. Veriſimil lib. 3. c. 4. pro *ſatas* puto leg. *ſacras.* Virgil. *Atque arbuta ſacra Deferrent ſylvæ.* Livinejus

Sæpe

Illa neque Arabium metuit tranſcendere limen,
Nec timet oſtrino Tulle ſubire toro,
Et miſerum toto juvenem verſare cubili.
Quid relevant variis ſerica textilibus?
Quæ mihi dum placata aderit, non ulla verebor
Regna, nec Alcinoi munera deſpicere.

XV.

SÆpe ego multa tuæ levitatis dura timebam,
Hac tamen excepta Cynthia perfidia.
Aſpice me quanto rapiat fortuna periclo,
Tu tamen in noſtro lenta timore venis,
Et potes externos manibus componere crines,
Et longa faciem quærere deſidia:

Nec

J. SCALIGER.

Sæpe ego multa tuæ levitatis jura timebam) In ora noſtri libri eadem manu adpoſitum erat, *levitatis dura* quod verum eſt, & a nobis probatur. *dura levitatis*, ut Horatius, *per acuta belli.*

VARIORUM.

Et potes externos.) Lego *heſternos* Livineius. Diu eſt quod ſcribendum vidi: *Et potes heſternos manibus componere crines* Quam conjecturam confirmavit poſtea Neapolitanus codex ſatis vetuſtus, & alter qui penes me exſtat. De externis & adſcititiis crinibus quæ dici poſſint ſcio. ſed huic opprobrio hic locus non eſt. Potes, inquit, ſingulis diebus crines componere. *Heſternas coronas* pari modo dixit lib. 2. Eleg. 34. pro heri plexis, ut recte illic reſtituit Lipſius. & *Heſternas lucernas* lib. 3. Eleg 7. quæ vera illic ſcriptura. *Heſternas roſas* Ovid. lib. 3. Amor. Eleg. 7. pro heri carptis. Heinſius ad Ovid. Artem lib. 3. verſ. 154.

Longa faciem quærere deſidia.) Hoc eſt, καλλωπίζεσθαι κατὰ τὸ γυναικῶν ἔθος, quæ morantur longius, dum ſe poliunt ac comunt; Cicero pro Milone. *Milo autem cum in Senatu fuiſſet eo die quoad Senatus eſt dimiſſus, domum venit; calceos & veſtimenta mutavit, pauliſper dum ſe uxor, ut fit, comparat, commoratus eſt.* Sed etiam dum ſpeculum conſulunt de facie. Ariſtænetus lib. 1. Epiſt. xxv. Πρῶτον μὲν ἦλθε περιεργότερον κοσμηθεῖσα καὶ στίλψασα τὰς παρειὰς ἀστείως, καὶ πρὸς ἔσοπτρον, ὡς εἰκὸς, διαπλεξαμένη καὶ ἀφετίσασα τοὺς κόμας. Ovid. lib. iv. Met.

Nec tamen ante adiit, & ſi properabat abire,
Quàm ſe compoſuit, quàm circumſpexit amictus
Et finxit vultum & meruit formoſa videri.

Faciem vero *quærere deſidia* non eſt longa inertique mora ſpeculum de forma interrogare: ſed formam acquirere ac conciliare diu deſidendo ac præbendo ſeſe ornatricibus. Tibullus *Tardam* vocat *artem*. lib. 1. Eleg. viii. verſ. xv. *Illa placet quamvis inculto venerit ore. Nec nitidum tarda compſerit arte caput.* Ariſtænetus: ὧν ἀκόσμητος ἡ δὲ ἁβρότης τεθρύπτηκεν ἑαυτῇ Fabius formæ *laborem* lib. viii. Proœmio. *Gebhard.*

Sciverat

Nec minus Eois pectus variare lapillis,
  Ut formoſa novo quæ parat ire viro.
At non ſic Ithaci digreſſu mota Calypſo
  Deſertis olim fleverat æquoribus.
Multos illa dies incomptis mæſta capillis
  Sederat injuſto multa locuta ſalo:
Et quamvis nunquam poſthac viſura, dolebat
  Illa tamen longæ conſcia lætitiæ.
Alpheſibœa ſuos, ulta eſt pro conjuge fratres,
  Sanguinis & cari vincula rupit amor.
Nec ſic Æſonidem rapientibus anxia ventis
  Hypſipyle vacuo conſtitit in thalamo.
Hypſipyle nullos poſt illos ſenſit amores,
  Ut ſemel Æmonio tabuit hoſpitio.
Conjugis Evadne miſeros elata per ignes,
  Occidit Argivæ fama pudicitiæ.
Quarum nulla tuos potuit convertere mores,
  Tu quoque uti fieres nobilis hiſtoria.
Deſine jam revocare tuis perjuria verbis
  Cynthia, & oblitos parce monere deos. Au-

VARIORUM.

Sederat.) Sedere ſolebant lugentes. Heſychius. καθίδρας, πένθους ἡμέρας ἐπὶ τετελευτηκόσι. Unde Turnebus de feriis denicalibus exponit illud ex Virgil. Æn. lib. IX.

---- ---- *luco tum forte parentis.*
Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat.

Idem de Luſcinia lugente. IV. Georg.

---- ---- *At illa*
Flet noctem, ramóque ſedens miſerabile carmen
Integrat. ---- ---- ---- ----

Cic. lib. II. de leg. *Feriæ denicales reſidentur mortuis.* Homer Odyſſ. x.

Ἑζόμενοι δὲ κατ᾽ αὖθι γόων, τίλλοντό τε χαίτας.

Sedentes autem illic gemebant, & comas vellebant. *Paſſ.* Vid. Kirchm.

Revocare tuis perjuria verbis.) Genus ſatisfactionis erat apud Veteres *Jurare*, NOLLE SE FACTUM. Sic apud Terent. Adelph. Act. II. Sc. I. Sannio indignis modis acceptus ab Æſchino.

Tu quod te, inquit, *poſterius* PURGES, NOLLE HANC INJURIAM MIHI FACTAM ESSE, *hujus non faciam: crede hoc, ego meum jus perſequar*
Novi ego veſtra hæc: NOLLEM FACTUM: DABITUR JUSJURANDUM ESSE TE INDIGNUM INJURIA HAC: *cum ego indignis ſim acceptus modis.*

Hoc eſt ergo quod *revocare* dicit Propertius. *Livinejus.*

Oblitos

Audax ah nimium noſtro dolitura periclo,
  Si quid forte tibi durius inciderit.
Multa prius vaſto labentur flumina ponto,
  Annus & inverſas duxerit ante vices,
Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura,
  Sis quodcunque voles, non aliena tamen,
Quamve mihi viles iſti videantur ocelli,
  Per quos ſæpe mihi credita perfidia eſt.
Hos tu jurabas, ſi quid mentita fuiſſes,
  Ut tibi ſuppoſitis exciderent manibus.
Et contra magnum potes hos attollere ſolem?
  Nec tremis admiſſæ conſcia nequitiæ?
Quis te cogebat multos pallere colores,
  Et fletum invitis ducere luminibus?
Queis ego nũc pereo, ſimiles moniturus amantes:
  O nullis tutum credere blanditiis? Quæ

VARIORUM.

Oblitos parce movere Deos.) i. e. Parce Deis oblitis incutere delicta tua. *Deos oblitos* & quaſi veterno delictorum ſuorum ſpreſſos cave excites. *Movere* hic eſt κινεῖν. Sic Græci κύνα καθεύδοντα μὴ κινεῖν. Et qui obdormiverunt motu excitantur. Apollonius lib. I. τὸν δ' ὅγε κεκλιμένον μαλακοῖς ἐνὶ κώεσιν οἰῶν Κινήσας ἔγειρε παρασχεδόν Gebhard.

Si quid forte tibi duris inciderit.) Priſca Formula in vitanda Mortis mentione; nam omnino a Mortis mentione abhorrebant veteres. Apud Cæſar. Julium. lib. III. de B. C. *Pompejus, Tueamini, inquit, caſtra & defendite diligenter*, SI QUID DURIUS ACCIDERIT. Voce HUMANITUS. etiam perſæpe hac in re utebantur: Ut Ennius Ann. I. *Sei quid me fuvit* HUMANITIS, *ut teneatis*. Apul. Apol. *Ne ſi quid ei* HUMANITUS *accidiſſet, nomen maritus in uxoris tabulis non haberem* Cic. Philip. II. *Si quid mihi* HUMANITUS *accidiſſet*.

Quamve mihi viles iſti videantur ocelli, &c.) Nonnunquam & per *oculos* ſuos jurabant. Plaut. Menæch. Sc. ult. *Sultis* PER OCULOS JURARE. Atque ita Amicæ, debitias facientes, ſæpe jurabant. Ovid. lib. II. Amor. Eleg. XVI.

At mihi te comitem JURABAS *uſque futuram*
  PER ME, PERQUE OCULOS, *ſidera noſtra*, TUOS
Idem lib. III. Am. Eleg. II.
  PERQUE SUOS *illam nuper* JURASSE *recordor*.
  PERQUE MEOS OCULOS. -- -- Noſter hoc loco,
Quamve mihi viles iſti videantur OCELLI,
  PER QUOS *ſæpe mihi credita perfidia eſt*.
HOC TU JURABAS, SI QUID MENTITA FUISSES.
  UT TIBI SUPPOSITIS EXCIDERENT MANIBUS.
Briſſonius.

XVI.

QUæ fueram magnis olim patefacta triumphis
Janua Tarpeiæ nota pudicitiæ,
Cujus inaurati celebrarunt limina currus,
Captorum lacrymis humida ſupplicibus;
Nunc ego nocturnis potorum ſaucia rixis,
Pulſata indignis ſæpe queror manibus.
Et mihi non deſunt turpes pendere corollæ
Semper, & excluſi ſigna jacere faces:
Nec poſſum infamis dominæ defendere noctes
Nobilis obſcænis tradita carminibus.

Nec

J. SCALIGER.

Et mihi non deſunt turpes pendere) *Deſunt pendere*. Silius:

Paſcere nec Pœnus pravum, aut nutrire favorem
Deerat -- Item:
Nec denſa trepidis abſunt ſe involuere nubes -- Item.
Nec quos vile genus deſpectaque lucis origo
Fœdabat, ſperare ſibi, & depoſcere primi
Deerat imperium, & patria pereuntis habenas.

Nobilis obſcænis tradita carminibus) Ovidius Amorum III. Elegia loquitur·
Ah quoties foribus duris inciſa pependi.
Non verita a populo prætereunte legi.

VARIORUM.

Magnis olim patefacta triumphis.) Fefellit ratio Beroaldum qui triumphalem Portam hic intelligit; nam *Janua* non dicitur porta. *Janua*, inquit Servius in I. Æneid. *eſt primus domus ingreſſus; ſic dicta, quia Jano conſecratum eſt omne principium.* Significari autem puto dominos illius Januæ triumphantes, & redeuntes e Capitolio ſuas in ædes ſic invectos. *Paſſerat.*

Pulſata manibus.) Non manibus tantum, ſed & *ſaxis* cædebatur Janua & *calcibus*, & *vectibus* & *ſagittis* apud Plautum.

Excluſi ſigna jacere faces) Solent amantes, cum totam noctem fruſtra, & non recepti dominæ foribus invigilaſſent, exſtinctas & deficientes faculas ad oſtium abjicere; quas dum vicini & prætereuntes mane viderent, facile eo ſigno judicabant, amatores eam noctem ibi inſomnem traduxiſſe, atque ita Dominam, quæ ædes eas haberet, non nimis honeſtam & pudicam eſſe. Faces autem & coronæ liſtæ, ſigna ebriorum. Plutarch. in Pyrrho: Καὶ τοῦ δήμου κωθιζομένου, λαβὼν ςέφανον τῶν ἰώλων καὶ λαμπάδιον, ὥσπερ οἱ μεθύοντες. Conqueritur igitur Janua, quam hoc loco Propertius loquentem induxit, non poſſe ſe pudorem dominæ ſuæ defendere, etiamſi maxime velit, cum alius noctu carmina affigat: alius januam corollis ornet; alius exſtinctas faces ad oſtium abjiciat: quæ omnia de dominæ impudicis moribus ſe tacente facile teſtentur. *Lipſius.*

Has

Nec tamen illa ſuæ revocatur parcere famæ
Turpior, & ſecli vivere luxuria.
Has inter gravibus cogor deflere querelis
Supplicis a longis triſtior excubiis.
Ille meos nunquam patitur requieſcere poſtes
Arguta referens carmina blanditia.
Janua vel domina penitus crudelior ipſa,
Quid mihi tam duris clauſa taces foribus?
Cur nunquam reſerata meos admittis amores,
Neſcia furtivas reddere mota preces?
Nullane finis erit noſtro conceſſa dolori?
Triſtis & in tepido limine ſomnus erit?
Me mediæ noctes, me ſidera prona jacentem,
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu:

Tu

J. SCALIGER.

Has inter gravibus cogor deflere querelis) Legendum profecto:

Has inter gravius cogor deflere querelas. Præter eas querelas eſt quod gravius doleat mihi. Quod *Gravius* bene repoſitum ſit a nobis fidem fecerit, τὸ *Triſtior.*

Me ſidera plena) Lege *prona*, ut in noſtro libro. At illud *plena* ineptum.

Me dolet aura) Et hoc quoque ineptum. In margine codicis legitur *dolat* quod retinendum.

VARIORUM.

Quid mihi tam duris clauſa taces foribus?) Proprie de Janua, quæ nunquam recluditur ut amanti pateat. ideoque *tacere* dicitur μεταφορικῶς, quod cardines ejus crepitum non edunt, diverſa tamen ratione, quam belliſſimum illud & taciturniſſimum oſtium in Curculione Plautina, cujus cardinis lepos ab adoleſcente amatore eo maxime nomine commendatur, quod nunquam ullum verbum mutiret, unde & *oculiſſimum* dici meritum. Quo item alterum illud ab eodem Comico trahas licet; *Fac habeant linguam tuæ ædes, ut me, quum veniam vocent.* Douſa P.

In tepido limine ſomnus erit) *Tepidum limen* dixit Propertius, quod ex continuo ſupra ipſum ſtatu tepeſceret. Sic Martial. lib. IV. Trigona tepidum dixit, quia ex continuo motu pilæ in manibus ipſa tepida evadebat, *Mercurialis.*

Sidera plena.) *Sidera plena* dicuntur, cum cœlum plenum eſt ſideribus. Abeſſe enim videntur ſidera, cum ſpectabilia non ſunt. At cum exoriuntur paulatim implentur numeri, procedente nocte. *Sidera* igitur *plena*, ſidera pleno illis cælo, ut *flumina plena*, flumina plenis urnis. *Gronovius.* Obſerv. l. 3. c. 3.

Frigidaque Eoo me dolat aura gelu.) Alluſit ad Etymon *aura*, quod eſt, quaſi ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέουσα. unde & ἀίσχαυγον diluculum appellat Apollonius in Argonauticis, id quod alii λυκόφως· περὶ γὰρ τὸν τοιοῦτον καιρὸν, ut tradit Apollonii Scholiaſtes, αἱ αὖραι πνέουσι, καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ ποιητοῦ. Αὔρη δ' ἐκ ποταμοῦ ψυχρὴ πνέει ἠῶθι πρό. *Douſa F.*

Qua

Tu ſola humanos nunquam miſerata dolores
Reſpondens tacitis mutua cardinibus.
O utinam trajecta cava mea vocula rima,
Percuſſas dominæ vertat in auriculas!
Sit licet & ſaxo patientior illa Sicano,
Sit licet & ferro durior, & chalybe:
Non tamen illa ſuos poterit compeſcere ocellos,
Surget & invitis ſpiritus in lacrymis.
Nunc jacet alterius felici nixa lacerto,
At mea nocturno verba cadunt Zephyro,
Sed tu ſola mei tu maxima cauſſa doloris,
Victa meis nunquam janua muneribus.
Tu non ulla meæ læſit petulantia linguæ,
Quæ ſolet irato dicere tuta loco,
Ut me tam longa raucum patiare querela,
Solicitas trivio pervigilare moras.
At tibi ſæpe novo deduxi carmina verſu,
Oſculaque impreſſis nixa dedi gradibus.

Ante

J. SCALIGER.

Quæ ſolet irato dicere tuta loco) Liber ſcriptus, *Quæ ſolet iratus.* recte. Fortaſſe autem *trita*, non *tuta*:

Quæ ſolet iratus dicere trita loco.

Trita illa, & ſolita, quæ irati ſolent loco & tempore, hoc eſt quotieſcunque poſcit locus ut iraſcantur, effutire. Occurrit ſæpe in libris ſcriptis ut Tritus, & Tutus invicem commutentur.

VARIORUM.

Sit licet & ſaxo patientior, &c.) *Patientior* idem quod *durior*, & *durior* idem quod *patientior*, quæ duo etiam in uno Martialis verſu conjuncta reperias hoc exemplo:

Si patiens fortisque tibi, duruſque videtur.

Unde *durare* pro pati non raro a poëtis ſumitur. & Ovidius in Ponticis *duritia* pro patientia eſt uſus ad Pedonem ſcribens verſu illo:

Et quos tu ſilices. & quod cariſſime ferrum?
Duritia confers Albinovane mea?

Douſa P.

Quæ ſolet.) *Turba* puto *Livinejus*. Veteres libri *tota loco*. Scribe *Quæ ſolet irato dicere pota joco. Jocum iratum* vocat dicteria & ſcommata, niſi mavis *probra joco.* Heinſius 6. Faſt. verſ 438. Probabam. *Quæ ſolet irato dicere bucca ioco.* Gebhardus. Paſſeratius ex Vet. lib. *Quæ ſolet immerito dicere turba loco.* Quidam. *Quæ ſolet irato dicere dura joco.*

Nec

Ante tuos quoties verti me perfide poſtes,
Debitaque occultis vota tuli manibus?
Hæc ille,& ſi quæ miſeri noviſtis amantes,
Et matutinis obſtrepit alitibus.
Sic ego nunc dominæ vitiis, & ſemper amantis
Fletibus, æterna differor invidia.

XVII.

ET merito, quoniam potui fugiſſe puellam,
Nunc ego deſertas alloquor halcyonas.
Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam,
Omniaque ingrato littore vota cadunt.
Quin etiam abſenti proſunt tibi Cynthia venti.
Aſpice quam ſævas increpat aura minas.

Nulla

J. SCALIGER.

Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam) Nec mihi Caſſiope apparet, ut ſolet. Hæc tamen inconcinna ſunt, neque magno aliquo mendo carent. Ego lego:

Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam
Ominat. ingrato litore vota cadunt.

Nec, inquit, ſidera dant mihi omen ſe viſura carinam. Hypallage: ominor ex ipſa Caſſiope & aliis aſtris me non viſurum carinam. nube enim omne cælum obductum eſt. ominat, & ominatur, utrunque dixerunt veteres. Pomponius Cretula;

-- Nil petitura? bene
Eveniat. Ita ſit. Et tibi bene ſit qui recte ominat.

Eſt autem Græca figura, *ominat viſura*, pro ominat viſuram. Sic alibi:

Viſura & quanvis nunquam ſperaret Ulyſſem.

VARIORUM.

Debitaque occultis, &c.) Compotes facti VOTA SOLVEBANT ac REDDEBANT, ut DEBITA Livius lib. v. de decima prædæ Vejentanæ, quam Camillus voverat. *Haud facile*, inquit, *inibatur ratio jubendi referre prædam populum*, Ut *ex ea pars* DEBITA, *in ſacrum ſecerneretur* Valer. Max. lib. 1. cap. 1. *Cum Marcellus quintum Conſulatum gerens, templum* HONORI ET VIRTUTI, Claſtidio *prius, deinde Syracuſis potius*, NUNCUPATIS VOTIS DEBITUM *conſecrare vellet*. Virgil. in Ceiri. DEBITA *cum caſte* SOLVUNTUR VOTA *Minervæ*. Horat. lib. Carm. Ode XXXVI.

Et tura & fidibus juvat
Placare, & vituli SANGUINE DEBITO
Cuſtodes Numidæ Deos.

Ubi vetus interpres *Sanguine*, ait, *Debito*, id eſt, *votis pactis*. DEBETUR ENIM HOSTIA, *dum votis ſuſceptis promittitur*. In veteri inſcriptio. Rom. RUSTICELLA. M. L. CYTHERIS. DEBITUM. REDDIDIT. XII. KAL. SEP. MALUGINENSE. ET. BLÆSO. COS. *Briſſonius*.

Deraſſet

Nullane placatæ veniet fortuna procellæ?
Hæccine parva meum funus arena teget?
Tu tamen in melius ſævas converte querelas.
Sat tibi ſit pœnæ nox, & iniqua vada.
An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis?
Oſſaque nulla tuo noſtra tenere ſinu?
Ah pereat, quicunque rates, & vela paravit
Primus, & invito gurgite fecit iter.
Nonne fuit levius dominæ pervincere mores?
Quamvis dura, tamen rara puella fuit:
Quam ſic ignotus circumdata litora ſilvis
Cernere, & optatos quærere Tyndaridas?
Illic ſi qua meum ſepelirent fata dolorem,
Ultimus & poſito ſtaret amore lapis:
Illa meo caros donaſſet funere crines,
Molliter & tenera poneret oſſa roſa:

Illa

J. SCALIGER.

Donaſſet funere crines) creberrimus in hoc caſu Propertius, *funere, ore, lumine,* pro *funeri, ori, lumini.* donare crines funeri notum ex Tragicis Græcis, & ex ipſo Propertio alibi:

Exequiæ fuerant rari furtiva capilli.
Vincula —

VARIORUM.

Placata procella) placata procella puto reſcribendum. quod ſi cui vulgata lectio probabitur, is ſciat velim, *Fortunam* hoc loco pro felici eventu, tranquillitateque, ſic malacia quadam poſitum ſe accipere debere. *Douſa P.*

Siccis mea fata reponere ocellis.) i.e. cadaver & cineres meos indeploratos urna condere: vel potius a te ſegregare & oblivisci, quaſi meum funus nihil ad te pertineat? *Douſa P.*

Dominæ pervincere mores.) Ita ſe aptare obſequio, ut moroſitas ſuperbæ Cynthiæ emolliatur. Heliodorus lib. VII. Ὁρᾶν ᾗ καὶ ὀνθμίζειν ἑαυτοὺς, εἴκειν τε καὶ ὑπηρετεῖσθαι τῆς Ἀρσάκης βουλήμασι. Plato in Theæteto Ἐπιστάμενοι τὸν δεσπότην λόγῳ τε θωπεῦσαι, καὶ ἔργῳ χαρίσασθαι. Contra fœminæ debent Virorum mores pervincere tranquillitate morum, ſilendo, cedendo, prudenter in rem familiarem conſulendo, ſicut feciſſe ſe ait captiva Andromache apud Euripidem Troade verſ. 647. *Mores* autem hic in ſe complectuntur moroſitatem atque ſuperbiam. *Gebhard.*

Quærere.) pro quærere & implorare poſitum videri poteſt. *Douſa P.*

Donaſſet funere crines) Cum ſepeliiſſent, etiam comam tundebant, & imponebant tumulo, Ovid. in Epiſtola Canaces:

Non mihi te licuit lacrymis perfundere juſtis,
In tua nec TONSAS FERRE SEPULCRA COMAS.

Statius Thebaid. VI.

Ad

Illa meum extremo clamaſſet pulvere nomen,
Ut mihi non ullo pondere terra foret.
At vos æquoreæ formoſa Doride natæ,
Candida felici ſolvite vela choro.
Si quando veſtras labens Amor attigit undas,
Manſuetis ſocio parcite littoribus.

Hæc

At genitor ſceptrique decus, cultuſque Tonantis
Injicit ipſe rogis, tergoque & pectore FUSAM
CÆSARIEM FERRO MINUIT.

Homerus Iliad. ψ'.

Haud capiti mihi fas ullas infundere lymphas,
Ante rogum, cari monumentaque ſumma Patrocli.
ABSCISSAMQ. COMAM.

Et Odyſſ. δ'.

Unus honos vitæ exutis ſupremus habetur,
ET CRINEM METERE, *& lacrymas impendere fato.*

Apud nullum fere poëtam non mentio hujus moris. Nonnulli ad cutem uſque radebant. Alcæus in Epigrammatis Græcis Anthologii. *(deflet,*

Omnis te extinctum Pylade nunc Græcia
Explicitas amens IN CUTE TONSA COMAS:

Theſſali equorum quoque jubas detondebant, ut eſt apud Plutarchum in Pelopida. *Meurſius.*

Teneræ poneret oſſa roſæ) Inter omnes flores, quibus veteres ſepulcra ſua accumulabant, principatum quendam obtinuiſſe videntur ROSÆ, quarum etiam Græci mentionem faciunt. Anacreon oda. εἰς ῥόδον:

Τοδὶ καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ,
Τοδὶ καὶ νεκροῖς ἀμύνει.

hoc eſt,

Medicatur hæc & ægris,
Defendit hæc ſepultos.

Romani vere ROSARUM adeo fuere ſtudioſi, ut iis poſt mortem monumenta ſua ſpargi ſupremo judicio nonnunquam juſſerint, legato ad hanc rem relicto, cui plerunque hæc erat adnexa conditio, ut in Ravennati Inſcriptione legimus. UT. QUOTANNIS. ROSAS. AD. MONUMENTUM. EJUS. DEFERANT. Teſtatur id ipſum lapis Mediolanenſis, *in propyleo.* S. AMBROSII.

PETRONIO. JUCUN
VIVIR. SENI
PETRONIA. MIRA. L. F PETRONO
QUÆ. H. S. CCCC. LEG. POSSESSORIB
VICI. BARDOMAG. IN. HERM
TURND ET. ROSA. QUODANNIS
ORNANDUM.

Kirchman, Ravennæ in templo divæ Virginis: CENTENI, QUINQUAGENI QUODANNIS. DARENTUR. UT. EX. EA. SUMMA. SICUT. SOLITI. SUNT. ARCAM. PUBLICIORUM. FLAVIANI. ET. ITALICI. FILIORUM. ET. ARCAM. IN. QUA. POSITA. EST. FLAVIA. SALUTARIS. UXOR. EJUS. ROSIS. EXORNENT.

J. SCALIGER.

Candida felici ſolvite vela Noto] Repone VELA CHORO. Ex fide ejuſdem libri.

VARIORUM.

Labens.) pro *navigans* poſitum videtur ratione Poëtis non inuſitata: Quando & alibi hic noſter quoque: *Atque tua labens navita fleret aqua.* Douſa P.

Ut

XVIII.

HÆc certe deſerta, loca, & taciturna querenti,
  Et vacuum Zephyri poſſidet aura nemus.
Hic licet occultos proferre impune dolores,
  Si modo ſola queant ſaxa tenere fidem.
Unde tuos primum repetam mea Cynthia faſtus?
  Quod mihi das flendi Cynthia principium?
Qui modo felices inter numerabat amantes,
  Nunc in amore tuo cogor habere notam.
Quid tantum merui? quæ te mihi carmina nutant?
  An nova triſtitiæ cauſſa puella tuæ?
Sic mihi te referas levis, ut non altera noſtro
  Limine formoſos intulit ulla pedes.
Quamvis multa tibi dolor hic meus aſpera debet,
  Non ita ſæva tamen venerit ira mea,
Ut tibi ſim merito ſemper furor, & tua flendo
  Lumina dejectis turpia ſint lacrymis.
An quia parva damus mutato ſigna calore?
  Et non ulla meo clamat in ore fides?

Vos

J. SCALIGER.

Ut tibi ſim merito ſemper furor) Non attinet monere quoties illud *ſemper* uſurpatur otioſe a Propertio. Hoc enim infinitis locis facit. Sic Dio: *τῶν ἀεὶ ὑπάτων, οἱ ἀεὶ δήμαρχοι, τῶν ἀεὶ προσμεγναύτων, τῶν ἀεὶ ἀρχόντων, πάντας ἀεὶ βουλευτάς.*

VARIORUM.

Deſerta loca, &c.) Scimus In more poſitum hominibus aliqua mœſtitudine, calamitate, luctu oppreſſis vitare lucem, & conſpectum aliorum, verſari in locis ſolis, ac deſertis, in agris, ſylvis, montibus, ibique velut ipſis teſtibus libere, & quantum animo collibuerit, deplorare ac lamentari miſerias ſuas & e queſtibus illis ſolatiolum aliquod aucupari, quando id in turba, ſeu præſentibus aliis facere vel indecorum, vel etiam interdum periculoſum videtur, quod recte inane ſtudium vocat Maro Ecl. II. verſ. v. Adi Victorium lib. IV. cap. VII.

Poſſidet aura nemus.) Eleganter. Sic enim loquebantur, *ventum poſſeſſorem eſſe*, qui tum maxime flaret. Petronius: *Siciliam modo ventus dabat: ſæpiſſime in oram Italici littoris aquilo poſſeſſor convertebat. obnoxiam proram.* Palmerius.

Habere notam.) Vel tranſlatum *Cenſoria nota*; vel a *Notis quæ inurebantur ſervis fugitivis. An notam repulſæ* intelligit? *Idem.*

Scribitur

Vos eritis teſtes, ſi quos habet arbor amores,
  Fagus, & Arcadio pinus amata deo.
Ah quoties teneras reſonāt mea verba ſub umbras,
  Scribitur & veſtris Cynthia corticibus!
An tua quod peperit nobis injuria curas,
  Quæ ſolum tacitis cognita ſunt foribus?
Omnia conſuevi timidus perferre ſuperbæ
  Juſſa, neque arguto facta dolore queri.
Pro quo divini fontes, & frigida rupes,
  Et datur inculto tramite dura quies,
Et quodcunque meæ poſſunt narrare querelæ,
  Cogor ad argutas dicere ſolus aves.

Sed

J. SCALIGER.

Scribitur & veſtris Cynthia corticibus) Callimachus:

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

An tua quod peperit nobis injuria curas) Liber noſter *curam*, ſed eadem manu in ora emendatum, *curas*. Ego puto legendum parva mutatione:

An, tua quæ peperit nobis injuria, curas,
Quæ ſolum tacitis cognita ſunt foribus?

Curas verbum. Ita enim melius legi poſſe videtur.

Pro quo divini fontes) Scio fontes ſacros eſſe, non tamen ut ullus veterum eos divinos vocaverit. Sed mendum eſt, quod facillime tolli poteſt.

Pro quo, Di, vivi fontes, & frigida rupes. Pro qua pietate o Dii, ita me remuneramini, ut potus aqua viva, cubile frigida rupes ſit. Contra Catullus:

O Dii reddite mi hoc pro pietate mea.

Recte igitur Deorum compellatio interpoſita.

VARIORUM.

Vos eritis teſtes.) Vetus formula: & paſſim apud authores occurrit. Virgil. lib. XII. *Eſto nunc Sol teſtis*. Ovid. III. Faſt. *Teſtes eſtote Philippi.*

Si quos habet arbor amores.) i.e. ſi forte & vos amoris igne unquam afflatæ fuiſtis. niſi quis amores arbori inſcriptos interpretari malit, id quod ſolere etiam fieri innuit ſtatim Poëta verſu ſequenti: Quo referenda Naſonis illa.

Inciſa ſervant a te mea nomina fagi,
Et legor Oenone falce notata tua.

Douſa P.

Arcadio pinus amata Deo.) Vere *amica*, utpote quem Boreæ amatori item ſuo, tunc quum puella adhuc eſſet, longe præferret, unde Thrax ille injuriæ impatiens deprehenſam forte ſolam ſpatioſo campo, ſaxo alliſit, quam infeliciter moribundam exceptam intra gremium ſuum tellus in arborem cognominem commutavit, cujus frondibus poſtea tempora præcinctus ſemper ſpectatus eſt Arcadius Deus. Quæ fabula exſtat apud Conſtantinum Geoponic. XI. & tangitur a Nonno in Dionyſ. *Douſa F.*

Sed qualiſcunque es, reſonent tibi Cynthia ſilvæ,
Nec deſerta tuo nomine ſaxa vacent.

XIX.

NOn ego nunc triſtes vereor mea Cynthia manes,
Nec moror extremo debita fata rogo,
Sed ne forte tuo careat mihi funus amore:
Hic timor eſt ipſis durior exequiis.
Non adeo leviter noſtris puer hæſit ocellis,
Ut meus oblito pulvis amore vacet.
Illic Phylacides jucundæ conjugis heros
Non potuit cæcis immemor eſſe locis,
Sed, cupidus falſis attingere gaudia palmis,
Teſſalis antiquam venerat umbra domum,
Illic quicquid ero, ſemper tua dicar imago:
Trajicit & fati littora magnus amor.
Illic formoſæ veniant chorus heroinæ,
Quas dedit Argivis Dardana præda viris,
Quarum nulla tua fuerit mihi Cynthia forma
Gratior, & tellus hoc ita juſta ſinat:
Quamvis te longæ remorentur fata ſenectæ,
Cara tamen lacrymis oſſa futura meis:

Quæ

J. SCALIGER

Sed qualiſcunque es) Hoc diſtichon a Grammaticis corruptum ita ex noſtro libro legito.

Sed qualiſcunque es, reſonant mihi Cynthia ſilvæ,
Nec deſerta tuo nomine ſaxa vacant.

Saxa, inquit, & ſilvæ reſonant mihi o Cynthia. ut quod ex Callimacho modo citavimus, *χυδίωτην ηχλώ.*

VARIORUM.

Gaudia.) Laodamiam conjugem. Sic Catull. Lesbiam *deſiderium ſuum* vocat Epigr. de Paſſere Lesbiæ, utcunque id Joſ. Scaliger non probat. Et Phaonem *ſua gaudia* Epiſt. Heroid. ad Leandrum, verſ. XLI. *Livinejus.*

Tellus hoc ita juſta ſinat.) Menander Comicus Poëta *δίκαιον γήδιον*, id eſt *juſtam terram*, denominat, quæ tantundem reddit, quantum accepit, ſed & eo amplius. Ad quam doctrinam reſpexiſſe Propertium arbitror. *Rhodiginus.*

Gradiis

Quæ tu viva mea poſſis ſentire favilla.
  Tum mihi non ullo mors ſit amara loco.
Quam vereor, ne te contempto Cynthia buſto,
  Abſtrahat e noſtro pulvere iniquus amor,
Cogat & invitam lacrymas ſiccare cadentes.
  Flectitur aſſiduis certa puella minis.
Quare dum licet, inter nos lætemur amantes.
  Non ſatis eſt ullo tempore longus amor.

XX.

HOc pro continuo te Galle monemus amore,
  Id tibi ne vacuo defluat ex animo:
Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.
  Crudelis Minyis dixerit Aſcanius.

Eſt

J. SCALIGER.

Crudelis Minyis dixerit Aſcanius) Ita liber noſter, & recte. *dixerit.* εἴποι ἄν. Hujus rei, inquit, teſtis eſſe poſſit; Aſcanius. Cujus?

Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti

Virgilius in Proluſionibus:

Altera non formas dixerit ipſe, prior.

Horatius:

-- fateor me, dixerit ille, Duci venire levem --

ipſe & ille, ὁ δεῖνα. Aſcanius lacus crudelis Minyis dicitur, quod rapuerit Hylam, ut propterea Hercules Mynias reliquerit. Nota eſt hiſtoria. Nam tam falſum eſt Æſonius legendum, quod credidit vir diſertiſſimus; quam corruptum eſſe locum. Quid enim perſpicuum magis?

VARIORUM.

Sæpe imprudenti.) Hoc diſtichon ponendum ante *quæ miſer ignotis.* Neque hoc tantum, ſed & diſtinguendum hoc modo:

Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti
Crudelis. Minyis dixerit Aſcanius.
Quæ miſer &c.

Sæpe incautos amatores, dum delicias ſuas ſolas vagari ſinunt, crudelis fortuna oppreſſit. Teſtis ſententiarum mearum ſit Aſcanius, qui Minyis narrare poſſit, quæ & quanta perpeſſus Hylas, dum incautius ſine amatore ſuo obvagatur, ſibi conqueſtus ſit. Ut nunc illud diſtichon, quod ut folium Sibyllæ habebant docti, luce meridiana clarius ſit. Rutgerſius Var. Lect. l. 3. c. 8.

Aſcanius.) Juxta flumen Aſcanium raptum fuiſſe Hylam ſcribit Hyginus, fab. XIV. Strabo. lib. XII. Aſcanium lacum in Bithynia eſſe ait, non procul ab eo loco, ubi raptus Hylas fuiſſe dicitur. Plinius quoque cap. ult. lib. V. Aſcaniæ Bithyniæ lacum commemorat. & cap. X. lib. III. Aſcanii lacus ſummas dulces eſſe ait, cum reliquæ amaræ ſint. Servius in III. Georg. Virgilium ait poſuiſſe *Aſcanium* pro quovis flumine cum ait, *Illas ducit amor trans Gargara, tranſque ſonantem Aſcanium.* Idem Strabo Aſcanium lacum & regionem duplicem eſſe ſcribit in Phrygia & in Myſia, quibus ab Aſcanio duce nomen inditum eſt. Aſcanius igitur a quo & lacui in Myſia & regioni nomen eſt, talis calamitatis dux & auctor Minyis rapto Hyla & adempto Hercule erit, id eſt Aſcania regio. *Turnebus.*

Eſt tibi non infra ſpeciem, non nomine diſpar,
 Thiodamanteo proximus ardor Hylæ.
Hunc tu ſive leges umbroſæ flumina ſilvæ,
 Sive Aniena tuos tinxerit unda pedes,
Sive Gigantea ſpatiabere littoris ora,
 Sive ubicunque vago fluminis hoſpitio,
Nympharum cupida ſemper defende rapina.
 Non minor Auſoniis eſt amor in Dryaſin.

Ne

J. SCALIGER.

Sive Aniena tuos) Noſter codex. *Amerina*. Pulcherrimus tractus lacus Vadimonis, quam vocat Amerinam undam, ut alibi fuſius a nobis dicetur. *Umbroſa flumina ſilva*, intelligit locum, ubi Clitumnus per quædam ſilvarum occulta eripit ſe e conſpectu hominum. Alibi:

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco
 Integit. --

Hoc ſuo loco explicaturi ſumus. Nam nemo hactenus intellexerat.

Non minor Auſoniis eſt amor in Dryadis) Ineptus metaplaſmus, & Propertiana facundia indignus. Noſter liber & editiones ante Beroaldum, *eſt amor Adriacis*. Nos olim Valentiæ Cavarum ubi ſcripti libri fecit nobis copiam Juriſprudentiæ antiſtes Jac. Cujacius, emendavimus, *ab Dryaſin*, moti eodem exemplo in hac eadem elegia infra

Grata domus nymphis humida Thyniaſin.

nam plane ita ſcriptum eſt in libro noſtro. Meminimus etiam eadem forma Catullum *Minyaſin* dixiſſe. Ergo *Dryaſin, Thyniaſin, Minyaſin*, ſunt δρυάσιν, θυνιάσιν, μινυάσιν. *Amor ab Dryaſin*. ut infra:

Ah dolor ibat Hylas ibat Hamadryaſin.

VARIORUM.

Thiodamanteo.) In vetuſtiſſima editione Tarviſina, cujus nobis copiam fecit Vir ſeculorum memoria digniſſimus G.I. Voſſius *Therodamanteo* legitur. Nimirum *Theiodamanteo* voluit. Apollonium ſequutus Pylam Thiodamantis filium facit. Quod autem putabat Paſſeratius hunc Galli Pylam eundem eſſe, quem cum Hylade ludicram artem exercuiſſe conſtat, mendoſo exemplari deceptus eſt. Jam enim pridem homines eruditiſſimi monuerunt, cum alibi, cum in Macrobio, lib. II. cap VII. *Bathyllus*, non autem *Hylas* legendum eſſe. *Rutgerſius.*

Nunc tu.) Legendum *huic tu* non *hunc*. & verſu ſequenti non *cupida defende rapina* contra M ss. & Vet. Ed. ſed *cupidas defende rapinas*. Huic tu defende cupidas ſemper Nympharum rapinas. ut Virgilius: *ſolſtitium pecori defendite*. Horatius, *& igneam Defendit æſtatem capellis*. Gronovius Obſerv. l. 3. c. 3. Idemque monuit Livinejus.

Ne tibi ſit duros montes, & frigida ſaxa
Galle, neque expertos ſemper adire lacus:
Quæ miſer ignotis error perpeſſus in oris
Herculis indomito fleverat Aſcanio. Nam-

J. SCALIGER.

Ne tibi ſit durum) Lege, *duro.* Ne tibi duro ſit adiſſe. ne ita contumax fueris, ut adeas.

VARIORUM.

Ne tibi ſit duros montes.] Falſa lectio. Nec illorum melior, qui *duro* reponebant. Neque enim quod illi volunt, diſſuadet Gallo, ne quo proficiſci velit, ſed contra, ſi quo illi contingat ire, ne amores ſuos uſquam a ſe dimittat; ſed ut lateri ejus perpetuo hærendo caveat, ne qua prædatrix corporis admittatur. Legantur illa *Hunc tu*, & quæ ſequuntur. Quare legendum *durum.* Quocunque, inquit, loco futurus ſis, ne tibi durum ſit per cautes quantumvis inhoſpitales ſectari amores tuos, ut præſentiæ tuę metu cupidas nympharum rapinas defendere ac arcere poſſis. Sæpiſſime enim accidit, ut miſeros amantes, dum incautius per ignotas regiones amores ſuos vagari ſinunt crudelis fortuna oppreſſerit. *Rutgerſius. Nec tibi ſit duros montes,* &c. Ita codices, quos conſului ex ſcriptis meliores. *Duri montes* uſitato Poëtis epitheto. Ovidius. Met. 14. -- *duriſque in montibus orta.* Heinſius ad Ovidii Artem. l 2. verſ. 28 ubi elegantem hunc loquendi modum fuſe illuſtrat. Vide & Gronovium lib. 3. obſerv. cap. 3.

Frigida ſaxa) Vatic. M s. *tumbida*, Mureti *turbida*, unde Lipſius *tabida.* Verum eſt *torrida.* Senec. Herc. Oeteo:

Et dum & jugis horrida torridis.

Sunt autem *ſaxa torrida* gelu peruſta. *frigida* interpretamen tum eſt. Liv. 21: *Membra torrida gelu, quaſſata fractaque arma.* Gronov.

Error Herculis.] Pro *errante Hercule.* Sic ſupr. Eleg. XIII. *Amor Herculis*, pro amante. quem locum vide. *Error Achivi* dixit Ovid. Met. lib. XIII. pro errante populo. Horatius dixit *Virtutem Catonis*, pro ipſo Catone. Douſa F. *Error Herculis* hoc loco pro ipſo Hercule eruditiſſimi viri poni putant: locutione poëtæ quidem non inuſitata, ſed ab hoc loco prorſus aliena. Non enim Hercules calamitates ſuas lacui queri poterat, cum is Heros nuſquã ſubſiſteret; verum Hylas, qui a Nymphis raptus non longe ab eo habitabat. Parcamus verbis. omnino legendum *erro.* is autem quis ſit, ex Ulpiani lib. 1. ad Edict. Æd. Cur. manifeſtum eſt; *Proprie erronem ſic definimus, inquit, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius domum redit.* Huic definitioni conſentit Horatius in Davo.

Non horam tecum eſſe potes: non otia recte
Ponere: teq; ipſum vitas fugitivus & erro.

Talem Propertius venuſtiſſime deſcribit Hylam;

Qua modo decerpens tenero pueriliter ungui
Propoſito florem prætulit officio.
Et modo formoſis incumbens neſcius undis
Errorem blandis tardat imaginibus.

Ut igitur poſtremo verſu illum pueri actum, quo poſthabito ſibi injuncto munere, nugis quibuſdam tempus conſumebat, errorem vocat, ita eum qui hoc agebat erronẽ dicit. Niſi ſimpliciter *errorem* dici mavis, ut in illo Sapphus apud Ovid. de Phaone, qui ab illa fugerat.

At vos errorem tellure remittite noſtrum

Rutgerſius. Contraria ſentit Gronovius obſerv. lib. 3. cap. 3. Hylas, inquit, quemadmodum *erro*, potuit dici, qui in officio erat, ut canit Apollonius. Præterea quæ & quanta perpeſſus Hylas, cum dearum contubernio acceſſit? At Hercules gravia & dura, orbatus eo, quem amabat. πατὴρ ὡσεὶ φίλον υἱόν. Nam id dilutum Herculem calamitates ſuas lacui non potuiſſe queri, cum is heros nuſquam ſubſiſteret. Longe aliter Theocritus, Apollonius, Valerius.

Namque ferunt olim Pagaſæ navalibus Argo
Egreſſam, longe Phaſidos iſſe viam,
Et jam præteritis labentem Athamantidos undis
Myſorum ſcopulis applicuiſſe ratem.
Hic manus heroum placidis ut conſtitit oris,
Mollia compoſita littora fronde tegit.
At comes invicti juvenis proceſſerat ultra
Raram ſepoſiti quærere fontis aquam.
Hunc duo ſectati fratres, Aquilonia proles,
Hunc ſuper & Zethes, hunc ſuper & Calais
Oſcula ſuſpenſis inſtabant carpere palmis,
Oſcula & alterna ferre ſupina fuga.
Ille ſub extrema pendens ſecluditur ala,
Et volucres ramo ſubmovet inſidias.

Jam

J. SCALIGER.

Egreſſam longe Phaſidos iſſe viam) Longe viam, τὴν πόῤῥω ὁδόν. Sic libro quarto:

Hac ubi Fidenas longe erat ire via.

Martialiss

Rus hoc vocari debet, an domus longe?

Domus longe, ὁ πόῤῥω οἶκος. Alluſum autem ad proverbium: εἰς Φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος.

Mollia compoſita litora fronde tegit) Imitatur Apollonium ſuper eadem re.

— τοὶ δ' λεχαίην
φυλλάδα λειμώνων φέρον ἄσπετον ἀμήσαντες
στόρνυσαν. --

Raram ſepoſiti quærere fontis aquam] Ad verbum ex eodem Apollonio.

τόφρα δ' ὕλας χαλκῇ σὺν κάπιδι νόσφιν ὁμίλου
δίζητο κρήνης ἱερὸν ποτόν. -- *Sepoſiti* νόσφιν ὁμίλου.

VARIORVM.

Proceſſerat ultra Raram) Placebat olim, *urna Sacram*, ut ad verbum Apollonii verſus interpretatus ſit. Et quamvis eam conjecturam plurimis, iiſque eruditiſſimis viris approbaverim, nunc tamen damno. Valerius ex hoc ut videtur loco, de Dryope, ita enim Nympham vocat, quæ Hylam prædata eſt. *Proceſſerat ultra, Turbatum viſura nemus.* Rutgerſius.

Oſcula ſupina.) Supina oſcula, ſuperne inverſa, quia cœlum adſpiciens Hylas, ſupino erat vultu, & ipſi fratres e cœlo venientes ſupino erant ore. *Paſſer.*

Ille ſub extrema pendens ſecluditur ala.) Extremæ alæ innitens in aëre ſecluditur. penicillo melius quam verbis id exprimatur. finge devolantem ad Hylæ oſculum, dum caput demittit ſub ala pendet, quæ altior in aëre ſuſtinet eum. *Secludere* inquit Servius ad illud 3. Æn. *Secludite curas: idem quod excludere. ſed S, additur propter ſuavitatem vel ad hia*-

tum

Jam Pandioniæ ceſſet genus Orithyiæ.
  Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryaſin.
Hic erat Arganti Pegæ ſub vertice montis,
  Grata domus nymphis humida Thyniaſin:
Quam ſupra nullæ pendebant debita curæ
  Roſcida deſertis poma ſub arboribus,
Et circum irriguo ſurgebant lilia prato
  Candida purpureis miſta papaveribus:

Quæ

tum vitandum. Inde *Secluſa ſacra*, Feſto Myſteria arcana. Plautus Rudente. *Quid mihi melius eſt, quam ut corpore vitam ſecludam?* i. e. ſecernam, ſeparem. quod ait: *ala*. conſtat volucres fuiſſe ex Ovid. IV. Met. ut notatum ſupra. *Paſſerat.*

J. SCALIGER.

Ibat Hamadryas hinc.] Scribe *Hamadryaſin.* ἀμαδρυάσιν. Jam diximus.

Hic erat Arganthi Phlegre) Scribe *Pegæ* αἱ πηγαὶ,

Grata domus nymphis humida Thyniacis) *Thyniaſin*, liber noſter: hoc eſt Θυνιάσιν.

Quam ſupra nulli) *Nulla* ἀρχαϊκῶς, Codex ſcriptus. Tibullus. -- *ulla non iſta puella Servire* --

Et circum irriguo] Liber, *& circumriguo.* περιῤῥύτῳ. Omnino totus Græcus eſt in hac Elegia Umber noſter.

VARIORUM.

Hamadryaſin.) Fortaſſe legendum *amor Dryaſin*. Cum nuſquam in hac quidem Elegia meminerit Hamadryadum; Dryades autem & ſuperius nominarit, & infra repetat. ἀλλ' ἐπίχω. Sed quomodo ſive Hamadryades, ſive Dryades jam tum amore pueri flagrare poterant, quem nondum viderant? adhuc enim in Pegarum fundo choreas agitabant. Hylas autem ad ipſum fontem nondum pervenerat. Id enim ſequitur. Quare veriſſimum eſt id, quod affirmamus, hoc diſtichon ſuo loco motum eſſe. Sacramento contendere auſim totum locum hoc modo a Poëta conceptum eſſe.

Et modo formoſis incumbens neſcius undis
  Errorem Blandis tardat imaginibus.
Cujus inaccessa Dryades candore puellæ
  Miratæ ſolitos deſtituere choros.
Jam Pandioniæ ceſſat genus Orithyiæ
  Ah dolor ibat Hylas ibat Hamadryaſin
Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis
  Innixus dextro plena trahens humero.
Prolapſum leviter facili traxere liquore.

Omnia clara incumbens fonti (diſticho primo) a Nymphis, quæ in ejus fundo choreas ducebant, conſpectus & amatus fuit. (2.) Ut jam Boreades deſiſtere neceſſe habeant, cum nobilior, h. e. Nympharum amor puerum conſectetur. (3.) tandem puer, cum jam ſatis ſibi luſiſſe viſus eſſet, aquam haurire parat. (4) Quem, ut id commodius faceret leviter inclinatum Nymphæ nullo labore deorſum trahunt. *Rutgerſius.*

Jam Pandionia) non eſt tranſponendũ. Nã quod quærit vir eruditiſſimus, quomodo Dryades ſive Hamadryades jam tũ flagrare amore pueri potuerint nondum viſi, ſatis, opinor, manifeſtum eſt, quod inſtabat Poëtam narrare, non quod jam tum erat. Gronovius obſerv. lib. 3. cap. 3.

Quæ modo decerpens tenero pueriliter ungui,
Propoſito florem prætulit officio,
Et modo formoſis incumbens neſcius undis
Errorem blandis tardat imaginibus.
Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis,
Innixus dextro plena trahens humero.
Cujus ut accenſæ Dryades candore puellæ,
Miratæ ſolitos deſtituere choros,
Prolapſum leviter facili traxere liquore.
Tum ſonitum rapto corpore fecit Hylas. Cui

J. SCALIGER.

Innixus dextro) Apollonius:
λίχριϛ ἐπιχριμφθεὶς.

VARIORUM.

Haurire flumina plena.)*Trahens flumina plena*, dixit pro trahens aquam vel flumen plena urna, Hypallage inſigni. *Gronovius.*

Innixus dextro.) Scribendum:
Nixus, & exſerto plena trahens humero.
Sequens verſus conjecturam confirmat, qui ad exſertum humerum referendus.
Cujus ut accenſæ Dryades candore puellæ.
Exerere humerum, elegans & latinum. Heinſius ad Ovid. Artem. l.3. verſ.307.

Innixus.] eſt inclinatus. Sic *nixus in* ſideribus qui. ἐν γόνασιν. Eleg. 16 *Oſculaq; impreſſis nixa dedi gradibus*, quod eſt, nixus ſive inclinis oſcula dedi impreſſa gradibus. Sic ille incurvus & obliquus dextro brachio urnā trahit. Nam *prolapſum* pro *inclinato* hic accipi eruditius quam verius exiſtimo. *Gronovius.*

Cujus.) Alii ad Hylam, ego ad Hylæ humerum, cujus mentio anteceſſerat, referendum opinor. *Donſa P.*

Prolapſum.) h. e. *inclinatum.* Ut in illo Sulpitiæ de Domitiano, qui ſomniaverat Gibbum ſibi enatum eſſe, *Non trabe, ſed tergo prolapſus* -- Expreſſit autem ad verbum illud Apollonii in eadem re, λίχριϛ ἐπιχριμφθεὶς. Quod autem in quibuſdam libris pro *traxere*, *texere* legitur, videtur id quidem Nonni loco defendi poſſe.

-- ὀπ πάτε νύμφαι
Ἄβρον Ὕλαν φθονεροῖσι κατεκρύψαντο ῥεέθροις.

Neque tamen poteſt. Non enim, cum jam ſubmerſus eſſet, corpore ſonum edere potuit, ſed dum detractus cadit. *Rutgerſ.*

Tum ſonitum.) Quomodo Alcides reſponſa iterare potuit, cum ejus nomen inclamatum fuiſſe nondum dixerit? Nam quod commentus eſt Paſſeratius, *ſonitum fecit.* h. e. clamavit, ut uſitata Lucretio in talibus concludendi formula utar, *deſipere eſt.* Audacter lege
Tum ſonitum rapto corpore fecit. Hyla
Cui procul Alcides iterat. Reſponſa ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.
Alluſit autem ad occultiorem fabulam, quam non adverterant interpretes. Eam ita fere narrat Antoninus e Nicandri libro Ἑτεροιουμένων 4. Hercules cum tam horrendo clamore puerum tantopere dilectum quæreret, ut ipſa quoque nemora, ipſi montes contremiſcerent, metuentes nymphæ, ne Heros Hylam penes ſe latentem reperiret, eum in Echo transformarunt, quæ *Hyla* clamanti Herculi, nihil aliud quam Hyla reponebat. Ad hanc fabulam videri poteſt alluſiſſe Valerius lib.3.
Rurſus Hylan, & rurſus Hylan, per longa reclamat
Avia, reſponſant ſylvæ, & vaga certat imago.

Eſt

Cui procul Alcides iterat reſponſa, ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.
His, o Galle, tuos monitis ſervabis amores,
Formoſum nymphis credere viſus Hylam.

XXI.

TU, qui conſortem properas evadere caſum,
Miles ab Etruſcis ſaucius aggeribus,

Quid

Eſt enim *Imago*, Echo. Quin & alicubi narrat Strabo;, inſtitutũ fuiſſe annuum Hylæ ſacrificium, in quo ſacerdos ter clamaret *Hyla*, Echo autem ter *Hyla* reſponderet. *Rutgerſ.* Confer Gronovium aliter explicantem loc. cit.

J. SCALIGER.

Formoſum nimphis credere viſus Hylam] Noſter liber, *tutus*, non *viſus*. quod germanum eſt Propertii. In quo, ut in tota reliqua Elegia ἑλληνίζει. *Tutus enim eſt* εὐλαβούμενος, φυλαττόμενος.

VARIORUM.

Iterat reſponſa.] Solinus cap. XL. II. *Pruſiadem urbem alluit Hylas flumen, & perſpergit Hylas lacus, in quo reſediſſe credunt delicias Herculis Hylam puerum, Nymphis rapinam: in cujus memoriam usq; adhuc ſolemni curſitatione lacum populus circumit, & Hylam voce clamant.* Addit Vir magnus Claudius Salmaſius. Non circa lacum, ſed in montibus annuam illam curſitationem cum Hylæ inclamatione fieri ſolitam tradit Strabo: καὶ νῦν δ' ἔτι καὶ ἑορτή τις ἄγεται παρὰ τοῖς Προυσιεῦσι, καὶ ὀρειβασία θιασευόντων, καὶ καλούντων Ὕλαν, ὡς ἂν κατὰ ζήτησιν τὴν ἐκείνου πεποιημένων τὴν ἐπὶ τὰς ὕλας ἔξοδον. ubi ὀρειβασίαν θιασεύειν, eſt thiaſos in montem inducere, in monte choreas celebrare. Servius ad (illud Poëtæ:

Ut litus Hyla Hyla omne ſonaret.

Per tranſitum rem veram tetigit, tertio enim ab Ephebo puerum in monte comitantibus univerſis, nomen ejus clamabatur. Puer ad Ephebo, is eſt, qui jam Ephebis excesſit, ὁ ἀπὸ Ἐφήβου. Talis puer eligebatur qui Hylam referret. Hunc in montem omnes comitabantur, & tertio inclamabant nomen Hylæ. Sed & circa fontes & lacus quæſitum Hylam & de nomine clamatum in ſolemni ejus feſto veriſimile eſt. Idem Servius paulo ante: *In finibus Ponti juxta Mæſiam apud fontem Ciaci amnis cum aquatum iſſet a Nymphis raptus eſt, nec unquã potuit reperiri: poſtea cũ eſſet cognitũ quod periſſet in fonte, ſtatuta ei ſunt ſacra in quibus mos fuerat, ut ejus nomen clamaretur in fontibus.* Hæc vir ille magnus. Conjicio ritum hunc originem duxiſſe ex clamore Herculis.

Aggeribus.) Is fuit terreus quidam, & alia materie mixta, mons & elevatio: quem paullatim verſus urbem producebant & attollebant: ut ex alto pugnarent, & *turres* ibi conſtituerent, ſed & *tormenta*. *Agger* vocabatur ab ipſa re; quia aggerebant & cumulabant: poſterior ætas *Aggeſtum* dixit, ſed & alio genere *Aggeſtus* in Ammiano lectus. Ordinem hunc poëtis fuiſſe Cicero indicat ad Atticum: *Opidũ cinximus vallo & foſſa & Aggere.* E terra, lapide, ligno congeriem ſtruebant: & hæc tria, cum in aliis, tum in Suida junctim ſic legetis: Ἔγεστα, πολεμικὸν μηχάνημα ἐκ λίθων, καὶ ξύλων, καὶ χοῦ ἐγειρόμενον, οἱ δὲ, διὰ τὸ α ἄγεστα γράφουσι. *Egeſta, bellica machinatio ex lapidibus, lignis, & terra conſtructa. alii autem per A ſcribunt Ageſta.* Lipſius lib. II. Poliorc. Dial. III. ubi vide plura.

Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques?
  Pars ego ſum veſtræ proxima militiæ.
Sic te ſervato poſſint gaudere parentes:
  Hæc ſoror Acca tuis ſentiat e lacrymis,
Gallum per medios ereptum Cæſaris enſes,
  Effugere ignotas non potuiſſe manus.
Et quicunque ſuper diſperſa invenerit oſſa
  Montibus Etruſcis, hæc ſciat eſſe mea.

XXII.

QUalis, & unde genus, qui ſint mihi, Tulle, penates,
  Quæris pro noſtra ſemper amicitia.

Si

J. SCALIGER.

Hæc ſoror acta tuis) Sine dubio legendum,

Hæc ſoror Acca tuis ſentiat e lacrymis.

Et quicunque ſuper) Lege auctore libro, *Quicunque*. & ita poſtulat ſententia. Quæcunque oſſe.

VARIORUM.

Gallum.) Plures Galli eodem tempore fuerunt. Hic Cornelius Gallus, Propertii noſtri propinquus, ut apparet ex Elegia ſequenti, cujus meminit ſupr. Eleg. v. x. XIII. & XX. hic eum periiſſe bello Peruſino ſignificat Eleg. proxima & l. II. Eleg. ult.

Et modo formoſa quam multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnere lavit aqua.

Ovid. in Epicedio Tibulli:

Tu quoque ſi falſum eſt temerati crimen amici
Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ.

Virgilius hunc dilexit & ejus in laudem ſcripſit ult. eclogam. ubi vide Servium & auctorem vitæ Virgilii. Servius ſcribit occiſum eſſe, cum veniſſet in ſuſpicionem conjurationis. Fuit & alter Gallus Cornelius, Ægypti præfectus, amicus Auguſti, qui cum ab eo deſciviſſet, damnatus a Senatu, & ad necem compulſus eſt. Suet. Aug. cap. LXVI. & Euſebius in Chronicis. Tertium Gallum Luperci fratrem ipſe commemorat. eleg. I. lib. IV.

Gallus at in caſtris dum credita ſigna tuetur
Concidit ante Aquilæ ſigna cruenta ſuæ.

Plin. cap. LIII. lib. VII. Cornelium quendam Gallum in venere ſcribit obiiſſe. *Paſſer.*

Oſſa.) oſſa legere licebat iis, qui peregre & militiæ periiſſent, uſtique eſſent Turnebus lib. 2. de Legibus. F. 126.

Si

Si Peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulcra,
Italiæ duris funera temporibus,
Cum Romana ſuos egit diſcordia cives
(Sit mihi præcipue pulvis Etruſca dolor,
Tu projecta mei perpeſſa es membra propinqui:
Tu nullo miſeri contegis oſſa ſolo)
Proxima ſuppoſito contingens Umbria campo
Me genuit terris fertilis uberibus.

SEXTI

J. SCALIGER.

Si Peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulchra) Lego, *ſepulta* non *ſepulchra* Si tibi nota ſunt funera pairiæ ſepultæ. Hoc autem epigramma facile declarat hunc primum librum ſeorſim ante editum fuiſſe, quia poeia ibi ſubjecit patriam ſuam, & genus; ut Horaiius in fine libri primi Epiſtolarum, quem ſingularem ediderat, addit & genus ſuum & ætatem

Sit mihi præcipue) Lege *Sis*. Hic autem verſiculus, & ſequentes duo parentheſi includendi.

Membra propinqui) Galli, de quo antecedente poëmaiio

Tu nullo miſeri) Supra:

Et quacunq; ſuper diſperſa invenerit oſſa
Montibus Hetruſcis, hac ſciat eſſe mea.

De hoc eodem libro quarto:

Gallus at in caſtris dū credita ſigna tuetur
Concidit ante. Aquila roſtra cruenta ſua.

Contingens Umbria campo) Contingens abſolute; contigua. Vide quæ in Manilium noiamus, ubi Tangere abſolute poſitum.

SEXTI AURELII PROPERTII,
ELEGIARUM
LIBER II.
ELEGIA I.

Quæritis, unde mihi toties ſcribantur amores,
Unde meus veniat mollis in ora liber?
Non mi Calliope, non hæc mihi cantat Apollo:
Ingenium nobis ipſa puella facit.
Sive togis illam fulgentem incedere Cois,
Hoc totum e Coa veſte volumen erit:
Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos,
Gaudet laudatis ire ſuperba comis:
Sive lyræ carmen digitis percuſſit eburnis,
Miramur faciles ut premat arte manus:

Seu

J. SCALIGER.

UNde mihi veniat mollis in ora) Liber noſter habet *ore*. quod retinemus. Unde liber ſit in ore meo. Venire apud Propertium eſt, ὑπάρχειν, τυγχάνειν.

Sive togis illam fulgentem incedere Cois) Coa proprie puellarum famæ non nimium bonæ fuerunt. Quare quum Horatius dicit. -- *Cois tibi pene videre Ut nudam eſt* -- facile divinandum nobis relinquit, quam intelligat. ut ſi dixiſſet, in ſtola, matronam profecto intellexiſſet. Quare qui lectionem Horatii in *Chlorin* pro *Cois* mutarunt, minus prudenter feciſſe videntur.

VARIORUM.

Sive lyra carmen digitis percuſſit eburnis.) Ut a vera germanaque ſcriptura degeneraſſe credam, facit locutionis ejus inſolentia, *digitis carmen percutere*: quam ſi conſideres nihil verius arbitrabere conjectura noſtra:

Sive lyra carmen digitis percurrit eburnis.

Sic Virgilius in culice ex correctione magni Scaligeri

Mollia ſed tenui percurrere carmina verſu

& Ovid. Amor. lib. 2. Eleg. 10.

Has querulas habili percurrit pollice chordas. Douſa F.

Seu

Seu cum poſcentes ſomnum declinat ocellos,
   Invenio cauſſas mille poëta novas:
Seu nuda erepto mecum luctatur amictu,
   Tunc vero longas condimus Iliadas:
Seu quicquid fecit, ſive eſt quodcunque locuta,
   Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria.
Quod mihi ſi tantum, Mæcenas, fata dediſſent,
   Ut poſſem heroas ducere in arma manus:
Non ego Titanas canerem, non Oſſan Olympo
   Impoſitum, ut cæli Pelion eſſet iter:
Non veteres Thebas, nec Pergama nomen Homeri,
   Xerxis & imperio bina coiſſe vada:
Regna ve prima Remi, aut animos Carthaginis altę,
   Cimbrorumque minas, & bene facta Mari.
Bellaque reſque tui memorarem Cæſaris; & tu
   Cæſare ſub magno cura ſecunda fores.
Nam quoties Mutinam, aut civilia buſta Philippos,
   Aut canerem Siculæ claſſica bella fugæ,
Everſoſque focos antiquæ gentis Etruſcæ,
   Et Ptolemææ littora capta Phari, Aut

J. SCALIGER.

Seu quum poſcentes ſomnus) Profecto & ſententia *ſomnum* legendum poſtulat, & ſcriptura libri noſtri confirmat.

VARIORUM.

Cimbrorumque minas.) Pal. Ms. *Cimbrorumque manus. Manus* immanes copię Cimbrorum Teutonumque. Paterculus lib. II. cap XII. *Effuſa, ut prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat.* Sed ſuſtineri poteſt, τὸ *minas.* Gebhard.

Aut canerem Siculæ claſſica bella fugæ.) Intelligit *bellum Siculum*, quo Cæſar Auguſtus Sex. Pompejum ſuperavit. In quo cum Auguſtus tantopere laboraret, ut in nullo magis, in ejus tamen gratiam a poëtis ita deſcribi ſolet, quaſi toto eo tempore Sextus nihil aliud quam fugiſſet. Rutgerſius.

Everſoſque focos antiquæ gentis Etruſcæ.) Bellum Peruſinum in Etruria concitavit agrorum diviſio, L. Antonio & Servilio Vatia Coss. A.V.C.IↃ.CCXII. ante Deum hominem natum XXXIX. Auguſtus enim dividere eos veteranis, pretium militiæ ſatagebat: at Fulvia M. Antonii conjux, Antonium Conſulem ut irritum id faceret inſtigabat: ac *nihil muliebre præter corpus gerens*, ut Vellejus ſcribit lib. II. *omnia armis tumultuque miſcebat.* Nec fefellit eam conatus --- *patuitque furens quid fœmina poſſet.* Igitur Auguſtus mox anno ſequenti Conſulem a Senatu hoſtem judicatū, una cum ipſa Fulvia intra muros Peruſiæ in alterum uſque annum obſidens

Aut canerem Ægyptum, & Nilum, cum tractus in urbem
Septem captivis debilis ibat aquis:
Aut regum auratis circumdata colla catenis,
Actiaque in Sacra currere roſtra via;
Te mea muſa illis ſemper contexerit armis,
Et ſumpta, & poſita pace fidele caput.
Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achilles;
Hic Ixionidem, ille Menœtiaden.
Sed neque Phlegræos Jovis, Enceladique tumultus
Intonet auguſto pectore Callimachus:

Navita

VARIORUM.

dione cinxit, turpique & nihil non experta fame ad deditionem tandem coëgit, urbe ipſa in cineres jam ſubſidente, Cn. Domitio Calvino & C. Aſinio Pollione Coss. *Meibomius.*

Aut Ptolemaea litora capta Phari.) Bellum Alexandrinum, de quo Sueton. in Aug. cap. XVII. Dio lib. LI. Plut. in Ant. In Ægypto Pharos inſula fuit colonia dictatoris Cæſaris juncta ponte Alexandriæ, ut ſcribit *Plin.*

Nilum cùm tractus in urbem.) In Alexandrino triumpho ſimulacrum Nili exhibuit Auguſtus. Solebant quidpe Romani etiam fluviorum imagines in triumphum trahere, quod vel ſexcentis poſſet probari locis; nos hic paucis contenti erimus. Ovid. lib. II. de Pont. Eleg. I. Claudian. lib. III. de laud. Stilic. *Hi famulos traherent reges, hi facta metallo Oppida, vel montes,* CAPTIVAQUE FLUMINA FERRENT. *Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes, Inde catenato gemeret Germania* Reno. Ovid. lib. IV. de Triſt. Eleg. II. Perſ. Sat. VI. Virg. lib. VIII. Æn. Obſervatum in hac Pompæ traductione ut fluvii iiſdem oſtiis, quot fluerent, deſcriberentur, hoc eſt, quod *Aquas ſeptem.* id eſt, oſtia Nilum habere dixit.

Sacravia.] Una dictio Chariſ. lib. I. *Sacravia Romæ qua ſacra feruntur in arcem quotquot menſibus,* inquit Varro. IV. de L.L. undè dicti *Sacravienſes.* Ovid. lib. III. Triſt. Eleg. I. *Hac eſt a* SACRIS *qua* VIA *nomen habet.* Feſtus ait, quibuſdam ita dictam videri, quia in ea fœdus ſit ictum inter Romulum & Tatium. Per eam vehebantur triumphales in Capitolium. ut docet Porphyrio ad hunc locum Horatii Od. II. lib. IV. *Quandoque trahet feroces Per* SACRUM CLIVUM *merita decorus Fronde Sycambros.* Et Od. VII. Epod. *Intactus aut Britannus ut deſcenderet* SACRA *catenatus* VIA. Tres autem ternis diebus Auguſti triumphi. Primus de Dalmatis & Pannoniis; alter de Actiaca pugna: poſtremus de ſubacta Ægypto. Dio lib. LI. Suet. in Aug. cap. XXII. Virg. VIII. Æn. *Paſſer.*

Nec mea conveniunt duro præcordia verſu
  Cæſaris in Phrygios condere nomen avos.
Navita de ventis, de tauris narrat arator,
  Enumerat miles vulnera, paſtor oves:
Nos contra anguſto verſamus prælia lecto.
  Qua pote quiſque, in ea conterat arte diem.
Laus in amore mori: laus altera ſi datur, uno
  Poſſe frui, fruar o ſolus amore meo.
Si memini, ſolet illa leves culpare puellas,
  Et totam ex Helena non probat Iliada.
Seu mihi ſint tangenda novercæ pocula Phædræ,
  Pocula privigno non nocitura ſuo,
Seu mihi Circæo pereundum eſt gramine, ſive
  Colchis Colchiacis urat ahena focis;

Una

J. SCALIGER.

Qua pote quiſque) ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Laus in amore mori laus ſi datur altera) Recentiores editiones hunc verſiculum aliæ alio modo corruperunt. Sed antiquiores itemque liber ſcriptus recte habent: -- *Laus altera, ſi datur uno Poſſe frui.* Planus eſt ſenſus. Primo optat amantem mori. ſecundo unam tantum amare, neque omnivolum, ut ille ait, eſſe. Poſt hoc diſtichon interſerendum huc aliud, quod eſt circa finem Elegiæ, quæ in vulgatis editionibus tertia numero eſt. Quare ita leges cum iſto:

Laus in amore mori. laus altera, ſi datur uno
  Poſſe frui. fruar, o, ſolus amore meo,
His ſaltem ut tenear jam finibus: aut mihi ſi quis
  Veneris alter amor. acrius ut moriar.

Non ſolum hoc diſtichon ſuis antiquis ſedibus reſtituimus, ſed etiam inverſum pentametrum quo verborum ordine legi debuit poſuimus. Scio τὸ *ut* ἀκυρολογικῶς poſſe exponi. ſed, ut id concedamus, quam bene illud diſtichon ſententiam ſuam tueatur illo loco, quo legitur hodie, velim dicant mihi quicunque opinioni noſtræ adverſari parati ſunt. contra, quam non hic conveniat, doceant me, quæſo. ego conjecturam meam feliciori ſucceſſu defendam, quam illi eam oppugnabunt.

Colchis Colchiacis) Malo, *Jolchiacis.*

VARIORUM.

Cæſaris in Phrygios condere nomen avos.) Pro reponere & recondere & referre in numerum Heroum, Aſſaraci, Æneæ, Juli, unde gens Julia. Feſtus: CONDERE, *dare in interiorem locum ad cuſtodiam faciliorem; & ſcribere.* Utrumque huic loco convenit: quia ſcriptor mandat poſteritati, & tradit ſervandam gloriam. *Condere in avos* dictum ut Cic. lib. I. de nat. Deor. *Homines morte deletos reponere in Deos.* Paſſerat.

Brachia

Una meos quoniam prædata eſt fœmina ſenſus,
Ex hac ducentur funera noſtra domo.
Omnes humanos ſanat medicina dolores.
Solus amor morbi non amat artificem.
Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon,
Phœnicis Chiron lumina Phillyrides:
Et deus extinctum Creſſis Epidaurius herbis
Reſtituit patriis Androgeona focis:
Nyſus & Æmonia juvenis, qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.
Hoc ſi quis vitium poterit mihi demere, ſolus
Tantaleæ poterit tradere poma manu;
Dolia virgineis idem ille repleverit urnis,
Ne tenera aſſidua colla graventur aqua:
Idem Caucaſia ſolvet de rupe Promethei
Brachia, & a medio pectore pellet avem.
Quandocunque igitur vitam mea fata repoſcent,
Et breve in exiguo marmore nomen ero:
Mæcenas noſtræ ſpes invidioſa juventæ,
Et vitæ & mortis gloria juſta meæ,
Si te forte meo ducet via proxima buſto,
Eſſeda cælatis ſiſte Britanna jugis,

J. SCALIGER.

Brachia & a medio pectore pellet avem) Poſt hunc verſiculum ſequi debent ordine quatuor diſticha, quæ in quarta elegia ſunt, quorum initium, NON HIC HERBA VALET.

Quandocunque igitur vitam mea fata repoſcent] Quia jam dixerat: *Ambulat, & ſubito mirantur funus amici.* Quia igitur hoc mihi contingere poteſt; qui eum eodem morbo conflictor, &c.

VARIORUM.

Via proxima buſto) Magnates in prædiis ac propriis agris qua vias ſpectabant regias, ſepeliri geſtiebāt, ſi modo honeſta morte, aut apud ſuos fatis conceſſiſſent. Et hoc priſcis Quiritibus in uſu fuiſſe, teſtantur adhuc infinita ſepulcrorum rudera in via Appia, Aurelia, Flaminia. *Wormius.*

Eſſeda Britanna.) De his vehiculis Plin. lib. 33. cap. 17. & Cæſar. lib. IV. de Bello Gallico. idem infra lib 4. Eleg. 3. *Pictoque Britannia curru*, ubi ad id, quod hic dicit reſpexiſſe videtur. Unde manifeſto conſtat *Eſſedum* Britannici non minus, quam Gallici vehiculi genus fuiſſe, contra quam in Nomenclatore ſuo exiſtimat Junius. *Douſa P.*

Taliaque illacrymans mutæ jace verba favillæ,
 Huic miſero fatum dura puella fuit.

II.

Liber eram, & vacuo meditabar vivere lecto,
 At me compoſita pace fefellit Amor.
Cur hæc in terris facies humana moratur?
 Juppiter ignoro priſtina furta tua.
Fulva coma eſt, longæque manus: & maxima toto
 Corpore: & incedit vel Jove digna ſoror,
Aut cum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras,
 Gorgonis anguiferæ pectus operta comis,
Qualis & Iſchomache Lapithæ genus heroine,
 Centauris medio grata rapina mero, Mer-

J. SCALIGER.

Pectus operta comis) Noſter, *pectine operta* lego, *pectine operta comas*. Ait pexam eſſe colubris, quæ ſubnaſcuntur ex inciſa cervice Meduſæ. Sed non auſim receptam lectionem mutare. Nam in Ægide dicitur habere Gorgonem.

Qualis & Iſchomache) Libet ſcriptus, *Iſchomene*. Poteſt fieri, ut & illud nomen apud quoſdam Mythologos habuerit.

VARIORUM.

Compoſita pace.) *Componere* heic eſt fingere & ſimulare. Sic eod. libro Eleg. 7.

Sed facile eſt vobis verba & componere fraudes.

Accius laudante Nonio in componere:

Compoſita dicta e pectore evolvunt ſuo.

Sed quod ibi Nonius hoc Saluſtii loco: *Non ſunt compoſita mea verba*, eandem verbi illius ſignificationem putat, fugit eum ratio. Ibi enim *compoſita verba* Sunt ornata, compta & ſplendida, quibus Marius orationem ſuam carere, nec facto indigere ait. *Sciopp. Veriſimil. l. 4. cap. 12.*

Ignoſco.) *Ignorare* hic eſt aſpernari, & cognoſcere nolle, quaſique mentione indignum negligere. qualem ejus verbi notionem notavit in illo Plauti Amph. Janus Guiljelmius:

Quem omnes mortales ignorant, & ludificant, ut lubet.

Douſa F. Quod tamen abjicit Paſſeratius, qui verbum *ignoſco* retinet. *Ignoſco*, inquit non agnoſco, nec credo, & repudio.

Incedit vel Jove digna ſoror.) Ex Athenæo cognovi, inſigni quadam majeſtate inceſſus veteres exiſtimaſſe Junonem procedere, quo reſpexiſſe Poetam judicavi; *Aſt ego quæ divum incedo regina, Joviſque & ſoror & conjunx*. Nam Athenæus ἡραῖον βαδίζει, id eſt, *Junonio inceſſu ambulat*, pro gravitate quadam & magnificentia inceſſus dixit. *Turneb.*

Aut cum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras.) Incedit motu quodam gravi & matronali. Unde Horat. *Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus*; ad aras enim movebantur faculas tenentes matronæ feſtis diebus. Servius, Unde Virgil. IV. Æn. *Aut ante ora Deum pingues ſpatiatur ad aras.* Infra. Eleg. X. Pro *Dulichias* quidam legunt, *Munichias*, id eſt, Athenienſes, quod a Munichia tumulo a quo murus. XL. ſtadiorum Athenarum urbem cum Pyræo, duabusque aliis portubus connectebat. Sed credibile eſt Dulichii cultam Minervam Ulyſſi cariſſimam. Inft. Eleg. XI. *Paſſerat*

Mercurio & ſanctis fertur Bæbeidos undis
  Virgineum Brimo compoſuiſſe latus.
Cedite jam divæ quas paſtor viderat olim
  Idæis tunicam ponere verticibus.
Hanc utinam faciem nolit mutare ſenectus,
  Et ſi Cumææ ſæcula vatis ager.

II. Qui

J. SCALIGER.

Virgineum Brimo) Ita olim emendavit lumen literatorum Adr. Turnebus. Sed antequam ille Adverſaria ſua publicaret, nos ita emendaveramus ex eo ipſo Etymologici loco, ex quo ipſe quoque conjecturam ſuam fecerat. Teſtis hujus emendationis noſtræ nobiliſſimus atque eruditiſſ. Ludovicus Caſtanæus eques Regius Torquatus, & Chriſtianiſſimi Regis ad ſummum Pontificem Legatus. Quum enim illi Propertium explicarem, ita ejus libri oræ a me annotatum fuit. neque hoc ſolum, ſed paulo antequum eidem quinque librus Silvarum Statii enarrarem, oſtenderam illi eundem errorem eſſe in libro ſecundo, in Arborem Atedii Melioris. Nam ubi editum eſt: — *omnia queſtus, Inmitem Bromium: ſtagna invida* — indicavi emendandum eſſe, *Inmitem Brimo*. Ita duo ſimiles errores a nobis ex duobus bonis auctoribus ſublati.

Idæis tunicam) Liber, *Tunicas*. Sic Catullus,

— *& abjectis pervigilat tunicis*.

VARIORUM.

Sanctis Bæbeidos undis.) Sacram eſſe Bœbeïda paludem intelligimus & Aſpide Heſiodi & Strrbone lib. IX.

Ἥψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.

Strabo loco prænotato Bœbeïda lacum in Theſſalia ponit juxta Pheras oppidum. *Paſſ.*

Virgineum Brimo, &c.) Βριμὼ, inquiunt Grammatici Græci, ἡ Περσεφόνη φασὶ δὲ ἑρμῆν, ἐρασθέντα ἐπὶ κυνηγεσίαν ἐξιούσῃ θελῆσαι βιαίως μιχθῆναι. καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτῷ. ὁ δὲ φοβηθεὶς ἀπετράπη. Iſta Grammatici Grræci ſcribunt, qui & negant Mercurio cum ea ſtupri conſuetudinem fuiſſe; quod nec plane dicit Propertius, etſi id fortaſſe ſignificat in quo ut puto alios autores ſequutus eſt: nam Grammatici Græci ab ea perterritum fuiſſe narrant Mercuritum, cum vim ei inferre vellet. *Turneb.*

Tunicam ponere.) Tunica, veſtimentum ſcilicet interius, cui toga aut pallium, aut alia ſuperior veſtis injiceretur. Idque tam virile quam muliebre: quamquam Heſychius virile tantum faciat. *Ferrar.*

Rel

II.

QUi nullum tibi dicebas jam poſſe nocere,
Hæſiſti, cecidit ſpiritus ille tuus.
Vix unum potes infelix requieſcere menſem,
Et turpis de re jam liber alter erit.
Quærebam, ſicca ſi poſſet piſcis arena,
Nec ſolitus ponto vivere torvus aper:
Aut ego ſi poſſem ſtudiis vigilare ſeveris.
Differtur, nunquam tollitur ullus amor.
Nec me tam facies, quamvis ſit candida cepit:
Lilia non domina ſunt magis alba mea,
Ut Mæotica nix minio ſi certet Ibero,
Utque roſæ puro lacte natent folia:
Nec de more comæ per levia colla fluentes,
Non oculi, geminæ ſidera noſtra, faces.

Nec

J. SCALIGER.

Qui nullum tibi dicebas) Lege:

Qui nihilum tibi dicebas jam poſſe nocere.

Horatius:

Conviva lecti nihilum nocuere lagenis.

Vix unum potes infelix) Poſt hoc diſtichon ſequi debet illud, *Liber eram.* Recte ergo conveniunt, QUÆREBAM, & LIBER ERAM. Nam antea quis intelligebat, quorſum illa elegia, quam faciebant ſecundam a prima? Quid aliud ſibi volebant illi, qui hæc ita digeſſerunt, quam σχοῖνον ἐκ τῆς ἄμμου πλέκειν;

Differtur nunquam) Poſt hunc verſiculum interjice quatuor diſticha, quæ ſunt in fine elegiæ alieno loco poſita: quorum primum, AC VELUTI PRIMO TAURUS DETRECTAT. Ait differri non tolli amorem, ac tironibus amoris, qui ſervitium novum gravantur, idem eveni-re, quod tauris primum juga detrectantibus.

Nec me tam facies) Dixit enim jam propter formoſam Pero hoc pertuliſſe Melampodem. quanvis, inquit, ego meam non tam quia formoſa eſt, amo, quam quod multis artibus prædita. Recte igitur hæc conjunximus.

Et Mæotica) *Ut Mæotica.* Liber ſcriptus.

VARIORUM.

Siſte.) Et hoc quoque verbum quam ſæpiſſime Romani monumentis inſcribebant, veluti patet ex variis epitaphiis; nos ſolummodo principium heic Inſcriptionis elegantis dabimus: VIATORES. CIVES. OPTUMI. VEL. ADVENÆ. SIVE. BINI. SIVE. SINGULI. INCEDITIS. SIVE. TURMATIM. QUOD. MAGIS. ERIT. GRATIÆ. [illegible]. &c.

Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella:
  Non ſum de nihilo blandus amator ego.
Quantum, quod poſito formoſe ſaltat Iaccho,
  Egit ut evantes dux Ariadna choros:
Et quantum Æolio cum tentat carmina plectro,
  Par Aganippeæ ludere docta lyræ;
Et ſua cum antiquæ committit ſcripta Corinnæ,
  Carminaque Erynnes non putat æqua ſuis.
Num tibi naſcenti primis, mea vita diebus,
  Aridus argutum ſternuit omen amor?

Hæc

J. SCALIGER.

Nec ſi qua Arabio) Mirum genus loquendi. Hoc eſt, nec quia tu luces Arabio bombyce. Sic infra:

Nec ſi qua illuſtres femina jactat avos.

Hoc eſt, nec quia tu jactas illuſtres avos.

Carminaque Erinnes non putat) Apparet eſſe commentum Beroaldi, quum ipſe poſtea citet veterem ſcripturam quam ego in noſtro reperi:

Carmina quæ quivis non putat eſſe ſuis.

Quam diverſa hæc ab illa vulgata? Nam profecto tam verum eſt Propertium ita ut ponam, ſcripſiſſe; quam me vivere, nempe:

Carminaque æquævis non putat eſſe ſuis.

Aut, inquit, quoties contendit ſcripta ſua cum antiquis poëtriis nam poëtrias æquales ſuas non putat verſus facere. non cenſet eſſe carmina, quæ æquales ſuæ faciunt. Quis audebit hæc falſa eſſe dicere, aut receptæ lectioni ſubſcribere?

Aridus argutum) Macrobius de differentia Græci & Latini ſermonis ita citat hunc verſiculum:

Candidus Auguſta ſternuit omen Amor.

Sternuit omen amor) Et Catullus:

Dextram ſternuit adprobationem.

Sed liber noſter *ſternuit*.

VARIORUM.

Egit ut Evantes Dux Ariadna choros.) *Agere choros* χορεύειν; & *dux agens choros*; ſive *præſul* χορηγός. Virg. VI. Æneid. *Ipſa chorum ſimulans Evantes orgia circum Ducebat Phrygias.* Ubi vide Servium. *Tafferat.*

Sternuit omen.) Sternuendo dedit omen. de auſpicio ejuſmodi per ſternutationem ipſius Amoris Catull. Epigr. XLVI. Theocrit. Thaliſius Idil. VII. Σιμιχίδᾳ μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον. *Simichidæ amores ſternuerunt.* id eſt. *ſternuendo ſignum præbuerunt.* Ubi interpres καθὸ τῶν πταρμῶν, οἱ μὲν εἰσὶν αἴσιοι, οἱ δὲ βλαβεροί. Meminit idem in Helenæ Epithalamio. Euſtathius autem in ſua Iliad. *dextram ſternutationem fortunam,* ait *fuiſſe habitam.* & XIV. Odyſſ. penelope e ſternutatione Telemachi gaudio perfunditur. Ubi multa idem Euſtach. Ariſtot. I. de Anim. nat. Sternutamentum rem ſacram, & vim augurii habentem ſpiritum ait. Idem in Probl. quæſt. XX. Quærit cur in ſternutatione ſalutemus. & Plin. cap. II. & VI. lib. XXVIII. qui ſternutamentum revocari menſam ferculumve, ait, ſi non poſtea Guſtetur aliquid, inter diras habetur. *Paſſerat.* Omnino vid. Rodiginum lib. XXIV. cap. XXVII. & Scioppium Veriſimil. l. 4. c. 12.

Haæ

Hæc tibi contulerunt cæleſtia munera divi:
　Hæc tibi ne matrem forte dediſſe putes.
Non non humani ſunt partus talia dona:
　Iſta decem menſes non peperere bona.
Gloria Romanis una es tu nata puellis.
　Romana accumbes prima puella Jovi,

Nec

J. SCALIGER

Hæc tibi contulerunt) Duplicanda hæc ſunt

Hæc tibi contulerunt cæleſtia munera Divi
Hæc tibi. ne matrem forte dediſſe putes.

Romano accumbes prima puella Jovi) Noſter liber in margine corrigit *loco* pro *Jovi*. Sic lib. IIII. eodem modo, ubi in vulgatis eſt -- *furto polluit ille locum*, vetus lectio habet, *Jovem*. Verum igitur eſt hic perperam editum eſſe *Jovi* pro *loco*. Nam hoc vult: inter puellas Romanas tu prima eris. inter Græcas & peregrinas ſecunda poſt Helenam. Sic infra:

Et tibi Mæonias inter heroidas omnes
Primus erit nulla non tribuente locus.

Tralatitie ergo dixit. Nam in conviviis diginori perſonæ potior locus datur Quam diverſam igitur ſententiam in animo habebant, qui Jovi repoſuerant? Eſt enim, ut dixi, metaphora a conviviis. Ut in diſcubitorio potiori perſonæ potior locus datur, ita & tibi in ſeſſimonio Romanarum puellarum. In triclinio, ut notio verbi indicat, tres lecti erant. Horatius:
Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.
Medius lectus honoratior erat. Septem, ut proverbium fert, convivium faciebant. Itaque in medio unus tantum diſcumbebat, nempe honoratior, ſive conſularis: aut prætorius inter Senatores: ſive ſenator inter inferioris gradus homines eſſet, in duobus reliquis lectis ſinguli tres. Sin octo eſſent, in medio honoratior perſona quæ erat, interior diſcumbebat. Hæc probantur obſervatione loci Salluſtiani ex tertia hiſtoria qui ita, ut & interpungi, & legi debet, a me apponetur: *Igitur diſcubuere interior Sertorius in medio: ſuper eum Tuſcus Fabius Hiſpanienſis ſenator, ex proſcriptis. In ſummo Antonius, & infra ſcriba Sertorii Verſius, & alter ſcriba Mæcenas. In imo medius inter Tarquinium, & Dominum Perperna.* Hic enim in medio lecto duo tantum, Sertorius, & Fabius, ſeu Fadius. Octo erant ſcilicet in hoc ſtibadio.

VARIORUM.

Accumbes.] Ambigue de accubitu menſæ & tori. Nam accubitu menſę dii deæque ſiunt. De accubitu lecti nihil neceſſe dicere, quæ Venus novit. *Paſſ.*

Prima.) At cum Juturna prius concubuit. Sed nimirum Juturna non Romana erat, ſed Apula. & *prima* eſt *imprimis, nulli ſecunda*, Livinejus.

Nec ſemper nobiſcum humana cubilia viſes.
Poſt Helenam hæc terris forma ſecunda redit.]
Hæc ego nunc mirer ſi flagrer noſtra juventus?
Pulchrius hac fuerat Troja perire tibi.
Olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli
Europæ atque Aſiæ cauſſa puella fuit:
Nunc Pati tu ſapiens, & tu Menelaë fuiſti,
Tu quia poſcebas, tu quia lentus eras.
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,
Vel Priamus: belli cauſſa probanda fuit.
Si quis vult fama tabulas anteire vetuſtas.
Hic dominã exẽplo ponat inante meã: Sive

J. SCALIGER.

Nec ſemper nobiſcum) Melior antiqua ſcriptura, & primæ editiones, qnæ habent,

Nec tantũ mecum Romana cubilia viſes.

Perſiſtit in metapbora a diſcumbendo. Digniori enim, ut diximus, primns locus datur. Nec tantum in ſtibadiis Romanis prima diſcumbes. hoc eſt, nec tantum inter Romanas formoſas numeraberis. Tu etiam in peregrinis nomen habebis. *Mecum*, ut in Catullnm notavimus eſt, me judice. ut a Catullus: *nam tecum multus homo es.* id eſt te judice, tuo judicio.

Poſt Helenam) Ergo explicat quid voluerit illa allegoria:

Romano accumbes prima puella loco.

Nam quia hic dixit, tu forma ſecunda es poſt Helenam: illud erit, tu prima forma es ante omnes puellas noſtrates. Ineptiſſime igitnr hæc corruperant ii, qui non ſolum hæc non intelligebant, ſed etiam ut ne alii intelligerent, effecerant. Certe nemo negaverit veram horum verſuum ſedem eſſe, niſi aut zelotypus aut imperitus.

VAROIRUM.

Tu quia poſcebas, tu quia lentus eras) Utrumque tranſlatum a creditoribus, & *poſcebas*, id eſt. res raptas repetebas. & *lentus erat.* Nam lenti debitores, qui moram faciunt in ſolvendo. Lucillius apud Nonium in *lentum:*

Lucin' Cotta ſenex, Craſſi pater hujus Panati,
Magnus trico fuit nummarius: ſolvere nulli. Lentus

Facilis, inquit Nonius. Imo *ſolvere nulli.* Id eſt nulli ſolvebat, quia lentus erat. *Paſſerat.*

Pro qua vel obiret Achilles.) Lego *Atrides.* id eſt, Agamemnon. ut utrinque ſumnii duces numerentur inter Trojanos Priamus, Græcos Agamemnon, ſine quorum alterius ſanguine bellum hoc extingui non poſſet. *Livinejus.*

Signis &c.) Admonuerunt quidam viri docti *inante* pro ante eſſe poſitum: & dixit mihi Giſanius, in vetuſtiſſimo libro ſe reperiſſe *exemplar.* Sed quid hæc ad declarandum obſcurum hunc verſum? putares conjungi debere ante meam dominam: quum tamen ſecus ſit. Hoc ait: ſiquis eo nomine laudari vult, quod dominam adeo formoſam habeat, ut cum veteribus heroinis conferenda ſit, ille heic Cynthiam meam ad exemplum anteponat. *Scioppius Veriſimil. l. 4. c. 3.*

Ponat inante.) Pro *proponat.* Sic Tibnllus *Agricola ponitur. ante Deo.* & Plautus *Bonum anteponam prandium*

pran-

Sive illam Heſperiis, ſive illam oſtendet Eoïs;
  Uret & Eoos, uret & Heſperios.
His ſaltem ut teneat jam finibus, aut mihi ſi quis,
  Acrius ut moriar, venerit alter amor.
Ac veluti primo taurus detrectat aratra,
  Poſt venit aſſueto mollis ad arva jugo:
Sic primo juvenes trepidant in amore feroces,
  Dehinc domiti poſt hæc æqua, & iniqua ferunt.
Turpia perpeſſus vates eſt vincla Melampus,
  Cognitus Iphicli ſurripuiſſe boves;
Quem non lucra, magis Pero formoſa coëgit,
  Mox Amythaonia nupta futura domo.

IV.

MUlta prius dominæ delicta quæraris oportes,
  Sæpe roges aliquid, ſæpe repulſus eas,
Et ſæpe immeritos corrumpas dentibus ungues,
  Et crepitum dubio ſuſcitet ira pede:

Nequic-

pranſoribus. Inante autem antique pro *ante*, ſicut & *inuſque* pro uſque Livinejus. *Hic dominam exemplo ponat inante meam.* Ita leg. cum Fabricio. Sed quod Cic in ante diem ſeu A D Kalend: jano. *&c* dicit huc non pertinet. *Giphanius.*

J. SCALIGER.

Uret & eoos, uret & heſperios) Poſt hunc verſiculum repone ſeptem diſticha, quæ immerito hinc divulſa fuerunt, & eundem caſum communē cum aliis paſſa ſunt. Eorum initiſi eſt, QUUR HÆC IN TERRIS FACIES HUMANA MORATUR.

Multa prius dominæ) Hæc elegia ſeptem tantum diſtichorum eſt. Nam quatuor rejecimus in primam elegiam, ut ſuo loco indicavimus.

Et crepitum dubio) Græci vocant πλεπονοπεῖν.

VARIORUM.

Corrumpas dentibus ungues.) Rodere ungues, geſtus iratorum, ut Eleg. ult. lib. III. *Ungue meam morſo ſæpe querere fidem.* delicatiores quique eos per artificem curioſe ſecabant. Tibul: -- *quid ungues*
Artificis docta ſubſecuiſſe manu.
Livinejus.

 Nequic-

Aut canerem Ægyptum, & Nilum, cum tractus in urbem
  Septem captivis debilis ibat aquis:
Aut regum auratis circumdata colla catenis,
  Actiaque in Sacra currere roſtra via;
Te mea muſa illis ſemper contexerit armis,
  Et ſumpta, & poſita pace fidele caput.
Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achilles;
  Hic Ixionidem, ille Menœtiaden.
Sed neque Phlegræos Jovis, Enceladique tumultus
  Intonet auguſto pectore Callimachus:

Navita

VARIORUM.

dione cinxit, turpique & nihil non experta fame ad deditionem tandem coëgit, urbe ipſa in cineres jam ſubſidente, Cn. Domitio Calvino & C. Aſinio Pollione Coss. *Meibomius.*

Aut Ptolemæa litora capta Phari.) Bellum Alexandrinum, de quo Sueton. in Aug. cap. XVII. Dio lib. LI. Plut. in Ant. In Ægypto Pharos inſula fuit colonia dictatoris Cæſaris juncta ponte Alexandriæ, ut ſcribit *Plin.*

Nilum cùm tractus in urbem.) In Alexandrino triumpho ſimulacrum Nili exhibuit Auguſtus. Solebant quidpe Romani etiam fluviorum imagines in triumphum trahere, quod vel ſexcentis poſſet probari locis; nos hic paucis contenti erimus. Ovid. lib. II. de Pont. Eleg. I. Claudian. lib. III. de laud. Stilic. *Hi famulos traherent reges, hi facta metallo Oppida, vel montes,* CAPTIVAQ. FLUMINA FERRENT. *Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes, Inde attenuato gemeret Germania* Reno. Ovid. lib. IV. de Triſt. Eleg. II. Perſ. Sat. VI. Virg. lib. VIII. Æn. Obſervatum in hac Pompæ traductione ut fluvii iiſdem oſtiis, quot fluerent, deſcriberentur, hoc eſt, quod *Aquas ſeptem.* id eſt, oſtia Nilum habere dixit.

Sacravia.] Una dictio Chariſ. lib. I. *Sacravia Romæ qua ſacra feruntur in arcem quotquot menſibus,* inquit Varro. IV. de L.L. undè dicti *Sacravienſes.* Ovid. lib. III. Triſt. Eleg. I. *Hac eſt a* SACRIS *qua* VIA *nomen habet.* Feſtus ait, quibuſdam ita dictam videri, quia in ea fœdus ſit ictum inter Romulum & Tatium. Per eam vehebantur triumphales in Capitolium. ut docet Porphyrio ad hunc locum Horatii Od. II. lib. IV. *Quandoque trahet feroces Per* SACRUM CLIVUM *merita decorus Fronde Sycambros.* Et Od. VII. Epod. *Intactus aut Britannus ut deſcenderet* SACRA *catenatus* VIA. Tres autem ternis diebus Auguſti triumphi. Primus de Dalmatis & Pannoniis; alter de Actiaca pugna: poſtremus de ſubacta Ægypto. Dio lib. LI. Suet. in Aug. cap. XXII. Virg. VIII. Æn. *Paſſer.*

Res

Nec mea conveniunt duro præcordia verſu
 Cæſaris in Phrygios condere nomen avos.
Navita de ventis, de tauris narrat arator,
 Enumerat miles vulnera, paſtor oves:
Nos contra anguſto verſamus prælia lecto.
 Qua pote quiſque, in ea conterat arte diem.
Laus in amore mori: laus altera ſi datur, uno
 Poſſe frui, fruar o ſolus amore meo.
Si memini, ſolet illa leves culpare puellas,
 Et totam ex Helena non probat Iliada.
Seu mihi ſint tangenda novercæ pocula Phædræ,
 Pocula privigno non nocitura ſuo,
Seu mihi Circæo pereundum eſt gramine, ſive
 Colchis Colchiacis urat ahena focis;

Una

J. SCALIGER.

Qua pote quiſque) ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Laus in amore mori laus ſi datur altera) Recentiores editiones hunc verſiculum aliæ alio modo corruperunt. Sed antiquiores itemque liber ſcriptus recte habent: -- *Laus altera, ſi datur uno Poſſe frui.* Planus eſt ſenſus. Primo optat amantem mori. ſecundo unam tantum amare, neque omnivolum, ut ille ait, eſſe. Poſt hoc diſtichon interſerendum huc aliud, quod eſt circa finem Elegiæ, quæ in vulgatis editionibus tertia numero eſt. Quare ita leges cum iſto:

Laus in amore mori. laus altera, ſi datur uno
 Poſſe frui. fruar, o, ſolus amore meo,
His ſaltem ut tenear jam finibus: aut mihi ſi quis
 Veneris alter amor. acrius ut moriar.

Non ſolum hoc diſtichon ſuis antiquis ſedibus reſtituimus, ſed etiam inverſum pentametrum quo verborum ordine legi debuit poſuimus. Scio τὸ *ut* ἀνεκπνῶς poſſe exponi. ſed, ut id concedamus, quam bene illud diſtichon ſententiam ſuam tueatur illo loco, quo legitur hodie, velim dicant mihi quicunque opinioni noſtræ adverſari parati ſunt. contra, quam non hic conveniat, doceant me, quæſo. ego conjecturam meam feliciori ſucceſſu defendam, quam illi eam oppugnabunt.

Colchis Colchiacis) Malo, *Jolchiacis*.

VARIORUM.

Cæſaris in Phrygios condere nomen avos.) Pro reponere & recondere & referre in numerum Heroum, Aſſaraci, Æneæ, Juli, unde gens Julia. Feſtus: CONDERE, *dare in interiorem locum ad cuſtodiam faciliorem; & ſcribere.* Utrumque huic loco convenit: quia ſcriptor mandat poſteritati, & tradit ſervandam gloriam. *Condere in avos* dictum ut Cic. lib. 1. de nat. Deor. *Homines morte deletos reponere in Deos.* Paſſerat.

Brachia

Una meos quoniam prædata eſt fœmina ſenſus,
  Ex hac ducentur funera noſtra domo.
Omnes humanos ſanat medicina dolores.
  Solus amor morbi non amat artificem.
Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon,
  Phœnicis Chiron lumina Phillyrides:
Et deus extinctum Creſſis Epidaurius herbis
  Reſtituit patriis Androgeona focis:
Nyſus & Æmonia juvenis, qua cuſpide vulnus
  Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.
Hoc ſi quis vitium poterit mihi demere, ſolus
  Tantaleæ poterit tradere poma manu;
Dolia virgineis idem ille repleverit urnis,
  Ne tenera aſſidua colla graventur aqua:
Idem Caucaſia ſolvet de rupe Promethei
  Brachia, & a medio pectore pellet avem.
Quandocunque igitur vitam mea fata repoſcent,
  Et breve in exiguo marmore nomen ero:
Mæcenas noſtræ ſpes invidioſa juventæ,
  Et vitæ & mortis gloria juſta meæ,
Si te forte meo ducet via proxima buſto,
  Eſſeda cælatis ſiſte Britanna jugis,

Talia

J. SCALIGER.

Brachia & a medio pectore pellet avem) Poſt hunc verſiculum ſequi debent ordine quatuor diſticha, quæ in quarta elegia ſunt, quorum initium, NON HIC HERBA VALET.

Quandocunque igitur vitam mea fata repoſcent] Quia jam dixerat: *Ambulat, & ſubito mirantur funus amici.* Quia igitur hoc mihi contingere poteſt; qui cum eodem morbo conflictor, &c.

VARIORUM.

Via proxima buſto) Magnates in prædiis ac propriis agris qua vias ſpectabant regias, ſepeliri geſtiebãt, ſi modo honeſta morte, aut apud ſuos fatis conceſſiſſent. Et hoc priſcis Quiritibus in uſu fuiſſe, teſtantur adhuc infinita ſepulcrorum rudera in via Appia, Aurelia, Flaminia. *Wormius.*

Eſſeda Britanna.) De his vehiculis Plin. lib. 33. cap. 17. & Cæſar. lib. IV. de Bello Gallico. idem infra lib 4. Eleg. 3. *Pictoque Britannia curru*, ubi ad id, quod hic dicit reſpexiſſe videtur. Unde manifeſto conſtat *Eſſedum* Britannici non minus, quam Gallici vehiculi genus fuiſſe, contra quam in Nomenclatore ſuo exiſtimat Junius. *Douſa P.*

Pectus

Taliaque illacrymans mutæ jace verba favillæ,
Huic miſero fatum dura puella fuit.

II.

LIber eram, & vacuo meditabar vivere lecto,
At me compoſita pace fefellit Amor.
Cur hæc in terris facies humana moratur?
Juppiter ignoro priſtina ſurta tua.
Fulva coma eſt, longæque manus: & maxima toto
Corpore: & incedit vel Jove digna ſoror,
Aut cum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras,
Gorgonis anguiferæ pectus operta comis,
Qualis & Iſchomache Lapithæ genus heroine,
Centauris medio grata rapina mero, Mer-

J. SCALIGER.

Pectus operta comis) Noſter, *pectine operta* lego, *pectine operta comas*. Ait pexam eſſe colubris, quæ ſubnaſcuntur ex inciſa cervice Meduſæ. Sed non auſim receptam lectionem mutare. Nam in Ægide dicitur habere Gorgonem.

Qualis & Iſchomache) Liber ſcriptus, *Iſthomene*. Poteſt fieri, ut & illud nomen apud quoſdam Mythologos habuerit.

VARIORUM.

Compoſita pace.) *Componere* heic eſt fingere & ſimulare. Sic eod. libro Eleg. 7.

Sed facile eſt vobis verba & componere fraudes.

Accius laudante Nonio in componere:

Compoſita dicta e pectore evolvunt ſuo.

Sed quod i nibi Nonius hoc Salustli loco: *Non ſunt compoſita mea verba*, eandem verbi illius ſignificationem putat, fugit eum ratio. Ibi enim *compoſita verba* Sunt ornata, compta & ſplendida, quibus Marius orationem ſuam carere, nec factu indigere ait. *Sciopp. Veriſimil. l. 4. cap. 12.*

Ignoſco.) *Ignorare* hic eſt aſpernari, & cognoſcere nolle, quaſique mentione indignum negligere. qualem ejus verbi notionem notavit in illo Plauti Amph. Janus Guiljelmius:

Quem omnes mortales ignorant, & ludificant, ut lubet.

Douſa F. Quod tamen abjicit Paſſeratius, qui verbum *ignoſco* retinet. *Ignoſco*, inquit non agnoſco, nec credo, & repudio.

Incedit vel Jove digna ſoror.) Ex Athenæo cognovi, inſigni quadam majeſtate inceſſus veteres exiſtimaſſe Junonem procedere, quo reſpexiſſe Poetam judicavi; *Aſt ego quæ divum incedo regina, Joviſque & ſoror & conjunx*. Nam Athenæus ἡραῖον βαδίζει, id eſt, *Junonio inceſſu ambulat*, pro gravitate quadam & magnificentia inceſſus dixit. *Turneb.*

Aut cum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras.) Incedit motu quodam gravi & matronali. Unde Horat. *Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus*; ad aras enim movebantur faculas tenentes matronæ feſtis diebus. Servius. Unde Virgil. IV. Æn. *Aut ante ora Deum pingues ſpatiatur ad aras.* Infra. Eleg. X. Pro *Dulichias* quidam legunt, *Munichias*, id eſt, Athenienſes, quod a Munichia tumulo a quo murus. XL. ſtadiorum Athenarum urbem cum Pyræo, duabusque aliis portubus connectebat. Sed credibile eſt Dulichii cultam Minervam Ulyſſi cariſſimam. Infr. Eleg. XI. *Paſſerat*

Mercurio & ſanctis fertur Bæbeidos undis
  Virgineum Brimo compoſuiſſe latus.
Cedite jam divæ quas paſtor viderat olim
  Idæis tunicam ponere verticibus.
Hanc utinam faciem nolit mutare ſenectus,
  Et ſi Cumææ ſæcula vatis ager.

II. Qui

J. SCALIGER.

Virgineum Brimo) Ita olim emendavit lumen literatorum Adr. Turnebus. Sed antequam ille Adverſaria ſua publicaret, nos ita emendaveramus ex eo ipſo Etymologici loco, ex quo ipſe quoque conjecturam ſuam fecerat. Teſtis hujus emendationis noſtræ nobiliſſimus atque eruditiſſ. Ludovicus Caſtanæus eques Regius Torquatus, & Chriſtianiſſimi Regis ad ſummum Pontificem Legatus. Quum enim illi Propertium explicarem, ita ejus libri oræ a me annotatum fuit. neque hoc ſolum, ſed paulo ante, quum eidem quinque libros Silvarum Statii enarrarem, oſtenderam illi eundem errorem eſſe in libro ſecundo, in Arborem Atedii Meliores. Nam ubi editum eſt: -- *omnia queſtus, Inmitem Bromium: ſtagna invida* -- indicavi emendandum eſſe, *Inmitem Brimo.* Ita duo ſimiles errores a nobis ex duobus bonis auctoribus ſublati.

Idæis tunicam) Liber, *Tunicas.* Sic Catullus,
  -- *& abjectis pervigilat tunicis.*

VARIORUM.

Sanctis Bæbeidos undis.) Sacram eſſe Bœbeïda paludem intelligimus & Aſpide Heſiodi & Strrbone lib. IX.

Ἥψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.

Strabo loco prænotato Bœbeïda lacum in Theſſalia ponit juxta Pheras oppidum. *Paſſ.*

Virgineum Brimo, &c.) Βριμώ, inquiunr Grammatici Græci, ἡ Περσεφόνη φασὶ δὲ Ἑρμῆν, ἐρασθέντα ἐπὶ κυνηγεσίαν ἐξιούσης θελῆσαι βιαίως μιχθῆναι. ἡ δὲ ἐνεβριμήσατο αὐτῷ. ὁ δὲ φοβηθεὶς ἀπετράπη. Iſta Grammatici Grræci ſcribunt, qui & negant Mercurio cum ea ſtupri conſuetudinem fuiſſe: quod nec plane dicit Propertius, etſi id fortaſſe ſignificat in quo ut puto alios autores ſequutus eſt: nam Grammatici Græci ab ea perterritum fuiſſe narrant Mercuritum, cum vim ei inferte vellet. *Turneb.*

Tunicam ponere.) Tunica, veſtimentum ſcilicet interius, cui toga aut pallium, aut alia ſuperior veſtis injiceretur. Idque tam virile quam muliebre: quamquam Heſychius virile tantum faciat. *Ferrar.*

II.

Qui nullum tibi dicebas jam poſſe nocere,
  Hæſiſti, cecidit ſpiritus ille tuus.
Vix unum potes infelix requieſcere menſem,
  Et turpis de re jam liber alter erit.
Quærebam, ſicca ſi poſſet piſcis arena,
  Nec ſolitus ponto vivere torvus aper:
Aut ego ſi poſſem ſtudiis vigilare ſeveris.
  Differtur, nunquam tollitur ullus amor.
Nec me tam facies, quamvis ſit candida cepit:
  Lilia non domina ſunt magis alba mea,
Ut Mæotica nix minio ſi certet Ibero,
  Utque roſæ puro lacte natent folia:
Nec de more comæ per levia colla fluentes,
  Non oculi, geminæ ſidera noſtra, faces.

Nec

J. SCALIGER.

Qui nullum tibi dicebas) Lege:
Qui nihilum tibi dicebas jam poſſe nocere.
Horatius:
Conviva lecti nihilum nocuere lagenis.

Vix unum potes infelix) Poſt hoc diſtichon ſequi debet illud, *Liber eram*. Recte ergo conveniunt, QUÆREBAM, & LIBER ERAM. Nam antea quis intelligebat, quorſum illa elegia, quam faciebant ſecundam a prima? Quid aliud ſibi volebant illi, qui hæc ita digeſſerunt, quam χαῖνον ἐκ τῆς ἄρμης πλέκειν?

Differtur nunquam) Poſt hunc verſiculum interjice quatuor diſticha, quæ ſunt in fine elegiæ alieno loco poſita: quorum primum, AC VELUTI PRIMO TAURUS DETRECTAT. Ait differri non tolli amorem, ac tironibus amoris, qui ſervitium novum gravantur, idem evenire, quod tauris primum juga detrectantibus.

Nec me tam facies) Dixit enim jam propter formoſam Pero hoc pertuliſſe Melampodem. quanvis, inquit, ego meam non tam quia formoſa eſt, amo, quam quod multis artibus prædita. Recte igitur hæc conjunximus.

Et Mæotica) *Ut Mæotica*. Liber ſcriptus.

VARIORUM.

Siſte.) Et hoc quoque verbum quam ſæpiſſime Romani monumentis inſcribebant, veluti patet ex variis epitaphiis; nos ſolummodo principium heic Inſcriptionis elegantis dabimus: VIATORES. CIVES. OPTUMI. VEL. ADVENÆ. SIVE. BINI. SIVE. SINGULI. INCEDITIS. SIVE. TURMATIM. QUOD. MAGIS. ERIT. GRATIÆ. [illegible]. &c.

Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella:
  Non ſum de nihilo blandus amator ego.
Quantum, quod poſito formoſe ſaltat Iaccho,
  Egit ut evantes dux Ariadna choros:
Et quantum Æolio cum tentat carmina plectro,
  Par Aganippeæ ludere docta lyræ;
Et ſua cum antiquæ committit ſcripta Corinnæ,
  Carminaque Erynnes non putat æqua ſuis.
Num tibi naſcenti primis, mea vita diebus,
  Aridus argutum ſternuit omen amor?

Hæc

J. SCALIGER.

Nec ſi qua Arabio) Mirum genus loquendi. Hoc eſt, nec quia tu luces Arabio bombyce. Sic infra:

Nec ſi qua illuſtres fœmina jactat avos.

Hoc eſt, nec quia tu jactas illuſtres avos.

Carminaque Erinnes non putat) Apparet eſſe commentum Beroaldi, quum ipſe, poſtea citet veterem ſcripturam quam ego in noſtro reperi:

Carmina quæ quivis non putat eſſe ſuis.

Quam diverſa hæc ab illa vulgata? Nam profecto tam verum eſt Propertium ita ut ponam, ſcripſiſſe; quam me vivere, nempe:

Carminaque æquævis non putat eſſe ſuis.

Aut, inquit, quoties contendit ſcripta ſua cum antiquis poëtriis nam poëtrias æquales ſuas non putat verſus facere. non cenſet eſſe carmina, quæ æquales ſuæ faciunt. Quis audebit hæc falſa eſſe dicere, aut receptæ lectioni ſubſcribere?

Aridus argutum) Macrobius de differentia Græci & Latini ſermonis ita citat hunc verſiculum:

Candidus Auguſtæ ſternuit omen Amor.

Sternuit omen amor) Et Catullus:

Dextram ſternuit adprobationem.

Sed liber noſter *ſtertuit*...

VARIORUM.

Egit ut Evantes Dux Ariadna choros.) *Agere choros* χορεύειν; & *dux agens choros*; ſive *præſul* χορηγός. Virg. VI. Æneid. *Ipſa chorum ſimulans Evantes orgia circum Ducebat Phrygias.* Ubi vide Servium. *Paſſerat.*

Sternuit omen.) Sternuendo dedit omen. de auſpicio ejuſmodi per ſternutationem ipſius Amoris Catull. Epigr. XLVI. Theocrit. Thaliſius Idil. VII. Σιμιχίδᾳ μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον. *Simichidæ amores ſternuerunt.* id eſt. *ſternuendo ſignum præbuerunt.* Ubi interpres καθὸ τῶν πταρμῶν, οἱ μὲν εἰσὶν αἴσιμοι, οἱ δὲ βλαβεροί Meminit idem in Helenæ Epithalamio. Euſtathius autem in ſua Iliad. *dextram ſternutationem fortunam, ait, fuiſſe habitam.* & XIV. Odyſſ. penelope e ſternutatione Telemachi gaudio perfunditur. Ubi multa idem Euſtach. Ariſtot. I. de Anim. nat. Sternutamentum rem ſacram, & vim augurii habentem ſpiritum ait. Idem in Probl. quæſt. XX. Quærit cur in ſternutatione ſalutemus. & Plini. cap. II. & VI. lib. XXVIII. qui ſternutamentum revocari menſam ferculumve, ait, ſi non poſtea Guſtetur aliquid, inter diras haberur. *Paſſerat.* Omnino vid. Rodiginum lib. XXIV. cap. XXVII. & Scioppium Veriſimil. l. 4. c. 12.

Hæ

Hæc tibi contulerunt cæleſtia munera divi:
Hæc tibi ne matrem forte dediſſe putes.
Non non humani ſunt partus talia dona:
Iſta decem menſes non peperere bona.
Gloria Romanis una es tu nata puellis.
Romana accumbes prima puella Jovi,

Nec

J. SCALIGER

Hac tibi contulerunt) Duplicanda hæc ſunt

Hac tibi contulerunt caleſtia munera Divi
Hac tibi. ne matrem forte dediſſe putes.

Romano accumbes prima puella Jovi) Noſter liber in margine corrigit *loco* pro *Jovi*. Sic lib. IIII. eodem modo, ubi in vulgatis eſt -- *furto polluit ille locum* vetus lectio habet, *Jovem*. Verum igitur eſt hic perperam editum eſſe *Jovi* pro *loco*. Nam hoc vult: inter puellas Romanas tu prima eris. inter Græcas & peregrinas ſecunda poſt Helenam. Sic infra:

Et tibi Mæonias inter heroidas omnes
Primus erit nulla non tribuente locus.

Tralatitie ergo dixit. Nam in conviviis diginori perſonæ potior locus datur Quam diverſam igitur ſententiam in animo habebant, qui Jovi repoſuerant? Eſt enim, ut dixi, metaphora a conviviis. Ut in diſcubitorio potiori perſonæ potior locus datur, ita & tibi in ſeſſimonio Romanarum puellarum. In triclinio, ut notio verbi indicat, tres lecti erant. Horatius:
Sæpe tribus lectis videas cænare quaternos.
Medius lectus honoratior erat. Septem, ut proverbium fert, convivium faciebant. Itaque in medio unus tantum diſcumbebat, nempe honoratior, ſive conſularis: aut prætorius inter Senatores: ſive ſenator inter inferioris gradus homines eſſet, in duobus reliquis lectis ſinguli tres. Sin octo eſſent, in medio honoratior perſona quæ erat, interior diſcumbebat. Hæc probantur obſervatione loci Salluſtiani ex tertia hiſtoria qui ita, ut & interpungi, & legi debet, a me apponetur: *Igitur diſcubuere interior Sertorius in medio: ſuper eum Tuſcus Fabius Hiſpanienſis ſenator, ex proſcriptis. In ſummo Antonius, & infra ſcriba Sertorii Verſius, & alter ſcriba Mæcenas. In imo medius inter Tarquinium, & Dominum Perperna.* Hic enim in medio lecto dun tantum, Sertorius, & Fabius, ſeu Fadius. Octo erant ſcilicet in hoc ſtibadio.

VARIORUM.

Accumbes.] Ambigue de accubitu menſæ & tori. Nam accubitu menſę dii deæque ſiunt. De accubitu lecti nihil neceſſe dicere, quæ Venus novit. *Paſſ.*

Prima.) At cum Juturna prius concubuit. Sed nimirum Juturna non Romana erat, ſed Apula. & *prima* eſt *imprimis, nulli ſecunda*, Livinejus.

Sive illam Heſperiis, ſive illam oſtendet Eois;
Uret & Eoos, uret & Heſperios.
His ſaltem ut teneat jam finibus, aut mihi ſi quis,
Acrius ut moriar, venerit alter amor.
Ac veluti primo taurus detrectat aratra,
Poſt venit aſſueto mollis ad arva jugo:
Sic primo juvenes trepidant in amore feroces,
Dehinc domiti poſt hæc æqua, & iniqua ferunt.
Turpia perpeſſus vates eſt vincla Melampus,
Cognitus Iphicli ſurripuiſſe boves;
Quem non lucra, magis Pero formoſa coëgit,
Mox Amythaonia nupta futura domo.

IV.

MUlta prius dominæ delicta quæraris oportes,
Sæpe roges aliquid, ſæpe repulſus eas,
Et ſæpe immeritos corrumpas dentibus ungues,
Et crepitum dubio ſuſcitet ira pede:

Nequic-

pranſoribus. Inante autem antique pro *ante*, ſicut & *inuſque* pro uſque Livinejus. *Hic dominam exemplo ponat inante meam.* Ita leg. cum Fabricio. Sed quod Cic in ante diem ſeu A D Kalend: jano. *&c* dicit huc non pertinet. *Giphanius.*

J. SCALIGER.

Uret & eoos, uret & heſperios) Poſt hunc verſiculum repone ſeptem diſticha, quæ immerito hinc divulſa fuerunt, & eundem caſum communē cum aliis paſſa ſunt. Eorum initiū eſt, QUUR HÆC IN TERRIS FACIES HUMANA MORATUR.

Multa prius domina) Hæc elegia ſeptem tantum diſtichorum eſt. Nam quatuor rejecimus in primam elegiam, ut ſuo loco indicavimus.

Et crepitum dubio) Græci vocant *πτερνοκρoτεῖν*.

VARIORUM.

Corrumpas dentibus ungues.) Rodere ungues, geſtus iratorum. ut Eleg. ult. lib. III. *Ungue meam morſo ſæpe querere fidem.* delicatiores quique eos per artificem curioſe ſecabant. Tibul: -- *quid ungues*
Artificis docta ſubſecuiſſe manu.
Livinejus.

 Nequic-

Nequicquam perfuſa meis unguenta capillis;
Ibat & expenſo planta morata gradu.
Non hic herba valet, non hic nocturna Cyteis,
Non Perimedea gramina cocta manu.
Quippe ubi nec cauſſas, nec apertos cernimus ictus,
Unde tamen veniant tot mala, cæca via eſt.
Non egit hic medicis, non lectis mollibus æger,
Huic nullum cæli tempus, & aura nocet,
Ambulat, & ſubito mirantur funus amici.
Sic eſt incautum, quicquid habetur Amor.
Nam cui non ego ſum fallaci præmia vati?
Quæ mea non decies ſomnia verſat anus?
Hoſtis ſi quis erit nobis, amet ipſe puellas:
Gaudeat in puero, ſi quis amicus erit. Tran-

J. SCALIGER.

Nequicquam perfuſa meis) μέμψις. Iracundis, inquit, amator hoc dicit ſecum ſtomachabundus, *Nequicquam perfuſa*, &c. Fruſtra igitur me ornavi amicæ. Nihil abſurditatis erit etiam hæc ex perſona ipſius poëtæ dicta videri.

Ibat & expenſo) Tibullus:

O quoties ingreſſus iter, mihi triſtia dixi
Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem.

VARIORUM.

Expenſo.) i. gravi & lento: quia qui res expendunt lentius & conſideratius id faciunt. An *expenſo* pro numerato, ut dicimus, *expenſum ferre*. An *expanſo*? Sed vet. lib. *extenſo*. quia qui extendunt gradum lente eunt, ut cum gradibus metimur ſpatium ſoli. *Paſſer.*

Ambulat & ſubito mirantur funus amici.) i. Sicut ego expono, eum funus eſſe. h. e. funeri acerbo traditum, redactumque quaſi in favillas & cinerem. *Douſa P.*

Eſſe præmia.) Pro ſpolia ex ſe dare. *Præmia* pro prędа. & hoc jam alibi dictū.

Decies ſomnia verſat anus.) An *decies*, pro ſæpius, incertus numerus pro certo? An ob præſtantiam denarii numeri. nam ad decem uſq; progredimur numerando, & decem decies, centum; decies cententia mille, decies mille, myrias. *Paſſerat.*

Verſat ſomnia) An animo ſæpius volvit, per conjecturam explicatura. Unde *verſuti* dicti Ciceroni? An quia ſortibus in urna verſatis utebamur amiculæ? & ſortes ſomniorum vertere ſe dicuntur veteri poëtæ apud Cic 1. de divinat.

Tum conjectorem poſtulat pacem petens;
Ut ſe edoceret obſecrans Apollinem
Quo ſeſe vertant tantæ ſortes ſomnium.

Vet. Glos. *Somniortator*, ὀνειροπόλος. An *Somnivorſator*? defert. vero Eleg. XII. Infr. ad conjectorem ſomniaſſe ſe. *Paſſ.*

Hoſtis.) Solebant veteres, quæ a ſe deprecabantur, hoſtibus optare. Sic alibi, *hoſtibus eveniat lenta puella meis*. Livin. Sic apud Senec. in Octavia Act. IV. Sc. 1. Poppaea mala & triſtia ſomnia ſacrificiis expiare conſtituens optat, UT TERROR IN HOSTES SUOS RECIDAT. Vid Briſſon. de Form. lib. 1.

Gaudeat in puero.) Puerum amet & amato potiatur. *Gaudere in aliquo*, ut lib. IV. Eleg. IX. *Cynthia in exuviis gaudet*. τὸ *in* ſæpe vacat apud Propertium. *Paſſ.*

Et

Tranquillo tuta deſcendis flumine cymba.
  Quid tibi tam parvi littoris unda nocet?
Alter ſæpe uno mutat præcordia verbo,
  Altera vix ipſo ſanguine mollis erit.

V.

HOc verum eſt, tota te ferri Cynthia Roma,
  Et non ignota vivere nequitia?
Hoc merui ſperare? dabis mihi perfida pœnas.
  Et nobis Aquilo Cynthia ventus erit.
Inveniam tamen e multis fallacibus unam,
  Quæ fieri noſtro carmine nota velit,
Nec mihi tam duris inſultet moribus, & te
  Vellicet. heu ſero flebis amata diu.
Nunc eſt ira recens: nunc eſt diſcedere tempus.
  Si dolor abfuerit, crede, redibit amor.
Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ,
  Nec dubio nubes vertitur atra Noto,
Quam facile irati verbo mutantur amantes.
  Dum licet, injuſto ſubtrahe colla jugo.   Nec

J. SCALIGER.

Et nobis Aquilo, Cynthia, ventus erit) & nobis erit ſuda tempeſtas. Proverbium. Nam Aquilo ſudificus. unde *αἰθρηγενέτης*. Horat. tamen de Leuconoto idem canit:

Albus ut obſcuro deterget nubila cælo
Sæpe Notus --

VARIORVM.

Et nobis Aquilo, Cynthia, ventus erit.) Id eſt, nobis etiam, non tantum tibi. Palmerius ait minitari diſceſſum. ut verſu ab hoc. IX. infra. & vento ſe vela daturum. Turneb. cap. XI. lib. XVII. ut aquilo, inquit, mare turbat, & verrit, ſic noſtra mens illo tanquam procelloſo vento inflata mutabitur & vertetur, aliamque inveniam, quam amem, *Non ita Carpathia*, &c. ego ſic explico. Fides tua, ut aquilo ventus, res leviſſima & inconſtantiſſima ſic & noſtra fides futura eſt. Ita enim dixit Eleg. V. lib. I. *Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento.* Ubi ventus pro fide inani & futili; vel id ait; Nos ventos nihil aliud quam ventos putabimus, & verba tua, verba mera eſſe. *Paſſerat.* Vide Salmaſ. Plin. Exercitat. pag. 746.

Tamen) *Tamen* hic interpretor tandem. Quomodo & Nonius illud in Pacuvii Peribea: *Tamen obfirmato animo miteſcit metus* exponit. *Douſa F.*

Non ita Carpathia variant Aquilonibus unda) Maris Carpathii aquæ diverſim feruntur a ventis ſæviſſimis. Carpathos inſula e regione Ægypti inter Rhodum & Cretam, quam II. Iliad. Κράπαθον Homerus vocat κατὰ μετάθεσιν. Plin lib. IV. cap XII. Strab. in fin. lib. X.

Nec tu non aliquid, ſed prima nocte, dolebis.
  Omne in amore malum, ſi patiare, leve eſt.
At tu per dominæ Junonis dulcia jura,
  Parce tuis animis, vita, nocere tibi.
Non ſolum taurus ferit uncis cornibus hoſtem,
  Verum etiam inſtanti læſa repugnat ovis.
Nec tibi perjuro ſcindam de corpore veſtes:
  Nec mea præcluſas fregerit ira fores:
Nec tibi connexos iratus carpere crines,
  Nec duris auſim lædere pollicibus.
Ruſticus hæc aliquis tam turpia prœlia quærat,
  Cujus non edere circuminere caput.
Scribam igitur, quod non unquam tua deleat ætas,
  Cynthia forma potens, Cynthia verba levis.

Crede

J. SCALIGER.

Cynthia forma potens Cynthia verba levis) Beroaldus, ut & alia permulta in hoc poëta obſcuriſſima, hoc prætermittit. Et tamen luce magis indigebat, quam ea, quæ ille deſultorio ſuo more ſcribendi jactat, quæ & pueris nota ſunt. Nam quis eſt hodie, qui hunc verſum intelligat? nemo profecto, ut libere fatear, quod ſentio. An, Cynthia eſt forma potens, hoc eſt formoſa? ut illi objiciat, formæ ejus adjunctam inconſtantiam? Ita igitur intelligemus: O Cynthia tu forma quidem potens es, tu es potens venuſtas, ſed in verbis leviſſima. At ſi hoc intellexiſſet Propertius, magis probarem, quod adoleſcentuli excogitaveramus:

Cynthia formi potens, Cynthia verbilevis. quod ſane diu arriſit nobis. Sed noluimus affirmare ita Propertium ſcripſiſſe. Putamus igitur parva admodum licentia legendum:

Cynthia forma potens Cynthia verba lues. aut *luis.* quod propius lectionem accedit. *Cynthia forma,* & *Cynthia verba*, ut flumen Rhenum, Stertinium acumen Horatio, Parnaſus honos Statio. Pulchre igitur comminatur formæ damna perjurii ex veterum religione, qui putabant ϑεήλατόν τι πάσχειν ὅς τις ἐπίορκον ὀμόσῃ. Sic infra:

Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.

In declamatione antiqua in Ciceronem: *uxor perjuriis debilitata.* Horatius:

Ulla ſi juris tibi pejerati
Pœna Barine noeuiſſ:t unquam,
Dente ſi nigro fieres vel uno
  Turpior ungui:
Crederem, ſed tu ſimul obligaſti
Perfidum votis caput, eniteſcis
Pulchrior multo, juvenumque prodis
  Publica cura.

Vide neceſſario elegiam Ovidi, *Eſſe Deos credamne*, libro tertio. Quod autem perjurium illi objici verum ſit, planum ſit iis, quæ ſuperius dixit:

Nec tibi perjuro ſcindam de corpore veſtes.] Deinde, *pallori*, hoc eſt, tremori, propter religionem violati juris, aut perjurii. quanvis videatur pro pudore accipere. Ait enim - *quanvis contemnas murmura*

Crede mihi, quamvis contemnas murmura famæ,
Hic tibi pallori Cynthia verſus erit.

VI.

NOn ita complebant Ephyreæ Laidos ædeis,
Ad cujus jacuit Cræcia tota fores:
Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus luſit Erichthonius:
Nec quæ deletas potuit componere Thebas
Phryne, tam multis facta beata viris.
Quin etiam falſos fingis tibi ſæpe propinquos:
Oſcula nec deſunt qui tibi jure ferant.

Me

murmura famæ, hoc eſt, quanvis non pudeat te famæ. Mirum igitur affectum pro affectu accepiſſe, pallorem pro rubore.

VARIORUM.

Ter Domina Junonis dulcia jura.) An *Jura* matronis tributa, quibus matrona Juno præeſſet, & *cui vincla jugalia curæ*? An quia Cynthia jam peperit, ut Eleg. XVI. Infra, *Viderit hanc ſi quam jam peperiſſe pudet*? An *jura* pro religione & numine? Ut Eleg. III. lib. III. *Sub terris ſint jura Deum.* Sane omnia mulieres Junoni accepta ferebant, eratque Juno mulierum, ut Genius virorum, unde jusjurandum Tib. Eleg. ult. lib. III. *Quod ſi perque ſuos fallax jurarit ocellos,* JUNONEM Q. *ſuam, perque ſuam Venerem.* Paſſerat.

Cujus non hedera circumire caput) Qui poëta non ſit, ſed a Muſis abiens, omnique humanitate. Hedera Poëtæ coronabantur. Hederam vero Sacram eſſe Baccho conſtat, quia, ut ille, juvenis ſemper, ita ſemper hæc viret. Feſt. Serv. in Ecl. VII. Poëtas edera coronari ait, quia Baccho Sacri & inſani: vel quia Carmina ſemper virent, poëtiſque, & aliis æternitatem pariunt. Plin. lib. XVI. cap. XXXIX. Poëtas eo genere hederæ coronari ait, cujus ſemen crocatum ſit. *Idem.*

Luſit.) *Ludendi* verbum ſubputidum eſt, & laſcivæ ſignificationis. Livius Andronicus apud Feſtum in *Ad fatim*; *Ad ſatum edi, bibi, luſi.*

Ludunt formoſæ; caſta eſt quam nemo rogavit. Ramires.

Oſcula nec deſunt, &c.) Plin. lib. XIV. cap. XIII *Cato*, ſcribit, *ideo propinquos feminis oſculum dare, ut ſcirent, an temetum olerent.* Idem Gellius lib. X. cap. XXIII. Plut. in Rom. morem illum muliebrem ſalutandi propinquos, ait, manaſſe a mulieribus Trojanis, quæ Roma duce, cum incendiſſent naves, oſculo iratos maritos placarunt. Suet. in Claudio cap. XXVI. *Illecebris Agrippinæ Germanici fratris ſui filiæ, per* JUS OSCULI, *pellectus in amorem.* Idem in Tiberio cap. XXXIV. *Quotidiana oſcula prohibuit edicto.* Vide Plut. probl. Quæſt. VI. & in libello de claris mulierum factis. *Paſſ.*

His

Me juvenum facies pictæ, me nomina lædunt,
Me tener in cunis, & ſine voce puer:
Me lædit, ſi multa tibi dedit oſcula mater,
Me ſoror, & cum qua dormit, amica ſimul.
Omnia me lædent. timidus ſum. ignoſce timori.
Et miſer in tunica ſuſpicor eſſe virum.
His olim, ut fama eſt, vitiis ad prœlia ventum eſt:
His Trojana vides funera principiis:
Aſpera Centauros eadem dementia juſſit
Frangere in adverſum pocula Pirithoum.
Cur exempla petam Grajum? tu criminis auctor
Nutritus duro Romule lacte Lupæ:
Tu rapere intactas docuiſti impune Sabinas.
Per te nunc Romæ quidlibet audet Amor.
Felix Admeti conjux, & lectus Ulyſſis,
Et quæcunque viri femina limen amat.
Templa Pudicitiæ quid opus ſtatuiſſe puellis,
Si cuivis nuptæ quidlibet eſſe licet?

Quæ

J. SCALIGER.

His olim, ut fama eſt vitiis) Hæc quatuor diſticha alio traduximus, ut ſuo loco indicabitur.

Per te nunc Romæ quidlibet audet amor) Huic verſui adglutinandum diſtichon ILLE ETIAM ABREPTA DESERTUS cum quinque diſtichis ſequentibus. Continuantur enim exempla ſuper eadem re, hoc eſt ſuper rapta.

VARIORUM.

Nomina.) An quia ſubſcripta tabulis nomina eorum, quorum pictæ facies? An quia nomina quædam excogitantur, ſub quibus latent amatores? Vet. lib. *Numina.* id eſt, Deorum imagines & ſigna, quia ſub ſpecie Jovis, Mercurii, Phœbi poteſt latere amator. *Idem.*

Me tener in cunis & ſine voce puer.) Hæc tria aliena a ſuſpicione, quia TENER, vitulus pro tauro: quia in CUNIS, ubi conſtrictus jacet, nec ſe commovere poteſt. quia SINE VOCE & blanditias ac delicias dicere non poſſit. TENER ergo minus utilis ei militiæ. *Idem.*

Cum qua ſimul.) Ut Virg. *Mecum una.* Horat. *tecum ſimul.* Explico & amica ſororis, cum qua ſimul ipſa ſoror dormit, Huc pertinent verſus Plauti Aſin. Act. IV. Sc. I. *Alienum hominem intromittat neminem: Quod illa aut amicum, aut patronum nominet, aut quod illa amica amatorem prædicet.*

Lædent.) malim *lædunt.*

Quam

Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſtâ turpia viſa domo;
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiæque ſuæ noluit eſſe rudes.
Ah gemat in terris, iſta qui protulit arte
Jurgia ſub tacita condita lætitia.
Non iſtis olim variabant tecta figuris,
Cum paries nullo crimine pictus erat,
Sed non immerito velavit aranea fanum,
Et mala deſertos occupat herba deos.
Quos igitur tibi cuſtodes, quæ limina ponam,
Quæ nunquam ſupra pes inimicus eat?
Nam nihil invitæ triſtis cuſtodia prodeſt:
Quam peccare pudet, Cynthia tuta ſat eſt.

VII.

GAviſa eſt certe ſublatam Cynthia legem,
Qua quondã edicta, flemus uterq; diu, Ne

J. SCALIGER.

Quam peccare pudet) Hic claudenda elegia.

VARIORUM.

Quæ manus obſcœnas depinxit, &c.) *Manus* pro Artifice. Ita & Petronius *Zeuxidos manus vidi. Obſcœnæ tabellæ*, Spurcæ & libidinem excitantes, Feſtus in *obſcum*. *Paſſ.*

Cum paries nullo crimine) Olim, inquit, non fuerunt figuræ obſcœnæ in domibus priſcorum: & nullus paries habebat imagines laſcivas depictas. M. Cato Cenſorinus villas ſuas inexcultas & rudes, ne tectorio quidem exornatas fuiſſe dicit. Antiqui non excolebant parietes domeſticos picturis. Unde ait Plinius lib. XXXV. *Nulla in Apellis tectoriis pictura erat: nondũ libebat parietes totos pingere.* Arellius pictor ſcorta pingebat: *crimen* appellat Propertius, picturã obſcœnam in pariete, quæ cauſſa ſolet eſſe impudicitiæ muliebris. *Beroaldus.*

Velavit aranea fanum.) Dicit merito araneas telis ſuis tegere templa Deorum, ne ſcilicet viſantur picturæ laſcivæ, quibus etiam templa exornabantur: in hanc ſententiam, ait D. Hieronymus: *Fuligine & araniarum telis omnia Romæ templa cooperta ſunt.* Idem.

Legem) An JULIAM, *ſi quis ſtuprum adulteriumve facerit ſciens dolo malo?* Tacit. lib. II. Ann. An legem JULIAM, *de maritandis ordinibus, qua certa pœna in cœlibes?* Gell. lib. II. cap. XV. Horat. in Carm. Secul. Tertull. in libr. de Monogam. Ulpian. tit. XIV. Inſt. Atqui utraque manſit. An caput aliquod legis ſublatum? Sed juvat Suet. in Aug. cap. XXXIV. Qui Auguſtum, ait, cum hanc legem ſuperiorem ferret, non potuiſſe perferre præ tumultu recuſantium, niſi ademptâ demum, lenitave parte pœnarum. Idem ibidem dicitur & *de pudicitia legem* tuliſſe *Paſſ.* vid. Torrent. Comment. in Sueton. ad loc. cit. Item Lipſium ad Tacit. lib. III. Ann. de Moderanda Papia *Poppæa.*

Perdita

Ne nos dividerit. quamvis diducere amantes
  Non queat invitos Juppitur ipſe duos.
At magnus Cæſar. ſed magnus Cæſar in armis.
  Devictæ gentes nil in amore valent.
Nam citius paterer caput hoc diſcedere collo,
  Quam poſſem nuptæ perdere amore faces.
An ego tranſirem tua limina clauſa maritus
  Reſpiciens udis perdita luminibus?

J. SCALIGER.

Perdita luminibus) Melius ſcriptus liber, *prodita*.

VARIORVM.

Ni nos divideret.) Ni, pro ne poſuit, ut Virgil. III. Æneid.

-- Lethi diſcrimine parvo
Ni teneant curſus

Sunt etiam qui, *ne nos divideret*, in Propertio legunt. *Turneb.* Plaut. Act. I. Sc. II. in Menæch. *Ni mala, ni ſtulta ſis, ni indomita*, &c. Turneb. lib. III. cap. XII.

Diſcedere.) ſcripſerim. libens *abſcedere*. Douſa F.

Quam poſſum nuptæ perdere amore faces.) Id eſt, deſiderium tui deponere atque impendere amori conjugali, eaque ratione perdere & corrumpere voluptatem, quam hactenus ex tua jucundiſſima conſuetudine percepi. Ovidius. *Douſa P.*

Aut ego.) Sic locus ille mendoſiſſimus ſcribendus.

Anne ego tranſirem tua limina clauſa maritus,
Reſpiciens udis obdita luminibus?
Ah mea tum quales faceret tibi tibia ſomnos;
Tibia funeſta triſtior illa tuba.

pro *obdita* vulgati nullo ſenſu *perdita*, ſcripti *prodita*, quod paulo ante præceſſerat.

Quam poſſim nuptæ prodere amore facem. Ita enim illic reponi debere recte vidit Paſſeratius ex illo Virgiliano,

Non jam conjugium antiquum quod prodidit, oro.

tertio verſu cum vulgati agnoſcant, *caneret mea Cynthia cantus*, ſcripti omnes *caneret mea tibi ſomnos*, repone *faceret ſomnos*, quod id elegans & Latinum ſciam. Ovidius:

Et faciat ſomnos hæc tibi cura breves.

Heinſius ad Ovidii artem. l. 2. verſ. 636.

Ante receſſiſſet caput hoc cervice cruenta,
Quam tu de thalamis abſtraherere meis.

Ah mea tum quales caneret tibi Cynthia ſomnos

Tibi in feneſta triſtior illa tuba?

Unde mihi patriis natos præbere triumphis?

Nullus de noſtro ſanguine miles erit.

Quod

J. SCALIGER.

Ah, mea quales caneret) Hæc omnia perverſa ſunt, & in officina Beroaldi cuſa, qui multa, quæ non intelligebat, corrupit Scriptura enim plane habet:

Aut mea quum tales caneret tibi, Cynthia, ſomnos.

Hæc omnia igitur ita interpungenda:

Nā citius paterer caput hoc diſcedere collo,
Quam poſſem nupta perdere amore faces,
Aut ego tranſirem tua limina clauſa maritus
Reſpiciens udis prodita luminibus,
Aut mea quum tales caneret tibi, Cynthia, ſomnos
Tibia, funeſta triſtior illa tuba.

Citius morerer, inquit, quam amorem meum nuptiis mutarem, aut tranſirem reſpiciens tua limina maritus factus, aut canente tibi ſomnos nuptiali tibia. Tibiam intelligit nuptialem, qua novam nuptam mariti domum deducebant, noctu. Tunc enim deducebatur nupta, quum jam concubia nox eſſet Itaquo dicit εἰρωνικῶς. quum mea tibia induceret tibi ſomnos. Atqui contra vult. Ea tibia enim ipſi potius adimeret, quum audiret novæ nuptæ amore amicum Propertium ſibi ademptum. Alluſum autem ad cantum, quem καθυπνωτικὸν, καὶ κατακοιμητικὸν vocabant, quo Mercurius Argum oculatum ſomno depoſuiſſe dicitur.

Tibia funeſta) Ovidius pene idem de eadem re.

At ſubito noſtras ut hymen cantatus ad aures
Venit, & accenſo lampades igne micant:
Tibiaque effudit ſocialia carmina vobis,
At mihi funeſta triſtior illa tuba.

VARIORUM.

Caneret tibi ſomnos Tibia.) Tibiam intelligit Nuptialem, qua novam nuptam mariti domum deducebant noctu. Tunc enim deducebatur nupta, quum jam concubia nox eſſet. Itaque dicit εἰρωνικῶς. quum mea tibia induceret tibi ſomnos. Atqui contra vult: Ea tibia enim ipſi potius adimeret, quum audiret novæ nuptæ amore amicum Propertium ſibi ademptum. Alluſum enim ad cantum quem καθυπνωτικὸν, καὶ κατακοιμητικὸν vocabant, quo Mercurius Argum oculatum ſomno depoſuiſſe dicitur *Scaliger*. Poteſt & exponi de tibia amatorum, qua ſub noctem tranſeuntes ante amicarum domos ſuas miſerias deflebant. Tibia autem quiddam querulum ſonabat. Lucret. lib. IV.

-- Dulceſque querelas
Tibia quas fundit, digitis pulſata canentum.

Ubi querela ad Tibiam. Tibia funeribus plebejorum adhibebatur, ut Scribit Lactantius Grammaticus.

Funeſta triſtior illa tuba.) *funeſta*, quia funeribus adhibebantur. Ad tubam funera fuiſſe elata ψαμμακόσιοι, ut cū Græcis dicam, mihi teſtes ſunt. vide Kirchmann. lib. II. cap. IV. de Funerib. Rom.

Patriis triumphis.) Nam legis illius ferendæ occaſio fuit, ut exhauſta belli civilibus juventute nova ſoboles matrimoniis pararetur. Horat. Carm. Sec. *proliſque nova feraci Lege marita.* Negat igitur poſſe ſe prolem tollere, quæ ad militiam patriæ ſervire queat. *Livinejus.*

Quam

Quod ſi vera meæ comitarem caſtra puellæ,
  Non mihi ſat magnus Caſtoris iret equus.
Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen,
  Gloria ad hibernos lata Boryſthenidas.
Tu mihi ſola places: placeam tibi Cynthia ſolus.
  Hic erit & patrio ſanguine pluris amor.
Uxor me nunquam, nunquām me ducet amica.
  Semper amica mihi, ſemper & uxor eris.

VIII.

ERipitur nobis jam pridem cara puella,
  Et tu me lacrymas fundere amicè vetas?
Nullæ ſunt inimicitiæ, niſi amoris, acerbæ.
  Ipſum me jugula, lenior hoſtis ero.

Poſſum

J. SCALIGER.

Quod ſi vera mea comitarem caſtra puellæ) Ubi aliquis egregius antiquitatis theſaurus eſt, ibi manus ſuas ab aliquo inſigni flagitio non abſtinuerunt temeratores iſti. Tamen antiqua jam eſt hujus loci labes. Nam ita habet & vetus ſcriptura. Sed non dubium quin corrupte, quum legendum ſit: *Quod ſi Romanæ comitarent caſtra puellæ.* &, ut ingenue fatear, liber noſter habebat *comitarent*, non *comitarem*. Præterquam quod iſte mos antiquus Romanorum notiſſimus eſt, teſtatur & Propertius ipſe alibi:

Romanis utinā patuiſſent caſtra puellis:
  Eſſem militiæ ſarcina fida tuæ.

Quam dolendum erat hæc ita corrupta eſſe?

Hic erit & patrio ſanguine) Poſt hunc verſum pone diſtichon quod alterius elegiæ calce poſitum eſt, ut hanc elegiam claudat: *Uxor me nunquam, nunquam me ducet amica.* Quis negabit recte huc tranlatum?

VARIORUM.

Quod ſi Romana.) hic locus vexatiſſimus ſcribendus:

Quod mea ſi tepora comitaret caſtra puella.

Heinſius ad Ovidii Artem l. 2. verſ. 636.

Nullæ ſunt inimicitiæ, niſi amoris acerbæ.) Non hoc dicit, quod tamen verum eſt, ex amore naſci atrociſſimas inimicitias, ut in proverbio, *Fratrum ira acerbiſſima.* Sed nullas graves inimicitias, niſi amoris & ereptæ puellæ cauſſa ſuſceptas. *Paſſ.*

Nec

Poſſum ego in alterius poſitam ſpectare lacerto?
Nec mea dicetur quæ modo dicta mea eſt?
Omnia vertuntur, certe vertuntur amores:
Vinceris, aut vincis. hæc in amore tota eſt.

*

Magni ſæpe duces, magni cecidere tyranni:
Et Thebæ ſteterunt, altaque Troja fuit.
Munera quanta dedi, vel qualia carmina feci!
Illa tamen nunquam ferrea dixit, amo.
Ergo jam multos nimium temerarius annos,
Improba qui tulerim teque, tuamque domum.
Ecquando ire tibi liber ſum viſus? an uſque
In noſtrum jacies verba ſuperba caput? Sic

J. SCALIGER.

Nec mea dicetur quæ modo dicta mea eſt) Ab hoc verſiculo repone diſtichon ex libro III. Elegia PLAUSUS *ab ambroſo.* Cujus diſtichi initium: *Hic olim ignaros.* Deinde ordine ſequitur diſtichon HIS OLIM UT FAMA EST VITIIS, cum tribus ſequentibus, De raptu enim mulierum ſermo eſt, ut exemplis doceat ſe juſto dolore affici, quod amica ſibi rapta eſſet. Unde pulchre concludit,

Per te nunc Roma quidlibet audet Amor

Nec mirum, inquit, in tot exemplis licentiæ, ſi injuria & mihi facta eſt. Vides inepte hos verſus ſuperiori elegiæ inſertos fuiſſe, ubi tantum conquerebatur τὴν πολυφιλίαν amicæ, & quod multos in ædes intromitteret, non contra quod rapta eſſet.

Magni ſæpe duces) Ab exemplo oſtendit ut in magnis regnis atque imperiis, ſic in amore omnium rerum viciſſitudinem eſſe. Ita fore, ut qui nunc admittitur, aliquando excludatur. Idque docet exemplo ſui, qui diu admiſſus tandem excluſus eſt. Quæ qui non videt recte conglutinata eſſe, neſcio quibus ἴυγξι, vel quibus ἐπῳδαῖς perſuadebit mihi vulgarem illam perverſionem aliquam bonam ſententiam efficere. Sed ſcio eſſe, quibus proclivius reprehendere, quam confutare.

Munera quanta dedi) & ego dedi munera, ut iſte: ſed tamen infelici ſucceſſu.

Ecquando ire tibi) Repoſui ex ſcripturis, *Ecquandone.*

VARIORUM.

Steterunt. Stare dicitur urbs, quamdiu in flore: cum autem dicit *ſtetiſſe*, actum eſſe putandum eſt. *Gebhard.*

Altaque Troja fuit.) Elegantiſſime de præterita felicitate, atque in extremam calamitatē converſa *Fuiſſe* dicitur. *Idem.*

Altaque Troja fuit.) *ruit* ſcribendum puto, ut *ruit alto a culmine Troja.* & *Urbs antiqua ruit.* Heinſius ad Ovid. Remed. Amoris. verſ. 66. Si a viro Nobiliſſimo, & acerrimi in his judicii, diſſentire fas eſt, dicerem τὸ *fuit* nullo modo mutandū, cum de præteritis *fuiſſe* ſic uſurpent Latini, ut *fuimus Troes, fuit Ilium:* apud Virg. itemque *& campos ubi Troja fuit.* dicam quod præcedens *ſteterunt*, illud *fuit* neceſſarium hic eſſe indicare videatur. *B.*

Sic igitur prima moriere ætate Properti:
  Sed morere; interitu gaudeat illa tuo.
Exagitet noſtros manes, ſectetur & umbras,
  Inſultetque rogis, calcet & oſſa mea.
Quid? non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
  Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus?
Et ſua cum miſeræ permiſcuit oſſa puellæ,
  Qua ſine Thebanam noluit ire domum?
Sed non effugies: mecum moriaris oportet;
  Hoc eodem ferro ſtillet uterque cruor.
Quamvis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura,
  Mors inhoneſta quidem, tu moriere tamen,
Ille etiam abrepta deſertus conjuge Achilles
  Ceſſare in tectis pertulit arma ſua.
Viderat ille fuga tractos in littore Achivos,
  Fervere & Hectorea Dorica caſtra face:
Viderat informem multa Patroclon arena
  Porrectum, & ſparſas cæde jacere comas.

Omnia

J. SCALIGER.

Et ſparſas cæde jacere) *Sparſas cæde* ἑλληνίζει. φόνῳ πεφυρμένας:

VARIORUM.

Sua permiſcuit oſſa Puellæ) Vetus Inſcriptio ad Cyprianum a Popma in not. ad Sall. HAVE MEA ADRIANA. UBI OSSA MEA TUIS MISCUERO. UTERQ. SIMUL BENE VALEBIMUS. Albinus ad Liviam.

Miſcebor cinerique cinis, atque oſſibus oſſa.

Sueton. in Domit. cap. XVII. *Reliquias templo Flaviæ gentis clam intulit, cineribusque Juliæ Titi filiæ, quam & ipſam educaverat, commiſcuit.*

Ceſſare in tectis) Præfero lectionem Cod. MS: Comel. *Ceſſare in Teucros*. Ceſſant enim arma, quæ ſepoſita ſive ſuſpenſa hoſtium ſanguine non inebriantur. Plaut. Milite. Act. II. Sc. I. verſ. VII. Græci cum arma deponunt, dicuntur illa πασσαλεύειν. Euripides Hec. verſ. 920. ἔκειτο ξυστὸν δ᾽ ἐπὶ πασσάλῳ Quod Propertius infr. lib. III. Eleg. VII.

Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes,
  Atque onerare tuam fixa per arma domum,

Item cum in templis religionis ac voti gratia figunt. Euripides Rheſo verſ. 180.

Θεοῖσιν αὐτὰ πασσάλευε πρὸς δόμοις.

Gebhard.

At

Omnia formoſam propter Briſeida paſſus,
  Tantus in erepto ſævit amore dolor.
At poſtquam fera captiva eſt reddita pœna,
  Fortem illum Æmoniis Hectora traxit equis.
Inferior multo cum ſim vel Marte, vel armis,
  Mirum ſi de me jure triumphat Amor?

IX.

Iſte quod eſt, ego ſæpe fui; ſed forſit in hora
  Hoc ipſo ejecto carior alter erit.
Penelope poterat bis denos ſalva per annos
  Vivere. tam multis femina digna procis,
Conjugium falſa poterat differre Minerva,
  Nocturno ſolvens texta diurna dolo:
Viſura & quamvis nunquam ſperaret Ulyſſem,
  Illum exſpectando facta remanſit anus.

Nec

J. SCALIGER.

At poſtquam fera captiva eſt reddita pœna) Seram pœnam vocat, leges in quas tandum fœdus initium eſt: & quibus partes victæ obligantur. Silius libro ſecundo:

Jam medio ſeram bello poſcentia pacem
Ductoriſque ſimul conceptas fœdere pœnas.

Nam video hæc vulgo ignorari. pœnas vocat Silius, quibus victori victus aliquid facere damnas eſt.

Mirum ſi de me jure triumphat amor) Poſt hunc verſiculum ſequi debet diſtichon, MAGNI SÆPE DUCES, Poſtea, OMNIA VERTUNTUR. Deinde, ISTE QUOD EST. tumq; MUNERA QUANTA DEDI, cum duobus ſequentibus. Poſtremo, PENELOPE POTERAT. Quæ omnia ſententiæ tenor ſuis patriis ſedibus reſtituit, ut alienis ejecit abſurditas.

Sed fors & in hora) Scribo, *Forſit*, Priſciano doctore. integrum eſt, Forſitan, Fors ſit an. Ita etiam Fortaſſe an, ut in Varronem docuimus. Nam nomen eſt Fortaſſis, & Fortaſſe. ut, Neceſſis, & Neceſſe.

Viſura & quamvis) ἑλληνικῶς, *Speraret viſura*. Silius in fine libri noni:

-- quem vinctum colla catenis
Staturi ante tuos currus promiſimus urbi.

Scio hodie *Staturum* legi, non *Staturi*.

VARIORUM.

In erepto amore.] h. e ob ereptum amorem, nempe Briſeida. Sic & infra

In te ego & aratas rumpam, mea vita, catenas.

h. e. propter te tuique amoris gratia. Cui explicationi afferendæ vehementer fecerit locus iſte Ciceronis ex 7. Epiſt. *Imprimiſque me delectavit cantum ſtudium in me bonorum ſtetiſſe contra incredibilem contentionem clariſſimi & potentiſſimi viri.* Douſa P.

Appoſitum

Nec non exanimem amplectens Briſeis Achillem
Candida veſana verberat ora manu:
Et dominum lavit mærens captiva cruentum,
Appoſitum fluviis in Simoënta vadis,
Fœdavitque comas, & tanti corpus Achillis,
Maximaque in parva ſuſtulit oſſa manu,
Quando ibi nec Peleus aderat, nec cærula mater,
Scyria nec viduo Deidamia toro.
Tunc igitur veris gaudebat Græcia natis,
Tunc etiam felix inter & arma pudor.
At tu non una potuiſti nocte vacare
Impia, non unum ſola manere diem.
Quin etiam multo duxiſti pocula riſu.
Forſitan & de me verba fuere mala.
Hic etiam petitur, qui te prius ipſe reliquit.
Di faciant iſto capta fruare viro.
Hæc mihi vota tuam propter ſuſcepta ſalutem,
Cum capite hoc Stygiæ jam peterentur aquæ,

Et

J. SCALIGER.

Appoſitum fluviis in Simoenta vadis) Sine dubio verſus νόθος. Itaque ὀβελιστέος.

Scyria nec viduo Deidamia viro] In margine libri noſtri appoſita diverſa lectio *toro* pro *viro*. Quod rectum eſt. potius enim viduus torus, quam viduus vir dicitur.

VARIORUM.

Dominum lavit mærens captiva.) Nam ſimul quis animam efflaſſet, corpus ejus ſtatim *lavari* ſolebat & *ungi*. vide *Kirchmannum* de Funer.

Appoſitum fluviis.) Locus vexatiſſimus ſcribendus:

Appoſitum flavis in Simoënta vadis.

ni inavis *appoſito Simoënte*, de *fluviis vadis* nollem argutati eſſent viri eruditi. Heinſius ad Ovid. Amor. lib. 3. Eleg. 6.

Maximaque in parva ſuſtulit oſſa manu.) Hoc eſt, quod huic conſimili fere argutia lib. IV. poſtea exprimit Cornelia ad Paulum:

En ſum, quod digitis quinque levatur, onus.

Douſa P.

Quum capite.) Vetuſtus codex Neapolitanus.

Cũ capite hoc Stygia jam poteremur aqua.
Auſon. Epitaph. Heroum.

Fortis pragreſſis ut potereris equis.
Valer. Flaccus lib. 7.

Scilicet Æolia pecudis poteretur ut auro.
Sic & ibi ſcribendum. Heinſius ad Metam. l. 13. verſ. 130.

Tela

Et lectum flentes circumſtaremus amici:
Hic ubi tum (pro dii) perfida quiſve fuit?
Quid ſi longinquos retineret miles ad Indos?
Aut mea ſi ſtaret navis in Oceano?
Sed vobis facile eſt verba & componere fraudes.
Hoc unum didicit femina ſemper opus.
Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno jam tremefacta Noto,
Quam cito feminea non conſtat fœdus in ira,
Sive ea cauſſa gravis, ſive ea cauſſa levis.
Nunc quoniam iſta tibi placuit ſententia, cedam.
Tela precor pueri promite acuta magis:
Figite certantes, atque hanc mihi ſolvite vitam.
Sanguis erit vobis maxima palma meus.
Sidera ſunt teſtes, & matutina pruina,
Et furtim miſero janua aperta mihi,
Te nihil in vita nobis acceptius unquam.
Nunc quoque eris, quamvis ſis inimica mihi.

Nec

J. SCALIGER.

Tela precor pueri figite acuta magis)pro *figite* ſcriptura noſtra habet, *promite.* Apparet igitur interpolatum.

Atque hanc mihi ſolvite vitam)Noſter, *ſolvite curam*. Proximum plane illi: *Accipite hanc animam, meque his exolvite curis.*

Sanguis erit vobis) Ab hoc verſiculo locum habent illa, quę ſuperius reliquimus. ſex diſticha. SIC IGITUR PRIMA MORIERE ÆTATE PROPERTI. Miror quomodo docti homines, qui ante hac Propertium legebant, potuerunt aliquid hic reperire, quo ſibi ſatisfactum in ejus lectione putarent, quum omnia propter hanc tranſpoſitionem abſurdiſſima ſint.

Sidera ſunt teſtes) Mirus affectus amantis, a comminationinbus ad commiſerationem ſui deſcendit. Porro Servius v. Ecloga ita hunc locum adducit -- *teſtes ſunt ſidera nobis*. Sed eſt Cφάλμα μνημονικόν.

VARIORUM.

Aut mea ſi ſtaret navis in Oceano.)i.e. reſtaret ſeu detineretur ventis adverſis aut contraria tempeſtate, nimirũ defixa anchoris ne progredi poſſet. *Douſa P.*

Opus.) τὸ *opus*, fraudes, vetus ac verſutum mulierum ingenium notat, quod gerunt ad fraudationem virorum, Stat, lib. I. Theb. *Quod ſæva Junonis opus.* *Didiciſſe* vero ac *ſcire* Feminæ maleficiis, ſceleribus, fraudibuſque exercitatæ perhibentur. *Gebh.*

At jure

Nec domina ulla meo ponet veſtigia lecto.
Solus ero, quoniam non licet eſſe tuum.
Atque utinam, ſi forte pios eduximus annos,
Ille vir in medio fiat amore lapis.
Non ob regna magis diris cecidere ſub armis
Thebani media non ſine matre duces,
Quam mihi ſi media liceat pugnare puella:
Mortem ego non fugiam morte ſubire tua.

X.

SEd tempus luſtrare aliis Helicona choreis,
Et campum Hæmonio jam dare tempus equo.
Jam libet & fortes memorare ad prælia turmas,
Et Romana mei dicere caſtra ducis.

Quod

J. SCALIGER.

Atque utinam ſi forte pios eduximus annos) Catullus:

Di date mi hoc pro pietate mea.

Nam ob regna magis diris cecidere ſub armis) Hic eſt Initium elegiæ. & magno ſcelere ſe impiarunt, qui ita hæc, cum ſuperioribus alienis conjunxerunt, ut ſequentia, quæ horum propria ſunt, divellerent. Quin furorem ſimplicem furere noluerunt. Nam ubi ſcriptura vetus habebat, SED TEMPUS LUSTRARE ALIIS, ipſi, ut initium elegiæ facerent, pro SED, legerunt JAM. Atqui hoc volebat Propertius: Verum eſt, me paratum nullum a capite meo deprecari periculum pro amica mea: ſed ut addictus illi ſim, quemadmodum antea fui, hoc vero quominus faciam, impedit me novum conſilium a me initū. alio me vocat inſtitutum meum. Hæc ſunt plena affectus amatorii, nec niſi a politis ingeniis intelligenda. Itaque non miror, ſi infaceta capita hæc mutarunt. eſt enim hic quaſi quædam valedictio amicæ, propter ejus ingratum in poetam animum. Sic Catullus:

Vale puella, jam Catullus obdurat.

Jam tempus) indicavi SED TEMPUS legendum eſſe ex veteri ſcriptura. Etiam in libro noſtro hæc male divulſa ſunt a ſuperioribus.

Et campum Hæmonio) Proverbium ἵπποι Θεσσαλαί.

ἵπποι θεσσαλικαὶ, λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες.

VARIORUM.

Non licet eſſe tuum) leg. *Tuo* non *tuum*, quod nunc legitur. Heinſius in Addendis ad Ovid.

Thebani duces) Etheocles & Polynices, fratres, & duces, *reges*. Petron. Arbiter eo alluſit: *Ne Thebanum par humilis taberna ſpectaret*. *Magis* ſi per ſe ſtat, eſt cupidius; ſed conjungendum, *magis diris*, ſævioribus, triſtioribus. *Dira arma*, quia diris filios inſectatur Oedipus, unde ſecutum internecinum bellum, quo fratres ſingulari certamine multis vulneribus ceciderunt, & mox mater ſibi manum attulit. Vide Sophoclem in Oedipode, Euripidem in Phœniſſis, & Statium Theb. lib. XI. *Paſſ.*

Ponitur

Quod ſi deficiant vires, audacia certe
Laus erit: in magnis & voluiſſe ſat eſt.
Ætas prima canat Veneres, extrema tumultus.
Bella canam, quando ſcripta puella mea eſt.
Nunc volo ſubducto gravior procedere vultu:
Nunc aliam citharam me mea Muſa docet.
Surge anima ex humili. jam carmina ſumite vires:
Pierides magni nunc erit oris opus.
Jam negat Euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum, & Craſſos ſe tenuiſſe dolet.
India quin Auguſte tuo dat colla triumpho,
Et domus intactæ te tremit Arabiæ.
Et ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahit oris,
Sentiet illa tuas poſt modo capta manus.
Hæc ego caſtra ſequar vates, tua caſtra canendo
Magnus ero. ſervent hunc mihi fata diem.
Ut caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis,
Ponitur hic imos ante corona pedes:
Sic nos nunc inopes laudis conſcendere carmen,
Pauperibus ſacris vilia thura damus.
Nondum etiã Aſcræos norũt mea carmina fontes,
Sed modo Permeſſi flumine lavit Amor. Scri-

J. SCALIGER.

Ponitur hic imos) Lege, *his* non *hic*.

VARIORUM.

Nunc volo ſubducto gravior procedere vultu.) *Subducto vultu*, id eſt, ſubtracta, ſive contracta fronte, cum *caperat frons ſeveritudine*, ut Plaut. loquitur. Vide Proverbium *Frontem exporrigere*. An *ſubducto*, ſurſum educto & erecto? Nonius: *Subducere ſurſum ducere, levare* Turpilius: *cum antehac videbam ſtare triſtes turbido vultu, ſubductis cum ſuperciliis ſenes* Paſſer.

Craſſos ſe tenuiſſe dolet.] i.e. Dolet Euphrates ſe tenuiſſe Craſſos, hoc eſt reliquias Craſſorum, & cadavera inſepulta. Unde dictum eſt a Lucano: *Umbraque erraret Craſſus inulta*. &c. *Craſſo quærente ſepulchrum*. Beroald. Conſtat ea tempeſtate Auguſtum in animo habuiſſe Arabiæ & Parthis bellum inferre, ejuſque belli cauſſa delectum habuiſſe. Unde Horatius Od. xxxv. libri, I.

Et juvenum recens
Examen Eois timendum
Partibus Oceanoque rubro.

Et Maro lib. VII. (*bellum*,
Sive Getis inferre manu lachrymabile
Hircaniſve Arabiſve parant, ſeu tendere ad Indos,
Auroramq; ſequi, Parthoſq; repoſcere ſigna.

Turnebus. Scri-

XI.

SCribant de te alii, vel ſis ignota, licebit.
Ludet, qui ſterili ſemina ponit humo.
Omnia, crede mihi tecum uno munera lecto
Auferet extremi funeris atra dies:
Et tua tranſibit contemnens oſſa viator,
Nec dicet, cinis hæc docta puella fuit.

XII.

QUicunq; ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Non ne putas miras hunc habuiſſe manus.
Is

J. SCALIGER.

Scribant de te alii) Hæc male divulſa ſunt a ſuperioribus etiamſi in manuſcripto. Hæc reſpondent initio Elegiæ: Non recuſo pro te omne periculum ſubire, ſed conſilium non eſt mihi amplius de te ſcribere, neque fruſtra tempus in tuis laudibus prædicandis, quod antea feci, conterere. de te alii ſcribant, an taceant, id vero ſuſque deque fero.

Ludet qui ſterili) & ſententia, & ſcriptura libri noſtri poſtulat, *Laudet*. Idem prope cum eo,

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi.

Sic hic, laudet te, qui vult operam perdere.

Omnia crede mihi tecum uno munera lecto) Hæc, & ſequentia omnino ſimilia ſunt illis, quæ Sappho ei exprobrat, quam indignam carminibus ſuis cenſebat:

κατθανοῖσα δὲ κείσεαι,
οὐδέποκα μναμοσύνα σέθεν
ἔσσετ' οὐδὲ ποκ' ὕστερον·
οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων
τῶν ἐκ Πιερίας.
ἀλλ' ἀφανὴς κἠν ἀίδα δόμοις
φοιτάσεις. οὐδεὶς δέ σε
βλέψει πεδ' ἀμαυρῶν
νεκύων ἐκπεποταμέναν.

Quicunque ille fuit) Hæc pene ad verbum ex lepidiſſimis verſibus Eubuli Comici accepta ſunt: Sunt autem hi.

τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων
ἄρα,
ἢ κηροπλαστήσας Ἔρωθ' ὑπόπτερον;
ὡς οὐδὲν ᾔδει πλὴν χελιδόνας γράφειν.
ἀλλ' ἦν ἄπειρος τῶν τρόπων τῶν τοῦ θεοῦ.
ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος, οὔτε ῥᾴδιος
ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
βαρὺς δὲ κομιδῇ. πῶς ἂν οὖν ἔχοι
πτερά;

Poſtremos enim ita adumbravit Propertius.

Sed certe pennas perdidit ille ſuas.
Evolat e noſtro quoniam de pectore nuſquã.

V A R I O R V M.

Laudet) Malim *ludit*. Quamvis commode etiam reponere poſſis cum magno Scaligero *laudet*. Douſa F.

Idem

Is primum vidit, ſine ſenſu vivere amantes,
Et levibus curis magna perire bona.
Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,
Fecit & humano corde volare deum.
Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,
Noſtraque non ullis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis,
Et pharetra ex humero Gnoſia utroque jacet.
Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hoſtem,
Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.
In me tela manent, manet & puerilis imago,
Sed certe pennas perdidit ille ſuas.
Evolat, hei, noſtro quoniam de pectore nuſquam,
Aſſiduuſque meo ſanguine bella gerit.
Quid tibi jucundum ſiccis habitare medullis?
Si pudor eſt, alio trajice tela tua.
Intactos iſto ſatius tentare veneno.
Non ego, ſed tenuis vapulat umbra mea:

Quam

J. SCALIGER.

Idem non fruſtra ventoſas addidit alas) Idem omnino Alexis:

λέγεται γὰρ λόγος
ὑπὸ τῶν σοφιστῶν, μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν
τὸν ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας. αἰτίαν
δ' ψχὶν
ἐκεῖνον ἄλλως. ἠγνοηκότας δὲ τοὺς
γραφεῖς ἔχοντα πτέρυγας αὐτὸν
ζωγραφεῖν.

Si pudor eſt] Ita recte docti viri ex veteri lectione: *Si puer eſt*. Sed ſequentia variant, *alio trajice puella loco*. Inepte. Nam quia pro *pudor* legerunt *puer*, ita etiam pro *tela*, *puella*.

VARIORUM.

Hamatis manus eſt armata ſagittis.) Hinc dicitur, *Sagittarius*, *quoniam amore capti, perinde ac ſi telo icti eſſent afficiuntur: neque ſe, poſtquam vulnerati fuerint, bonis adjungunt, ſed procul illos intuentur*. Plin. de Nat. Deor. *Hamatis*, id eſt, in hami ſpeciem recurvo ferro, quod exſertam imitetur ſerpentis linguam. Ovid. lib. III. Triſt. Eleg. X.

Pars cadit hamatis miſere confixa ſagittis.

Idem lib. II. Am Eleg. IX.

Quid juvat in nudis hamata reponere tela,
Oſſibus? Paſſer.

Gnoſia.) I. Cretenſis, quia Cretenſes nobiles Sagittarii. Horat. lib. I. od. XV. *Et calami ſpicula Gnoſii*. Sed eo reſpexit quod Cretenſes ſagittarii ex inſidiis adoriuntur, ut & Amor ipſe *Paſſ.*

Non

Quam ſi perdideris, quis erit qui talia cantet?
  Hæc mea Muſa levis, gloria magna tua eſt:
Quæ caput, & digitos, & lumina nigra puellæ,
  Et canit ut ſoleant molliter ire pedes.

XIII.

NOn tot Achæmeniis armantur Suſa ſagittis,
  Spicula quot noſtro pectore fixit Amor.
Hic me tam graciles vetuit contemnere Muſas,
  Juſſit & Aſcræum ſic habitare nemus:
Non ut Pieriæ quercus mea verba ſequantur,
  Aut poſſim Iſmaria ducere valle feras:
Sed magis ut noſtro ſtupefiat Cynthia verſu.
  Tunc ego ſim Inachio notior arte Lino.
Non ego ſum formæ tantum mirator honeſtæ,
  Nec ſi qua illuſtres femina jactat avos.
Me juvet in gremio doctæ legiſſe puellæ,
  Auribus & puris ſcripta probaſſe mea.
Hæc ubi contigerint, populi confuſa valeto
  Fabula: nom domina judice tutus ero.
Quæ ſi forte bonas ad pacem verterit aures,
  Poſſum inimicitias tunc ego ferre Jovis,

Quando-

J. SCALIGER.

Non tot Achæmeniis armantur Suſa) Primus Beroaldus emendavit *Suſa*, pro eo quod antea legebatur *Etruſca*. Idem etiam ait emendationem ſuam confirmari libro Pici Mirandulæ, in quo ita ſcriptum erat. Ego ſane nihil delibero. Et mihi videtur aliquod portentum mendi ſub voce *Etruſca* latere.

VARIORUM.

Suſa ſagittis.) Ante Beroaldum *Etruſca* legebatur. Pontanus *Itura* repoſuit. *Suſa* tueor, quæ Perſarum regia fuit; unde *Suſiana regio*, & Claud. de bello Gildonico verſ. 31. Scottus Obſerv. l. 2. c. 7. Optimo Epitheto dixit *Achemenia Sagitta*, quoniam Perſæ Parthique, omneſque fere orientis gentes ſagittis bella conficiunt, ut auctor eſt Plinius lib. XVI. *Beroald.*

Sat

Quandocunq; igitur noſtros mors claudet ocellos,
  Accipe quæ ſerves funeris acta mei.
Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa,
  Nec tuba ſit fati vana querela mei:
Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno,
  Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.
Deſit odoriferis ordo mihi lancibus, aſſint
  Plebeii parvæ funeris exequiæ.
Sat mea, ſat magna eſt, ſi tres ſint, pompa libelli,
  Quos ego Perſephonæ maxima dona feram.
Tu vero nudum pectus lacerata ſequaris,
  Nec fueris nomen laſſa vocare meum:

Oſcu-

J. SCALIGER.

Sat ſit magna) Neſcio quomodo jubet tres libellos ſibi πομπεύειν, quos nondum ſcripſerat, ut qui ne ſecundum quidem dimidium confecerit.

VARIORUM.

Noſtros mors claudet ocellos) De hoc ritu videatur Kirchmannus lib. I, cap. VI. de Funer.

Mors claudet ocellos.) Videtur legendum, *nox claudet. nox* pro *morte*, Virgilio — *in æternam clauduntur lumina noctē.* Lucanus lib. 3. de Argi patre moribundo

Nox ſubit, atque oculos vaſta obduxere tenebræ.

Heinſius ad Metam l. 2. verſ. 502.

Deſit odoriferis ordo mihi lancibus) Poſt lectum ferebantur in lancibus thura, aliaque aromata, comburenda, una cum mortuo. Et erant hæ lances magno numero. Inde illa Statii Sylv. lib. V. de Priſcillæ funere.

---- Quis carmine digno
Exequias, & dona mala feralia pompa
Perlegat? omne illic ſtipatū examine longo
Ver Arabum, Cilicumq; fluit, floresq; Sabæi
Indorumq; arſura ſeges præreptaq; templis
Thura. ---

Inſcribebaturque illis, quid quæque continerent. Stat. Theb. VI.

Portant inferias arſuraque fercula primi
Grajorum, titulisq; pios teſtantur honores.

Meurſius.

Plebeii parvæ funeris exequiæ.) Plebejum funus, quia tenuiorum funus minima curabatur impenſa. idque per veſpillones. Suet. in Domit. cap. XVII. *Cadaver ejus populari ſandapila per veſpillones exportatum.* Feſtus in *Veſpa* & *Veſpillones.* Veſpertino autem tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt, quo reſpexit Horat. Sat. VIII. lib. I. *Huc prius anguſtis ejecta cadavera cellis Conſervus vili portanda locabat in arca.* Sic. in Ibin. Ovid. *Et dare plebejo corpus inane rogo.*

Syri

Quam ſi perdideris, quis erit qui talia cantet?
 Hæc mea Muſa levis, gloria magna tua eſt:
Quæ caput, & digitos, & lumina nigra puellæ,
 Et canit ut ſoleant molliter ire pedes.

XIII.

NOn tot Achæmeniis armantur Suſa ſagittis,
 Spicula quot noſtro pectore fixit Amor.
Hic me tam graciles vetuit contemnere Muſas,
 Juſſit & Aſcræum ſic habitare nemus:
Non ut Pieriæ quercus mea verba ſequantur,
 Aut poſſim Iſmaria ducere valle feras:
Sed magis ut noſtro ſtupefiat Cynthia verſu.
 Tunc ego ſim Inachio notior arte Lino.
Non ego ſum formæ tantum mirator honeſtæ,
 Nec ſi qua illuſtres femina jactat avos.
Me juvet in gremio doctæ legiſſe puellæ,
 Auribus & puris ſcripta probaſſe mea.
Hæc ubi contigerint, populi confuſa valeto
 Fabula: nom domina judice tutus ero.
Quæ ſi forte bonas ad pacem verterit aures,
 Poſſum inimicitias tunc ego ferre Jovis,

Quando-

J. SCALIGER.

Non tot Achæmeniis armantur Suſa) Primus Beroaldus emendavit *Suſa*, pro eo quod antea legebatur *Etruſca*. Idem etiam ait emendationem ſuam confirmari libro Pici Mirandulæ, in quo ita ſcriptum erat. Ego ſane nihil delibero. Et mihi videtur aliquod portentum mendi ſub voce *Etruſca* latere.

VARIORUM.

Suſa ſagittis.) Ante Beroaldum *Etruſca* legebatur. Pontanus *Itura* repoſuit. *Suſa* tueor, quæ Perſarum regia fuit; unde *Suſiana regio*, & Claud. de bello Gildonico verſ. 31. Scottus Obſerv. l. 2. c. 7. Optimo Epitheto dixit *Achemenia Sagitta*, quoniam Perſæ Parthique, omnesque fere orientis gentes ſagittis bella conficiunt, ut auctor eſt Plinius lib. XVI. *Beroald.*

Sat

Quandocunq; igitur noſtros mors claudet ocellos,
Accipe quæ ſerves funeris acta mei.
Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa,
Nec tuba ſit fati vana querela mei:
Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno,
Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.
Deſit odoriferis ordo mihi lancibus, aſſint
Plebeii parvæ funeris exequiæ.
Sat mea, ſat magna eſt, ſi tres ſint, pompa libelli,
Quos ego Perſephonæ maxima dona feram.
Tu vero nudum pectus lacerata ſequaris,
Nec fueris nomen laſſa vocare meum:

Oſcu-

J. SCALIGER.

Sat ſit magna) Neſcio quomodo jubet tres libellos ſibi πομπεύειν, quos nondum ſcripſerat, ut qui ne ſecundum quidem dimidium confecerit.

VARIORUM.

Noſtros mors claudet ocellos) De hoc ritu videatur Kirchmannus lib. I, cap. VI. de Funer.

Mors claudet ocellos.) Videtur legendum, *nox claudet. nox* pro *morte*, Virgilio *— in æternam clauduntur lumina noctē.* Lucanus lib. 3. de Argi patre moribundo

Nox ſubit, atque oculos vaſta obduxere tenebra.

Heinſius ad Metam l. 2. verſ. 502.

Deſit odoriferis ordo mihi lancibus) Poſt lectum ferebantur in lancibus thura, aliaque aromata, comburenda, una cum mortuo. Et erant hæ lances magno numero. Inde illa Statii Sylv. lib. v. de Priſcillæ funere.

—— Quis carmine digno
Exequias, & dona mala feralia pompæ
Perlegat? omne illic ſtipatũ examine longo
Ver Arabum, Cilicumq; fluit, floreſq; Sabæi
Indorumq; arſura ſeges præreptaq; templis
Thura. ——

Inſcribebaturque illis, quid quæque continerent. Stat. Theb. VI.

Portant inferias arſuraque fercula primi
Grajorum, titulisq; pios teſtantur honores.

Meurſius.

Plebeii parvæ funeris exequiæ.) Plebejum funus, quia tenuiorum funus minima curabatur impenſa. idque per veſpillones. Suet. in Domit. cap. XVII. *Cadaver ejus populari ſandapila per veſpillones exportatum.* Feſtus in *Veſpa & Veſpillones.* Veſpertino autem tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt, quo reſpexit Horat. Sat. VIII. lib. I. *Huc prius anguſtis ejecta cadavera cellis Conſervus vili portanda locabat in arca.* Sic. in Ibin. Ovid. *Et dare plebejo corpus inane rogo.*

Syria

Oſculaque in gelidis pones ſuprema labellis,
Cum dabitur Syrio munere plenus onyx.
Deinde, ubi ſuppoſitus cinerem me fecerit ardor,
Accipiat manes parvula teſta meos:
Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto,
Quæ tegat extincti funeris umbra locum.

Et

VARIORUM.

Syrio munere plenus onyx.) Videtur hoc nomen ὄνυξ, commune marmori & gemmæ, Plinius: *Exponenda eſt hac onychis ipſius natura, propter nominis ſocietatem, hoc in gemmam tranſilit ex lapide Carmania.* Hodie docti prope omnes onychem gemmam cum onyche marmore confundunt: quidam etiam dedita opera ſtudioſe id contendunt. Ubicunque *onyx* pro unguentario vaſe ponitur, non de gemma accipi debet, ſed de Lapide, vel marmore. Propertius hoc loco. Martialis:

Profertur Coſmi nunc mihi ſiccus onyx.

Horatius:

Nardi parvus onyx eliciet cadum.

Et ſic paſſim apud poëtas *Onyx* eſt alabaſter, id eſt vas unguenti ex marmore onyce, non e gemma. Plinius de marmore Onychite lib. XXXVI. cap. VIII. *Hunc aliqui Lapidem alabaſtriten vocant, quem cavant ad vaſa unguentaria, quoniam optime ſervare incorrupta dicitur.* Ubi inepte annotat herbariorum & medicorum cymbalum, parum attente Plinium Onychitin gemmam, quam Galli vocant *Caſſidoniam*, confundere cum alabaſtrite. Immo ipſe parum attente. nec enim de gemma Plinius, ſed de genere marmorei lapidis agit, quem Græci ὄνυχα quoque dixere. & quoniam ad vaſa unguentaria & alabaſtros cavabatur, etiam ἀλαβαςρίτην nomen ei fecere. Cum Plinio facit omnium auctorum præcipue poëtarum conſenſus, quibus *onyx* pro vaſe unguentario paſſim uſurpatur, quod ex onyche lapide cavaretur. Dioſcorides: ἀλαβαςρίτης, ὁ καλούμενος ὄνυξ igitur ἐπιθετικῶς onyx lapis. etiam vocatus ἀλαβαςρίτης, quod in alabaſtros formaretur &c. Salmaſius, quem vide, in Plin. Exercitat. ad Solinum pag. 151 VII.

Laurus ſuperaddita buſto.) Sepulcra deſignabantur in agris, & in fronte ponebatur ſcriptio, quæ contineret latitudinem, & longitudinem ſoli ſepulcro deſtinati; quod ſpatium ſoli ſacrum erat. Horat Sat. VIII. lib. I.

Pantalabo ſcurræ, Nomentanoque nepoti,
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat: heredes monumentum ne ſequeretur.

In hoc ſpatio erigebantur obeliſci, pyramides, arcus & alia ſepulcralia ædificia. Alii arbores ponebant, quæ creſcentes locum monumenti opacarent, quod ſibi optat Propertius hoc loco. Unde perſpicue colligitur ſeri ſolere has arbores, quod felicibus manibus perpetuas & virentes arbores convenire exiſtimabant: ideo eligebant Buxos, Cupreſſos, Lauros, quæ nunquam amittunt folia: quo reſpexit Juvenal. Sat. VII. verſ. CCVII. cum dixit;

Di majorum umbris, tenuem, & ſine pondere terram
Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver, &c.

Quod idem obſervabatur in floribus. *Ramires.*

Qui

Et duo ſint verſus: Qui nunc jacet horrida pulvis,
Unius hic quondam ſervus amoris erat.
Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulcri,
Quam fuerant Phthii buſta cruenta viri.
Tu quoque ſi quando venies ad fata, memento
Hoc iter, ad lapides cana veni memores.
Interea cave ſis nos aſpernata ſepultos.
Non nihil ad verum conſcia terra ſapit.
Atque utinam primis animam me ponere cunis
Juſſiſſet quævis de tribus una ſoror.
Nam quo tam dubiæ ſervetur ſpiritus horæ?
Neſtoris eſt viſus poſt tria ſæcla cinis.
Qui tam longævæ minuiſſet fata ſenectæ
Gallicus Iliacis miles in aggeribus;   Non

J. SCALIGER.

Qui nunc jacet arida pulvis) Vetus ſcriptura, *horrida pulvis*. Et ita citatur a Chariſio, ubi male *nunciet* pro, *nunc jacet*.

Quam fuerant Phthii buſta cruenta] *Cruenta*, proptet Polyxenem.

Alta Polyxenia madeſient cæde ſepulchra.

Memento Hoc iter ad lapides cana veni memores] Longe melior & concinnior lectio, quam excogitavimus,

-- *memento Hoc itere ad lapides cana venire meos.*

Vel *hoc iter*. Nam utrumque dici poteſt. ſed inverſa erant, *veni memores*, pro, *venire meos*.

Si tam longæva) Corrupit hunc locum Beroaldus impudentiſſime, quum ita antea legeretur:

Quis tam longæva meminiſſet fata ſenectæ
Gallicus Iliacis miles in aggeribus?

Quis, inquit, temerarius & ſtolide fortis tam potuiſſet vivere? Vult dicere: Neſtor ſe ipſum tam longæ vitæ reſervavit, ut tot mala videret, & mortem filii. Nam ſi ſe objeciſſet morti præſenti animi magnitudine, non illa vidiſſet, quæ illi doluerunt poſtea. *Gallicus miles* proverbialiter dicitur temerarius. κελτικὸν θράσος proverbium eſt, Ariſtoteles Nicomacheon tertio: εἴη δ' ἄν τις μαινόμενος ἢ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο μήτε σεισμὸς μήτε κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς, Melius autem legeretur, *Quis tam longæve*, in dativo, *Queis* pro quibus. Nam alluſum ad locum Homeri, ubi Neſtor meminit longæ vitæ ſuæ. Quibus, inquit, potuiſſet Neſtor narrare vitam ſuam longam, ut facit apud Homerum, ſi Gallicus miles, & non prudens fuiſſet? Nam nota prudentia eſt Neſtoris. Ego vero præpoſtera fortitudine morti me volo objicere. Ita igitur interpretabimur.

VARIORUM.

Gallicus.) Recte *Gallicum* pro *Trojano* accipere poſſumus. Steph. de urbibus Γάλλος ποταμὸς Φρυγίας, οἱ περίοικοι περιμαθίδαι ποταμογαλληνοί, ὡς ἀφηγεῖται ὁ πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Φρυγίας τρίτῳ. *Donſa F.*

Corpus

Non ille Antilochi vidiſſet corpus humati,
Diceret aut, o mors cur mihi ſera venis?
Tu tamen amiſſo non nunquam flebis amico.
Fas eſt præteritos ſemper amare viros.
Teſtis, qui niveum quondam percuſſit Adonim
Venantem Idalio vertice durus aper.
Illis formoſum laviſſe paludibus, illuc
Diceris effuſa tu Venus iſſe coma,
Sed fruſtra mutos revocabis Cynthia manes.
Nam mea quid poterunt oſſa minuta loqui?

XIV.

Non ita Dardanio gaviſus Atrida triumpho eſt,
Cum caderent magnæ Laomedontis opes:
Nec ſic errore exacto lætatus Ulyſſes,
Cum tetigit caræ littora Dulichiæ;
Nec ſic Electra ſalvum cum aſpexit Oreſtem,
Cujus falſa tenens fleverat oſſa ſoror:
Nec ſic incolumen Minois Theſea vidit,
Dædaleum lino cum duce rexit iter,
Quanto ego præterita collegi gaudia nocte.
Immortalis ero, ſi altera talis erit.
At dum demiſſis ſupplex cervicibus ibam,
Dicebar ſicco vilior eſſe lacu.

Nec

J. SCALIGER.

Corpus humati) *Humari*, Liber ſcriptus.

Illis formoſum fleviſſe) Commentitia lectio. Nam liber noſter, non *fleviſſe*, ſed *laviſſe*. Notus mos.

-- corpuſque lavant frigentis & ungunt.
Supra:

Et dominum lavit mœrens captiva cruentum.

Dicebar ſicco) Proverbium. Martialis:

Quod ſicca redolet palus lacuna.

Cineri

Nec mihi jam faſtus opponere quærit iniquos,
 Nec mihi ploranti lenta ſedere poteſt.
Atque utinam non tam ſero mihi nota fuiſſet
 Conditio: cineri nunc medicina datur.
Ante pedes cæcis lucebat ſemita nobis.
 Scilicet inſano nemo in amore videt.
Hoc ſenſi prodeſſe magis. contemnite amantes.
 Sic hodie veniet, ſi qua negavit heri.
Pulſabant alii fruſtra, dominamque vocabant.
 Mecum habuit poſitum lenta puella caput.
Hæc mihi devictis potior victoria Parthis:
 Hæc ſpolia, hæc reges, hæc mihi currus erunt.
Magna ego dona tua figam Cytherea columna,
 Taleq; ſub noſtro nomine carmen erit: Has

J. SCALIGER.

Cineri nunc medicina datur) Commentum Beroaldi, ni fallor. Nam vetus lectio *emeriti nunc medicina datur*. Lege, *Emeritis*. Pulchrum proverbium. Emeritus miles qua medicina opus habet, quum omni vulneris periculo careat, utpote functus militia? vel emeritus gladiator, quod malo, eadem ſententia. At cineri medicinam dare, aut mortuo, cujus eſſet ſtoliditatis? Atqui Propertius ait ſe functum militia, qui nullos ſentit faſtus amicæ. hæc enim eſt amantum militia.

Contemnite amantes) Noſter, *contendite*. obfirmate vos. Utro utaris tamen, illo an illo, non magni intereſt.

Taleque ſub noſtro nomine) Noſter, *noſtro munere*. & verum eſt, Donario enim ſubjici nomen, clarum eſt.

VARIORUM.

Dona tua figam Cytherea columna.) Quæcunque Deorum placandorum cauſſa aris inferebantur, ea *Dona* appellabant: Nonius. *Dona conſuetudine hæc habentur, quæ aut propitiandis diis dantur, aut hominibus pro benefactis redduntur.* Cic. lib. II. de Legib. *Impius ne audeto placare Donis iram Deorum.* Et rurſus ibidem: *Donis impii ne audeant placare Deos.* Et hujuſmodi quidem *Dona* proprie *Figi* dicebantur, & tamdiu *Dona* appellabantur, quamdiu non profanabantur. Utriuſque Servius auctor eſt, qui lib. III. Æn. ad verſum, *Poſtibus adverſis Figo*, proprie locutum Virgilium adnotat. *Figi enim*, ait, *Dona dicuntur, ut, Sacra ad faſtigia Fixi. Et ſcriptum eſt inter ſacratas res etiam Dona eſſe, ſicut in libris ſacrorum invenitur: quæ tamdiu Dona dici poſſunt quamdiu non profanantur.* Briſſonius.

Munere.] *Dona* quæ Diis ſacrabantur, dicebantur & *Munera* Arnob. lib. VII. *Diis hoſtias, & cetera impendimus Munera.* Virg. lib. IV. Georg.

--- Tu Munera ſupplex.
Tende, petens pacem. --- --- ---

Carmen.) Similiterque *Donis*, quæ figebantur, dicabantur, ſacrabantur inſcriptiones addi conſueviſſe oſtendit Tacitus lib. XV *Ipſe eum pugionem*, inquiens, *apud Capitolium ſacravit* inſcripſitque JOVI VINDICI. Suetonius quoque in Caligula cap XXIV. eum tres gladios in necem ſuam præparatos

MARTI

Has pono ante tuas tibi diva Propertius ædes
Exuvias, tota nocte receptus amans.

Nunc

MARTI ULTORI, addito elogio conſecraſſe ſcribit. Sic & Solinus refert Julium Cæſarem VENERI GENITRICI Thoracem gemmis Britannicis factum ſubjecta Inſcriptione dedicaſſe. Ovid. lib. I. Amor. Eleg. XI.

Non ego victrices lauro redimire Tabellas.
Et VENERIS *medio* PONERE IN ÆDE mores;
Subſcribam, VENERI FIDAS SIBI NASO TABELLAS DEDICAT.

Propertius hoc loco.

Magna ego DONA *tua* FIGAM CYTHERÆA *columna*,
Taleque ſub noſtro MUNERE *carmen erit.*
HAS PONO ANTE TUAM TIBI DIVA PROPERTIUS ÆDEM EXUVIAS, TOTA NOCTE REORPTUS AMANS.

Hujuſmodi Inſcriptionum ſollemnia verba erant hæc: DONUM DEDIT, vel DONUM POSUIT, quibus antiqui Lapides abundant, ac plerumque notis hiſce perſcribitur D. D. & D. P. Sed enim hujus generis inſcriptiones aliquot oculis ſubjicere ſatius fuerit. Ex earum ergo turba has ſelegi: HERCULI INVICTO M. CASSIUS HORTENSIUS PAULINUS. PR. XV. VIR SACRIS FACIUNDIS DONUM DEDIT.

Q. NUMMIUS DONUM DEDIT JOVI SABAZIO.

RUMOLPUS CÆSARIS A SUPELLECTILE DOMUS AURIF. ET. CLAUDIA PALLAS SOLI ET LUNÆ DONUM POSUERUNT.

Quin etiam cauſſa doni dati titulo plerumque comprehendebatur. Quod ſignificat Tibullus lib. I. Eleg. X. cum ait:

---- VENERIQ. MERENTI
FIXA, NOLET CASUS AUREA PALMA MEOS.

Id quod ſequens Inſcriptio teſtatur; MINERVÆ MEMORI COELIA JULIANA INDULGENTIA MEDICINARUM EJUS INFIRMITATE GRAVI LIBERATA D. P. *Briſſonius.*

J. SCALIGER.

Has pono ante tuas) Legendum cenſeo. *Has pono ante tuam tibi, Diva, Propertius ædem Exuvias.*

VARIORUM.

Has pono) Legerem *Hac pono ante tuam tibi, Diva, Propertius ædem.* non *tuas ædes*. Heinſius in Addendis ad Ovid.

Exuvias.) Veſtes appellat quibus intectus eſſet & cum Cynthia, nequam feciſſet, ut naufragi veſtimenta ea, quibus naufragium evaſerunt, Neptuno ſuſpenderunt. Horat.

---- *Me tabula Sacer*
Votiva paries indicat uvida
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris Deo.

Virgil. Æn. XII.

---- *Olim venerabile lignum*
Servati ex undis, ubi figere dona ſolebant
Laurenti Divo, & votas ſuſpendere veſtes.

Livin.

Nunc

Nunc ad te mea lux veniet mea littore navis
Servata: an mediis ſidat onuſta vadis?
Quod ſi forte aliqua nobis mutabere culpa,
Veſtibulum jaceam mortuus ante tuum.

XV.

O me felicem, nox o mihi candida, & o tu
Lectule deliciis facte beate meis!
Quam multa appoſita narramus verba lucerna?
Quantaque, ſublato lumine, rixa fuit!
Nam modo nudatis mecum eſt luctata papillis,
Interdum tunica duxit operta moram,
Illa meos ſomno laſſos patefecit ocellos
Ore ſuo, & dixit, Siccine lente jaces?

Quam

J. SCALIGER.

Nunc ad te veniat) Hæc profecto neſcio an aliquis bene intelligat. Certe in noſtro optima lectio concepta eſt:

Nunc ad te, mea lux, veniat mea littore navis
Servata, an mediis ſidat onuſta vadis,
Quod, ſi forte aliqua nobis mutabere culpa
Veſtibulum jaceam mortuus ante tuum.

Vel defunctus curis, ut nunc, vel in curas conjectus., ut ſi forte mihi iraſcaris, utrumvis igitur mihi accidat, ego ante fores tuas moriar. Ita ſeriptum invenimus in libro noſtro, ſed nos eam interpunctionem adhibuimus. *quod*, quod genus, cujuſmodi. Quod genus mihi accidere poteſt, ſi tu mihi mutata iraſcaris.

VARIORVM.

Quam multa appoſita.) Hoc diſtichon puto locandum poſt *morata tuis*. & præponendum illi diſticho *Non juvat in cæco* &c. ita nimirum exigente ſententia hoc modo.

Quam vario amplexu mutamus brachia? quantum?
Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis?
Quam multa appoſita narramus verba lucerna?
Quantaque ſublato lumine rixa fuit.
Non juvat in cæco &c.

Douſa P.

Appoſita Lucerna.) Eleganter Gallienus Aug. in Epithal.

Ite agite, o juvenes, pariter ſudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura veſtra columba,
Brachia non hedera non vincant oſcula concha,
Ludite, ſed vigiles *nolite extinguere* lichnos,
Omnia nocte vident, nil cras meminere lucernæ.

Martial. Epig. XXXVIII. lib. X.

O quæ prælia! quas utrimque pugnas
Felix lectulus & lucerna vidit!

Laſſos) *lapſos* libri veteres. Supra lib. 1. Eleg. 3.

Dum me jucundis lapſam ſopor impulit alis.

ubi fruſtra *laſſam* Lipſius. Heinſius ad Ovid. amor. l. 3. Eleg. 5.

E e Venerem

Quam vario amplexu mutamus brachia, quantum
Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis!
Non juvat in cæco Venerem committere motu.
Si neſcis, oculi ſunt in amore duces.
Ipſe Paris nuda fertur periiſſe Lacæna,
Cum Menelaæo ſurgeret e thalamo:
Nudus & Endymion Phœbi cepiſſe ſororem
Dicitur, & nudæ concubuiſſe deæ.
Quod ſi pertendens animo veſtita cubaris,
Sciſſa veſte meas experiere manus:
Quin etiam, ſi me ulterius provexerit ira,
Oſtendes matri brachia læſa tuæ.
Necdum inclinatæ prohibent te ludere mammæ:
Viderit hoc, ſi quam jam peperiſſe pudet.

Dum

J. SCALIGER.

Venerem corrumpere) *Committere* liber ſcriptus. Ita repone.

Viderit hac ſi quam jam peperiſſe pudet) Non prorſus mala eſt lectio libri noſtri:

Viderit hoc, ſi quis jam peperiſſe putet. ſi quis peperiſſe putet ſuam.

VARIORUM

Venerem committere) Probo *committere*, quod ex libro ſcripto repoſuit Scaliger ſic infra lib. 4. Eleg. 7.

Sæpe Venus trivio commiſſa — reponendum ex Vet. Cod. Modii, cum in vulgatis *commiſta* legatur. *Broeus.*

Oculi ſunt in amore duces) Vide quæ notata ſunt ſupra ad eleg. 1. lib. 1. Apud Quanahacenſes eſt ſerpens virulentus, quem vocant *Teximinani*, noſtri *Oculi petam* quia de arbore ſe jaculis inſtar in oculos demittit; in hoc ſimulacrum præbens amoris, qui ex conſpectu naſcitur: unde illud ἐκ τοῦ ὁρᾶν τὸ ἐρᾶν. *ex viſu eſt quod ames.* Voſſius de origine & progreſſu Idololatriæ lib. IV. cap. LVII. Eleganter Philoſtratus in Epiſtolis; οἱ ὀφθαλμοὶ ξύμβουλοι τοῦ ἔρων. Hinc Plotinus Philoſophus Ennead: III. lib. V. cap. III. ἔρως ait quaſi ὅρασις. *Douſa F.*

Necdum inclinatæ prohibent te ludere mammæ) Sollius Apollinaris lib. III. Ep.

Dum nos fata ſinunt, oculos ſatiemus amore.
Nox tibi longa venit, nec reditura dies.
Atque utinam hærentes ſic nos vincire catena
Velles, ut nunquam ſolveret ulla dies.
Exemplo junctæ tibi ſint in amore Columbæ,
Maſculus, & tutum femina conjugium.
Errat qui finem veſani quærit amoris.
Verus amor nullum novit habere modum.
Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros ſol agitabit equos,
Fluminaque ad caput incipient revocare liquores,
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit,
Quam poſſim noſtros alio transferre dolores.
Hujus ero vivus, mortuus hujus ero.
Quod mihi ſi tecum tales concedere noctes
Illa velit, vitæ longus & annus erit.
Si dabit hæc multas, fiam immortalis in illis.
Nocte una quivis vel deus eſſe poteſt.
Qualem ſi cuncti vellent decurrere vitam,
Et preſſi multo membra jacere mero,

Non

Ep. XIII. *Taceo fractas pondere arvinæ jacere mammas, quasque fœdum eſſet in pectore virili vel prominere, has ut ubera materna cecidiſſe.* Inclinatas quoque intellexit Naſo lib. X. Met.

Inſtat anus, canosque ſuos & inania nudat
Ubera -- --

Nam deficiente lacte ſpongiæ inſtar flacceſcunt in vetulis; Contrario modo in virginalis flore ætatis ſtantes turgent. *Gebh.*

VARIORUM.

Terra prius falſo) forte *ſalſo*, ut ſignificet terram prius ſquammoſum pecus, & marina monſtra producturam. *Douſa P.*

Non ferrum crudele eſſet, neque bellica navis,
  Nec noſtra Actia cum verteret oſſa mare;
Nec toties propriis circum oppugnata triumphis
  Laſſa foret crines ſolvere Roma ſuos.
Hæc certe merito poterunt laudare minores.
  Læſerunt nullos pocula noſtra deos.
Tu modo dum licet, hunc fructum ne deſere vitæ:
  Omnia ſi dederis, oſcula pauca dabis.
At veluti folia arentes liquere corollas,
  Quæ paſſim calathis ſtrata natare vides:
Sic nobis, qui nunc magnum ſpiramus amantes,
  Forſitan includet craſtina fata dies.

XVI.

PRætor ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris,
  Maxima præda tibi, maxima cura mihi.
Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Cerauno.
  Ah Neptune, tibi qualia dona darem!
Nunc ſine me plena fiunt convivia menſa:
  Nunc ſine me tota janua nocte patet.

Quare,

J. SCALIGER.

Nec noſtra Actiacum verteret] Lego *verreret*.

Quæ paſſim calathis) Folia coronarum decidentia in pocula inter commeſſationes, cujus rei infinita extant apud ſcriptores exempla. Nam calathi hic non quaſili, ſed pocula. Virgilius:

Vina novum fundam calathis Arinſia nectar.

Et Martialis in Apophoretis.

Magnum ſperamus) *Spiramus*. μεγαλοφρονοῦμεν.

Prætor ab Illyricis) Prætor Macedoniæ & Achajæ idem. auctor Pauſanias. At Illyrium erat in Macedonia. vel potius Macedonia Illyrium continebatur. Nam Durrachium in Macedonia cenſebatur.

VARIORUM.

Verreret.) Ita malo cum doctiſſimo Scaligero, eleganti locutione. Eandem quoque vocem Cornelio Severo reſtituo in Ætna.

Scrutamur rimas, everrimus omne profundum.

Male vulgo editur, *evertimus*. Douſa F.

Omnia ſi dederis &c.) Languet ſententia, quam erigo mutata diſtinctione hoc modo:

Omnia, ſi dederis oſcula pauca, dabis.

quaſi dicat; omnia a te mihi data putabo, ut Cicero loquitur, ſi modo pauca oſcula dederis. *Douſa F.*

Straminea

Quare, ſi ſapis, oblatas ne deſere meſſes;
Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus.
Deinde, ubi conſumpto reſtabit munere pauper,
Dic, alias iterum naviget Illyrias.
Cynthia non ſequitur faſces, nec curat honores.
Semper amatorum ponderat illa ſinus.
At tu nunc noſtro Venus o ſuccurre dolori,
Rumpat ut aſſiduis membra libidinibus.
Ergo muneribus quivis mercatur amicam?
Juppiter, indigna merce puella perit.
Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas,
Et jubet ex ipſa tollere dona Tyro.
Atque utinam Romæ nemo eſſet dives, & ipſe
Straminea poſſet dux habitare caſa:
Nunquam venales eſſent ad munus amicæ,
Atque una fieret cana puella domo.
Non quia ſeptenas noctes ſejuncta cubaris,
Candida tam fœdo brachia fuſa viro:
Non quia peccaris, teſtor te, ſed quia vulgo
Formoſis levitas ſemper amica fuit.
Barbarus excuſſis agitat veſtigia lumbis,
Et ſubito felix nunc mea regna tenet.

Aſpice

J. SCALIGER.

Straminea poſſet) Noſter, *Graminea*. Intelligit cæſpitiam caſam. Horatius:

Nec fortuitum temnere cæſpitem Leges ſinebant.

VARIORUM.

Mercatur amicam.) prævalet apud me lectio illorum Cod. qui habent, *mercatur amorem*, & videtur altera velut interpretamentum hujus eſſe. *Donſa F.*

Barbarus excuſſis agitat veſtigia lumbis.) Hoc verſu agitare veſtigia, eſt veſtigia agere & incedere. Barbarum enim amore potitum & victorem incedere magnifice dicit *Turnebus*. Et ſane ſic alibi: *Et campo quo movet illa pedes.* Non tamen probat mihi hanc interpretationem: nam ſi de inceſſu tantum ſermo eſt, quid opus: *excuſſis lumbis? Agitat veſtigia* dictum obſcœne, pro movet pedes in Veneris certamine. Sic Plauto in Caſina; *Conturbare pedes.* Et Ciceroni Epiſt. 1. lib. 11. ad Atticum. *Tollere pedes. Veſtigia* pro pedibus, ut Eleg. III. lib. I. verſ. IX. *Excuſſis*, quatiendo vibratis.

Aſpice quid donis Eriphile invenit amaris,
  Arſerit & quantis nupta Creuſa malis.
Nullane ſedabit noſtros injuria fletus?
  An dolor hic vitiis neſcit abeſſe ſuis?
Tot jam abiere dies, cum me nec cura theatri,
  Nec tetigit campi, nec mea Muſa juvat.
Ah pudeat certe, pudeat: niſi forte, quod ajunt,
  Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet.
Cerne ducem, modo qui fremitu complevit inani
  Actia damnatis æquora militibus.
Hunc infamis amor verſis dare terga carinis
  Juſſit, & extremo quærere in orbe fugam.
Cæſaris hæc virtus, & gloria Cæſaris hæc eſt.
  Illa, qua vicit, condidit arma manu.
Sed quaſcunque tibi veſtes, quoſcunq; ſmaragdos,
  Quoſve dedit flavo lumine chryſolithos,
Hæc videam rapidas in vanum ferre procellas,
  Quæ tibi terra velim, quæ tibi fiat aqua.

Non

bratis, vel exhauſtis venere. Apulejus lib. 11. *Lumbis ſenſim vibrantibus ſpinam mobilem quatiens.* Catull. de ineptis ad hanc militiam: *Qui duros nequeunt movere lumbos* Lumbi, ψοαὶ, ἰξὺς ὀσφύς. Iſidorus lib. x 1. *Lumbi, ob libidinis laſciviam dicti; quia in viris cauſſa corporea voluptatis in lumbis eſt; ut in umbilico mulieribus.*

Barbarus &c.) Puto poëtam nequiuſcule innuere velle, Prætorem Propertio interim excluſiſſimo, lectum & amorem Cynthiæ occupaſſe; *Excutere* eſt *movere*: Virgil.

-- gaudetque comantes
Excutiens cervice toros.

Jam vero *movere lumbos* plane amatorium & nequam eſt. Catullus

Qui duros nequeunt movere lumbos.

h. e. qui in illa Veneris palæſtra adeo triti ſunt, ut ad eam ægre poſſint reviſere. *Lumbi* enim valentes & vegeti ad venerem requiruntur. Prętor ergo excuſſis & motis lumbis, ſive faciens cum Cynthia quod ante ſæpe Propertius, agitat veſtigia, h. e. relinquit veſtigia, e quibus jacuiſſe eum in lecto cum amica intelligas. De talibus veſtigiis Supra Eleg. 7.

Nec domina ulla meo ponet veſtigia lecto.

& infra eleg. 20.

Apparent non ulla toro veſtigia preſſo
Signa, volutantes nec jacuiſſe duos.

Scioppius Veriſimil. l. 3. C. 16.

J. SCALIGER.

Quæ tibi terra velim quæ tibi fiat aqua) Proculdubio legendum: *Quæ tibi terra, precor, quæ tibi fiat aqua.* Plautus Milite, *-- qua mares, qua feminas.* Item *-- qua ſacrum, qua publicum.*

Mentiri

Non ſemper placidus perjuros ridet amantes
  Juppiter, & ſurda negligit aure preces.
Vidiſtin' toto ſonitus percurrere cælo?
  Fulminaque ætherea deſiluiſſe domo?
Non hæc Pleïades faciunt, neque aquoſus Orion:
  Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit.
Perjuras tunc ille ſolet punire puellas,
  Deceptus quoniam flevit & ipſe deus.
Quare ne tibi ſit tanti Sidonia veſtis,
  Ut timeas, quoties nubilus Auſter erit.

XVII.

MEntiri noctem, promiſſis ducere amantem,
  Hoc erit infectas ſanguine habere manus.
Horum ego ſum vates, quoties deſertus amaras
  Explevi noctes fractus utroque toro.
Vel tu Tantalea moveare ad flumina ſorte,
  Ut liquor arenti fallat ab ore ſitim:
Vel tu Siſyphios licet admirere labores,
  Difficile ut toto monte volutet onus:
Durius, in terris nihil eſt, quod vivat amante,
  Nec, modo ſi ſapias, quod minus eſſe velis.

Quem

J. SCALIGER.

Mentiri noctem) Hæc cum ſuperioribus continuauda Perjurium, inquit, ſevere a diis vindicatur. Tonare enim ſolet deus in perjuros. Nam pejerare, & promiſſis ducere amantem, hoc impium juxta cum homicidio eſt.

Hoc erit) Nihil muto. Sed liber ſcriptus habet, *Hoc erat*. Priſcis temporibus hoc erat tanquam aliquod parricidium.

Horum ego ſum vates) Hæc ego vere teſtari poſſum, ſi quis alius, qui propter perjuria tua quid non perpeſſus ſum?

Fractus utroque toro) Hoc eſt utraque ſponda lecti. Ovidius.

Cur preſſus prior eſt, interiorque torus?

Vel tu Tantalea moveare ad flumina) Liber noſter:

Vel tu Tantalea movearis flumina ſorte.

VARIORUM.

Vidiſtin' toto.) Scribe. *Vidiſti moto ſonitus procurrere cælo.* Heinſius 3. Faſt. verſ. 347.

Quem modo felicem, invidia admirante, ferebant,
Nunc decimo admittor vix ego quoque die.
Nunc jacere e duro corpus juvat, impia, ſaxo,
Sumere & in noſtras trita venena manus.
Nec licet in triviis ſicca requieſcere luna,
Aut per rimoſas mittere verba fores:
Quod quamvis ita ſit, dominam mutare cavebo,
Tum flebit, cum mi ſenſerit eſſe fidem.

XVIII.

Aſſiduæ multis odium peperere querelæ.
Frangitur in tacito femina ſæpe viro.
Si quid vidiſti, ſemper vidiſſe negato:
Aut ſi quid doluit forte, dolere nega.
Quid ſi jam canis ætas mea candeat annis?
Et faceret ſciſſas languida ruga genas?
At non Tithoni ſpernens aurora ſenectam,
Deſertum Eoa paſſa jacere domo eſt.
Illum ſæpe ſuis decedens fovit in ulnis,
Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.

Illum

J. SCALIGER.

Sicca requieſcere Luna) Sicca luna, eſt intermenſtruus dies. ἔνη καὶ νέα. Tunc enim ſpirant Aquilones. Horatius:
Thracio bacchante magis ſub inter- Lunia vento.

Tunc flebit quum mi ſenſerit) Noſter, *Quum in me ſenſerit.* Tunc flebit quum magna fide hæc tacere me audiet.

Quid ſi jam canis ætas mea candeat) Liber noſter recte *caneret* non *candeat.* Canere, eſt πολιοῦσθαι in utraque conjugatione, ut *Fervere Leucaten*, & ſimilia caneret, faceret ſunt ejuſdem temporis. quare ita reponendum. Ante hunc verſum autem legendum illud diſtichon: *Quin ego deminuo curam.* Sperat viciſſitudinem rerum ut ſupra.

At non Tithoni) certe hæc non cohærent cum ſuperioribus, & ἀποσπασμάτιον eſt alius Elegiæ.

Quam prius adjunctos) Lege, *abjunctos.* Abjungere equos & dejungere idem. Paulo diverſius interjungere, hoc eſt dejungere equos donec cibo recreati ſint. Abjugaſſere quoque eſt idem

quod

Illum ad vicinos cum amplexa quieſceret Indos,
Maturos iterum eſt queſta redire dies.
Illa deos currum conſcendens dixit iniquos,
Invitum & terris præſtitit officium.
Cui majora ſenis Tithoni gaudia vivi,
Quam gravis amiſſo Memnone, luctus erat,
Cum ſene non puduit talem dormire puellam,
Et canæ toties oſcula ferre comæ.
At tu etiam juvenem odiſti me perfida cum ſis
Ipſa anus haud longa curva futura die.
Quin ego diminuo curam, quod ſæpe Cupido
Huic malus eſſe ſolet, cui bonus ante fuit.
Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & externo tincta nitore caput.

Ut

quod abjungere. ἀποζεῦξαι. gloſſarium. Martialis:

Interjungere quaris ad Bovillas.

Idem:

— *& hora Interjungit equos meridiana.*

VARIORVM.

Quam prius adjunctos.) Non eſt moris hoc aurigis ſeu equiſonibus, ut tum demum equos aquatum ducant nitidentve, cum ſunt adjungendi, ſed ante labore feſſos ac ſudore plenos pulvereque ſordidos lavent. At hoc facit Aurora, cum illi mane a Tithono diſcedenti ad officium terrarum orbi impendendum revertendum eſt, Hæc ideo dico, quod dubitem de lectione jam vulgata *abjunctos*. Nam ſi lavit *abjunctos equos*, non diſcedit, ſed toto die ac plurimo noctis requieſcit. Pall. duo. Colinæi editio aliæque *adjunctos*. Onomaſticum *adjungo*, ἐπιζεύγνυμι. Sed rectius *abjunctos*, q. d cum a terris diſcedit, nihil Auroræ prius eſt quam Tithonum in ulnis fovere relictis equis etiam ſudore manantibus. *Gebhard.*

J. SCALIGER.

Quum majora) *Cui majora*. Liber.

Ipſa anus haud longa) Continuandus verſiculus cum eo diſticho: *Quum tibi nec frater nec ſit tibi filius ullus*. Quum inquit, tu ſis anus propediem curva futura, & nullus ſit nec frater, nec filius, qui te poſſit γηροτροφεῖν, præter me, qui eorum vice tibi ſum.

Ludis & externo) Inſere poſt hunc verſum diſtichon illud: *An ſi cærulea quadam*. Neque explicatione indiget.

Ut natura dedit, ſic omnis recta figura.
Turpis Romano Belgicus ore color.
Illi ſub terris fiant mala multa puellæ,
Quæ mentita ſuas vertit inepta comas.
De me, mi certe poteris formoſa videri;
Mi formoſa ſatis, ſi modo ſæpe venis.

An.

J. SCALIGER.

Turpis Romano Belgicus) Quid eſſet, jam dixit.

Ludis & externo tincta nitore caput.

Intelligit enim mutari capillum ſaponæ Belgico. Martialis:

Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Ovidius III. de Arte.

Femina canitiem Germanis inficit herbis.
Et melior vero quæritur arte color.

Idem dicit quod Propertius. Sed unde Saponem putavit eſſe herbas? An ex Iſatide etiam fiebat ille color? Subjicit enim:

An ſi Cæruleo quædam ſua tempora fuco.
Tinxerit, idcirco cærula forma bona eſt?

Mi formoſa ſatis ſi modo ſæpe venis) *Venis formoſa*, hoc eſt, formoſa es, locutio Propertiana. Nam Propertius τὸ venire ἀντὶ τοῦ τυγχάνειν uſurpat. Satis, inquit, formoſa es, modo mihi uni formoſa ſis.

VARIORUM.

Turpis Romano Belgicus ore color.) Batavi exemplo ferme cæterorum Germanici nominis, cæſariem aluêre flavam, unde epitheto *Auricomus* Poëtæ, & inter hos Silius Italicus, dixerunt quomodo & Vandalos χρυσοειδεῖς, id eſt, *auricolores capillos* Procopius habere ait. Eum colorem in crinibus gelidi cœli beneficio reddi exiſtimat Plinius; ego etiam uſu ſmegmatis & lixivii, quo crines rutilabant, cujus rei fidem facit Epigrammatarius, qui *Spumam Batavam*, lixivium appellat illo verſu, *Et mutat Latias Spuma Batava comas* & *Cauſticam* alibi, *Cauſtica Teutonicos accen[dit] Spuma Capillos.* Ab ignea vi cineris, q[ui] lixivio incoquitur, ex quo ſmegma ſive Sapo conficitur, tam liquidus, quam ſpiſſus, quem in Trochiſcos, orbiculosve etiam conformabant, talemque *Mattiacam pilam* nominat Martialis, a Mattiacorum gente ut Bataviæ vicina, ita & eodem in obſequio Romanis devincta, quos Selandos nunc dicimus. In promiſcuum autem & viris & fœminis uſum eo uſque ceſſerat rutilandi capillos mos, ut non puduerit Antoninum Imp. capiti flavam cæſariem aptare quæ mentiretur Germanicæ tonſuræ modum, ut refert Herodianus. Domitianum quoque cultiorem fore ait Martialis, ſi captivorum Germanorum comis adſcititiis adornetur, quæ poëtæ Cæſari adulantis adhortatio, ſtudium illud æmulum facile prodit, dum quadam excuſationis imagine ad regendam heri ſui mollitiem utitur. Tacit. Scribit. *Germanis oculos eſſe truces & cæruleos. & comas rutilas* Similiter Horat. *Germanam pubem appellat cæruleam.* Et Juvenal. Sat. XIII.

Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flavam
Cæſariem, & madido torquentem cornua cirro?

Iſtud vero rutilandi capillitii ſtudium adeo pertinax etiamnum inſedit Friſiorum Ciſrhenanorum & Friſiabonum genti, ut ſingulis ferme hebdomadibus lotas cauſtico lixivio proles, æſtivo maxime tempore locis apricis exponant. Hadr. Junius Bat. Hiſt. cap. VII.

Qui

An cæruleo quædam ſua tempora fuco
  Tinxerit, idcirco cærula forma bona eſt!
Cum tibi nec frater, nec ſit tibi filius ullus,
  Frater ego, & tibi ſim filius unus ego.
Ipſe tuis ſemper tibi ſit cuſtodia lectus,
  Nec nimis ornata fronte ſedere velis.
Credam ego narranti, noli committere, famæ,
  Et terram rumor tranſilit & maria.

XIX.

ETſi, me invito, diſcedis Cynthia Roma,
  Lætor, quod ſine me devia rura colis.
Nullus erit caſtis juvenis corruptor in agris,
  Qui te blanditiis non ſinat eſſe probam.

J. SCALIGER.

Qui te blanditiis non ſinat) Noſter Sinit. -- *non ille ſinit magni dominator olympi*. Virgil. in Cyri -- *quod nec ſinit Adraſtia* Utrunque, pro ſinat. ἀρχαϊκῶς.

VARIORUM.

Cum tibi nec Frater, &c.) Veteres ſolebant longe aliter Fratris & Sororis nomine uti; quam vulgo hodie ea nomina ſonant. Fratres enim puellæ blandientes vorabant interdum amatores ſuos, & eos quibuſcum conſuerant, ut contra adoleſcentuli amicas ſuas, easque quibuſcum caput aliquando collimarent, ut Plautus loquitur, Sorores blande appellabant. Docet hoc aperte unus Martialis ad Amianum; hac quidem in re ſatis idoneus auctor,

O quam blandus es Ammiane matri!
Quam blanda eſt tibi Ammiane mater?
Fratrem te vocat, & ſoror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt.
Luſum creditis hoc jocumque? non eſt.
Mater quæ cupit eſſe ſe ſororem,
Nec matrem juvat eſſe nec ſororem.

Quo Epigrammate ſatis facete Martialis Ammianum quemdam inceſti cum matre arguit, quam ille, ut amatores ſolent, Sororem, & illa viciſſim eum Fratrem, quæ nequitiæ nomina ſunt, vocabat. Et ut Martialem breviter explicem, Putatisne, inquit, id jocum eſſe aut luſum? minime. nam mater, quæ ſe ſororem appellari cupit, & amicæ nomine vocari gaudet, ea certe ut liberius amoribus ſuis indulgere poſſit, neque mater neque vera ſoror eſſe optarit. *Lipſius.*

Nulla neque ante tuas orietur rixa feneſtras,
Nec tibi clamatæ ſomnus amarus erit.
Sola eris, & ſolos ſpectabis Cynthia montes,
Et pecus, & fines pauperis agricolæ.
Illic te nulli poterunt corrumpere ludi,
Fanaque peccatis plurima cauſſa tuis.
Illic aſſidue tauros ſpectabis arantes,
Et vitem docta ponere falce comas:
Atque ibi rara feres inculto thura ſacello,
Hædus ubi agreſtes corruet ante focos.
Protinus & nuda choreas imitabere ſura;
Omnia ab externo ſint modo tuta viro.
Ipſe ego venabor: jam nunc me ſacra Dianæ
Suſcipere, & Veneri ponere vota juvat.
Incipiam captare feras, & reddere pinu
Cornua, & audaces ipſe monere canes: Non

J. SCALIGER.

Et vitem docta) Lege, *doctam*.

VARIORVM.

Nulla neque ante, &c.) Negationes duæ pro una Græcorum more pro nec ulla. Sic Virg. Ecl. v. --- *Nulla neque amnem Libavit quadrupes*. Plaut. Aſin. ſc. III. Act. I. *Neque quod velim, neque quod nolim magni facitis*. Paſſeratius.

Fanaque peccatis plurima cauſſa tuis.) Templa erant diverſoria nequitiæ, & in templis adulteria exercebantur. unde exiit illud Satyrici:

Nam quo non proſtat fœmina templo.

Et Ovid. de templo Iſidis, quod erat Romæ, loquens, ait;

Multas illa facit, quod fuit ipſa Jovi.

Gaudet ergo poëta, quod in agris nulla templa poterunt corrumpere Cynthiam, quæ Romæ erant maxima cauſſa illius adulterii. *Broad.*

Rara feres inculto thura ſacello.) Unusquiſque fere in agris, & prædiis ſuis Sacellum quoddam Deo cuidam aut Deæ ſacrum habebat. Cenſorinus de Die. Nat. *Et quum agros atque urbes Deorum, munere poſſiderent; partem quandam templis ſacelliſque, ubi eos colerent, dicavere.* Plin. lib. IX. Ep. ad Muſtium. *Colvius.*

Reddere pinu cornua.) Apulejus Florid. lib. I. -- *Neque enim juſtius religioſam moram viatori objecerit, aut ara floribus redimita, aut ſpelunca frondibus inumbrata, aut quercus CORNIBUS onerata, aut fagus pellibus coronata.* Cervorum & id genus ferarũ cornua de arboribus ſacris ſuſpenſa Numinibus dedicabant, & Dianæ imprimis. Ut hoc loco Propert. Ovid. Met. --*Teliq; habet inſtar, in illa, Quæ fuerant pinu votivi cornua cervi.* Scribit etiam Quæſtionib. Rom. Plutarchus, templis omnibus Dianæ cornua cervorum adfigi moris fuiſſe. Scias & ad aliorum numinum fanorum limina id ipſum factitarũ. Quod indicat Symmachus lib. V. Epiſt. LXIII. *Colvius*

Audaces ipſe monere canes.) *Monere*, quod eſt ἐρεθίζειν Proprie ἐπιῤῥοθεῖν. Apollonii Scholia ad lib. II. verſ. 1157. Ἐπιῤῥοθεῖν κυρίως τὸ τοῖς κυσὶν κελεύειν, καὶ ἐρεθίζειν. Ovid.

Non tamen, ut vaſtos auſim tentare leones,
Aut celer agreſtes cominus ire ſues.
Hæc igitur mihi ſit lepores audacia molles
Excipere, & ſtricto figere avem calamo,
Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco
Integit, & niveos abluit unda boves.

Tu,

Ovid. Epiſt. IV.

In nemus ire libet preſſiſque in retia cervi
Hortari celeres per juga ſumma canes

Hortari eſt ὀμοκλεῖν quoque ſicut *monere* Unde ὀμοκλὴ hortamentum venatorum & vociferatio, qua canes in premendis feris inſtigant. Val. Flaccus lib. III. verſ. 550.

— prædaque ferox ardore propinqua
Inſequitur; ſimul Alcides hortatibus inſtat.

Gebhard.

J. SCALIGER.

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco Integit.) Clitumnus fluvius ex lacu Vadimonis egeritur, & ſpecu merſus poſtea oculis redditur. Plinius Cæcilius lib. octavo ad Gallum, poſtquam de lacu Vadimonis loquutus eſt, ſubjungit: *Idem lacus in flumen egeritur. quod ubi ſe pauliſper oculis dedit, ſpecu mergitur, altoque conditum meat, ac ſiquid ante, quam ſubduceretur, accepit, ſervat, & profert.* Nos primi nomen illi flumini reddimus apud Plinium, & primi hunc ſpecum Clitumni apud Propertium aperimus, de quo Papinius: *umbroque Propertius antro.* Et quia, teſte Plinio Cæcilio, lacus Vadimonis, unde egeritur, ſacer eſt, non mirandum, quare ſacrum Clitumnum Deum vocet Junius Philargyrus, niſi propterea ita vocaverit quando abſorptus ab illo antro iterum ſe reddit oculis hominum. Omnes enim fluvii ex ſpecu naſcentes aut redditi pro Diis colebantur, eiſque aræ ſtatuebantur. Seneca Epiſtola XLI. *Magnorum fluminum capita veneramur. ſubita ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet.*

VARIORUM.

Vaſtos auſim tentare leones.) *Captare, tentare*, verba ſunt domeſtica Venatoribus. *Vaſtos* autem *Leones* vocat; ut Græci ὑπερμεγέθεις, non tam ob molem corporis, quam ingentem rictum ſive hiatum. Anacreon χάσμα λεόντων. Papinius lib. IX. verſ. CXCIII. *Præcerpuntque jubas immaniaque ora recludunt.* Gebhard. *Vaſtos Leones.* referendum ad vires ingentes omnia ſternentes; ut *vaſto impetu*, apud Horat. Et Ovid. X. Met.

Impetus eſt fulvis & vaſta leonibus ira.

Ubi Venus Adonin monet, ne leonibus aut apris congrediatur. *Paſſer.*

Figere avem calamo.) Calamum aucupatorium intellige, quo viſcato aves capiuntur: cujus meminit Martial.

Non tantum calamis, ſed cantu fallitur ales,
Pallida dum tacita creſcit arundo manu.

Auceps ſurgens paulatim calamos elevabat, & eos avibus ſubjiciebat: quod genus aucupii expreſſit Silius ſic ſcribens: *ſublimem calamo ſequitur creſcente volucrem.* Alii intelligunt de ſagitta, qua aves figuntur ab arcu excuſſa. Calami autem ſagittis apud priſcos erant accommodatiſſimi. *Beroal.*

Fallitur ſi quis heic putat *avem figere calamo* ea notione accipiendum, qua *columbam figere* dixit poëta: aut alius, *damas figere* & Tigres: & Firmicius *piſces cuſpide* vel *tridente figere*, quod eſt jaculo vel ſagitta trajicere & transfigere. Non de ſagitta heic intelligit Propertius, ſed de calamo aucupatorio vel creſcente

Tu, quoties aliquid conabere, vita, memento
 Venturum paucis me tibi luciferis.
Sic me nec ſolæ poterunt avertere ſilvæ,
 Nec vaga muſcoſis flumina fuſa jugis,
Quin ego in aſſidua mutem tua carmina lingua.
 Abſenti nemo non nocuiſſe velit.

XX.

QUid fles abducta gravius Briſeide? quid fles
 Anxia captiva triſtius Andromacha?
Quidve mea de fraude deos inſana fatigas?
 Quid quereris noſtram ſic cecidiſſe fidem?
Non tam nocturna volucris funeſta querela
 Attica Cecropiis obſtrepit in foliis:
Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba
 Sollicito lacrymans depluit a Sypylo.

Me

ſcente arundine, quæ aves tangebat ac veluti fixas vinctasque, capiendas dabat. Non *ſtricto* igitur, ſed *ſtructo* legendum:

--- *& ſtructo figere avem calamo.*

Per *ſtructum calamum* deſignat creſcentem arundinem: de qua diximus ſupra. [quæ autem ſupra dixerat hæc erant; In aucupio quod calamis peragebatur, harundo ad harundinem, ſic adtexi jungique conſueverat, ut ſenſim creſceret, donec altis ejus, quæ captabatur, alas viſcum tangeret. hinc *harundo creſcens* hoc genus aucupii vocabatur. Martialis ſublemmate *Aucupatorii calami:*

Non tantu calamis, ſed cantu vincitur ales,
Callida dum tacita creſcit harundo manu.

Vide Salmaſ. pag. CXVIII. Exerc. Plinian.) *Textas arundines* dixit Petronius σύνθεσιν καλάμων vetus Epigramma: id eſt, *ſtructuram calamorum.* Moſchus de Aucupe;

Καὶ καλάμως σύμπαντας ἐπ' ἀλλήλοισι συνάπτων,

Ex his puto intelligere potes, quid vocet *ſtructum calamum* poëta. Plura apud modo laudatum Salmaſium habes pag. CIƆLXXXVIII. Exerc. Plin.

J. SCALIGER.

Abſenti nemo non nocuiſſe velit) Duplex negatio unius vice. Alibi: *Non ſi Pegaſ.o*, &c poſtea ſubjungit:

Nil tibi Mercurii proderit alta via.

Deos inſana fatigas) *Veſana* Liber noſter.

VARIORUM.

Sollicito.] locus caſtigandus *Sollicito lacrymæ depluit e Sypylo. Tantum lacryma* ut apud Maronem

Nec de concuſſa tantū pluit ilice glandis.

Errat autem Paſſeratius, qui *depluere* non alia opinatur ſignificatione ſumi, quam qua *degrandinare* & *detonare* ſumitur, h. e. pro pluere deſinit. At Columella lib. x. de Jove

Inque ſinus matris violento depluit imbre.

Heinſius ad Metamorph. lib. 1. verſ. 572.

De

Me licet æratis aſtringant brachia nodis;
Sint mea vel Danaes condita membra domo:
In te ego & æratas rumpam, mea vita, catenas,
Ferratam Danaes tranſiliamque domum.
De te quodcunque, ad ſurdas mihi dicitur aures:
Tu modo ne dubita de gravitate mea.
Oſſa tibi juro per matris, & oſſa parentis,
(Si fallo, cinis heu ſit mihi uterque gravis)
Me tibi ad extremas manſurum, vita, tenebras.
Ambos una fides auferet, una dies.
Quod ſi nec nomen, nec me tua forma teneret;
Poſſet ſervitium mite tenere tuum.
Septima jam plenæ deducitur orbita lunæ,
Cum de me, & de te compita nulla tacent.
Interea nobis non nunquam janua mollis,
Non nunquam lecti copia facta tui.
Nec mihi muneribus nox ulla eſt empta beatis,
Quidquid eram, hoc animi gratia magna tui.
Cum te tam multi peterent, tu me una petiſti.
Poſſum ego naturæ non meminiſſe tuæ?
Tunc me vel tragicæ vexetis Erinnyes, & me
Inferno damnes Æace judicio;
Atque inter Tityi volucres mea pœna vagetur,
Tumque ego Siſyphio ſaxa labore geram.
Nec tu ſupplicibus me ſis venerata tabellis.
Ultima talis erit quæ mea prima fides.
Hoc mihi perpetuo jus eſt, quod ſolus amator
Nec cito deſiſto, nec temere incipio.

Ah

J. SCALIGER.

De te quodcunque) Hoc eſt, quantum ad te pertinet. Sic ſupra:

De me, mi certe poteris formoſa videri.

Hoc mihi perpetuo jus eſt) Noſter, *Hoc mihi perpetuo vis eſt.*

Ah

XXI.

AH quantum de me Panthi tibi pagina finxit,
Tantum illi Pantho ne ſit amica Venus,
Sed tibi jam videor Dodona verior augur.
Uxorem ille tuus pulcher amator habet.
Tot noctes periere. nihil pudet? aſpice, cantat
Liber: tu nimium credula ſola jaces.
Et nunc inter eos tu ſermo es: te ille ſuperbus
Dicit ſe invito ſæpe fuiſſe domi.
Diſpeream, ſi quicquam aliud, quam gloria, de te
Quæritur: has laudes ille maritus habet.
Colchida ſic hoſpes quondam decepit Jaſon.
Ejecta eſt. tenuit namque Creuſa domum.
Sic a Dulichio juvene eſt eluſa Calypſo.
Vidit amatorem pandere vela ſuum.
Ah nimium faciles aurem præbere puellæ,
Diſcite, deſertæ, non temere eſſe bonæ.

Huic

VARIORUM.

Ah quantum.) fruſtra circumfertur. Lego *At quantum.* Heinſius in Addendis ad Ovid.

Ejecta eſt. tenuit namque Creuſa domum.) Hunc verſum quis non videt corruptum eſſe? quomodo enim tenuiſſe domum Jaſonis dici poteſt, quæ ipſo nuptiarum die conflagrarit? ſcripti plerique *tenuis domo* vel *tenui.* ſcribe.

Lecta Creontea eſt namque Creuſa domo. *Creon* enim *Creuſæ* pater. Heinſius ad Ovid. Artem l. 3. verſ. 34. Recte vidit Vir illuſtris locum huncc orruptum eſſe & medicina indigere. Sed ejus emendationi neſcio cur ſubſcribere nequeam, cum a literarum ductu nimium abeat. Propius accedit Gebhardus:

Evecta eſt tenui namque Creuſa domo.

Mihi magis placet:

Electa eſt tenui namque Creuſa domo,

cum ex j. in l. facillimus ſit lapſus. Nec obſtat quod *tenuem Creuſæ domum* vix vocare poſſe videatur Poëta cum Regia fuerit: Nam tenuis Creuſæ domus fuit, ſi conferatur cum ſplendore domus Medeæ quo ipſa gloriatur & ſic prædicat apud Senecam. verſ. 609.

–.– *Quondam nobili fulſi patre,*
Avoque clarum Sole deduxi genus.
Quodcunq; placidis flexibus Phaſis rigat,
Pontus quidquid Scythicus a tergo videt;
Paluſtribus quo maria dulceſcunt aquis;
Armata peltis quidquid exercet cohors
Incluſa ripis vidua Thermodontiis:
Hoc omne noſter genitor imperio regit.

Bynæus.

Experta

Huic quoque, qui reſtat, jampridem quæritur alter,
Experta in primo ſtulta cavere potes.
Nos quocunque loco, nos omni tempore tecum,
Sive ægra pariter, ſive valente, ſumus.

XXII.

SCis here mi multas pariter placuiſſe puellas,
Scis mihi, Demophoon, multa venire mala.
Nulla meis fruſtra luſtrantur compita plantis.
O nimis exitio nata theatra meo!
Sive aliquis molli deducit candida geſtu
Brachia, ſeu varios incinit ore modos.
Interea noſtri quærunt ſibi vulnus ocelli,
Candida non tecto pectore ſi qua ſedet:
Sive vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.

Quæ

J. SCALIGER

Experta in primo ſtulta cavere poteſt) lege *potes.*

Nulla meis fruſtra luſtrantur compita) Compitalitios ludos intelligit, qui per vicorum magiſtros prætextatos fiebant In illis ludis vidit multas puellas, quæ ludos ſpectabant, ut ipſe innuit.

O nimis exitio nata theatra) Propter fabulas, quæ agebantur illis ludis.

Sive aliquis molli) Ludium intelligit.

Seu varios incinit ore modos) Tibicines καὶ τεχνίτας διονύσου intelligit, qui erant in ſcena, & in diverbiis canebant. *Here* autem initio Elegiæ eſt, χθὲς, non κύριε, ut inepte Beroaldus.

Interea noſtri quærunt ſibi vulnus) ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν. Proverbialiter.

VARIORUM.

Here) Antique, pro *heri*. Plaut. Capteivis, *Adverte animum ſis tu; iſtos Captivos duos here quos emi de præda.* Idem Amph. *Here veniſti media nocte, nunc abis.* Sæpiſſime Plautus, aliique.

Varios modos.) Varii modi, ex diſcrimine tibiarum; nam *graves modi* dextrarum tibiarum qui ſeriam Comœdiæ dictionem indicabant; *leves* & *acuti* ſiniſtrarum & ſerranarum, quibus jocus oſtendebatur, modo *mixti*, & utrarumque tibiarum mixtam joco gravitatem oſtendebant. Paſſ.

Puris in frontibus) Hoc de puro diſcrimine eſt intelligendum. *Turn.*

Indica quos medio vertice gemma tenet.) Intelligit Græcorum ἄμπυκα. de quo Scholiaſtæ Euripidis & Pindari hæc adnotant. Ἄμπυξ κυρίως κόσμος τις χρυσῷ καὶ λίθοις πεποικιλμένος, ὃν περὶ κεφαλὰς αἱ γυναῖκες φοροῦσιν. Papinius Achill.

Gemmatis aut nectunt tempora limbis.

Claudianus:

Subſtringitq; comã gemmis & colla monili

Gebb.

Perſon-

Quæ ſi forte aliquid vultu mihi dura negarat,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.
Quęris Demophoon cur ſim tam mollis in omnes?
Quod quæris, quare non habet ullus amor?
Cur aliquis ſacris laniat ſibi brachia cultris?
Et Phrygis inſanos cæditur ad numeros?
Unicuique dedit vitium natura creato.
Mi fortuna aliquid ſemper amare dedit.
Me licet & Thamyræ cantoris fata ſequantur:
Nunquam ad formoſas, invide, cæcus ero.
Sed, tibi ſi exiles videor tenuatus in artus,
Falleris; haud unquam eſt culta labore Venus.
Percontere licet: ſæpe eſt experta puella
Officium tota nocte valere meum.
Juppiter Alcmenæ geminas requieverat arctos,
Et cælum noctu bis ſine rege fuit:
Nec tamen ięcirco languens ad fulmina venit.
Nullus amore vires eripit ipſe ſuas:
Quid? cum e complexu Briſeïdos iret Achilles,
Num fugêre minus Theſſala tela Phryges?
Quid? ferus Andromachæ lecto cũ ſurgeret Hector,
Bella Mycenææ non timuere rates?
Ille vel hic claſſes poterat, vel perdere muros.
Hic ego Pelides, hic ferus Hector ego
Aſpice uti cælo modo ſol, modo luna miniſtret:
Sic etiam nobis una puella parum eſt.

Altera

VARIORUM.

Percontere licet) Vetus formula. Cujus unum hoc exemplum adducit Briſſonius ex lib. II. de Orat. *Licet*, *inquit*, *rogare*, *Philippus*. Plaut. Mil. Ac. II. Sc. VI. *Licetne* ? Inquire jubeo & Perſa Ac. IV. Sc. IV. D. *Hoſpes volo ego hunc percontari*. S. *a terra ad cælum in quidlubet*. D. *Jubedum ea accedat huc ad me*. S. *I ſane. ac morem illi gere. Percontare, exquire quidvis*. Sic in anteſtatione; *licet anteſtari*)

Sperta.

Altera me cupidis teneat, foveatque lacertis:
Altera, ſi quando non ſinat eſſe locum:
Aut, ſi forte irata meo ſit facta miniſtro;
Ut ſciat eſſe aliam, quæ velit eſſe mea.
Nam melius duo defendunt retinacula navem,
Tutius & geminos anxia mater alit.
Aut, ſi es dura, nega: ſin es non dura venito.
Quid juvat in nullo pondere verba loqui?
Hic unus dolor eſt ex omnibus acer amanti,
Speranti ſubito ſi qua venire negat.
Quanta illum toto verſant ſuſpiria lecto,
Cum recipi, quaſi non noverit illa, vetat!
Et rurſum puerum quærendo audita fatigat:
Quem, quæ ſcire timet, quærere plura jubet.

Cui

J. SCALIGER.

Speranti ſubito ſiqua venire negat) Propertianum, *ſiqua negat*, hoc eſt, ſi amica negat. Supra:

Aut ſi qua Arabio lucet bombyce puella.

Indefinite. quum tamen Cynthiam intelligat.

Quum recipi quem non noverit ille putat) Verſus interpolatus. Ne ſincera quidem ſcriptura in noſtro:

Cur recipi qua non noverit, illa vetat.

Lege:

Quum recipi quem non noverit illa, vetat.

Fingit enim ſe non noſſe, quem vult excludi.

VARIORUM.

Nam melius duo defendunt retinacula navem.) Plerumque a nave comparationes ſumit in amatoriis rebus. Supra Eleg. IV. loquens de ſecundo amore:

Tranquillo tuta deſcendis flumine cymba.

Eleg. XIV.

Nunc ad te, mea lux, veniet mea litore navis
Servata; an mediis ſidat onuſta vadis?

Douſa F.

Retinacula.) Retinacula ea omnia dicuntur, quibus quid retinetur & religatur. Sunt & *retinacula* Virgilio, quibus navis appulſa religatur ad palum cui nomen *Primneſius*, ſive *tonſilla*. Feſto. Anchoræ autem cum e funibus pendeant, jaciuntur & a prora & a puppis ut firmius ſtet navis. *Paſſerat.* Gloſſarium; *Retinacula* ἀπόγεια, καταχεῖς. Papinius ipſas anchoras vocat *retinacula* l. III Silv.

Uncaque ſubmerſa penitus retinacula velent.

Puerum quærendo.) Servum Internuncium, qui & Salutigerulus, intelligit. Salutigeruli ſervi erant, qui juſſu domini dominæve ultro citroque mandata, literas, ſalutesque perferebant. Ad hos reſpexit Apulejus de Deo Socratis; *Hos Græco nomine δαίμονας nominant, inter terricolas cælicolasque vectores hinc precum, inde donorum; qui ultro citroque portant hinc petitiones, inde ſuppetias: ceu quidam utriuſque interpretes & internuncii*, Vide Plaut. in Aulul. ubi mores mulierum probe memorat.

Cui

XXIII.

CUi fuit indocti fugienda hæc ſemita vulgi,
Ipſa petita lacu nunc mihi dulcis aqua eſt.
Ingenuus quiſquam alterius dat munera ſervo,
Ut commiſſa ſuæ verba ferat dominæ?
Et quærit toties, quænam nunc porticus illam
Integit? & campo quo movet illa pedes?
Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama labores
Herculis, ut ſcribat, muneris ecquid habes?
Cernere uti poſſis vultum cuſtodis amari,
Captus & immunda ſæpe latere caſa.

Quam

J. SCALIGER.

Cui fuit indocti) Continuanda hæc ſunt. quod ex ſequentibus facile patet, atque adeo ex antecedenti diſticho. cujus ſententia ſuſpenſa, Continuat enim faſtidia matronarum. Legendum vero, *indocta*, non *indocti*. Qui indoctus καὶ ἄπειρος fugiebam vagas puellas nunc re ipſa expertus & doctus illas ſector.

Ipſa petita lacu) Proverbium, vulgivagam Venerem intelligit. Nam lacus eſt publicus. Horatius:

— *omnes Geſtiet a furno venientes ſcire lacuque.*

Nunc vagæ puellæ placent, inquit.

Ut commiſſa ſuæ). Vetus ſcriptura, *promiſſa*. Neſcio an bene.

Deinde ubi pertuleris) Poſt hoc diſtichon inſerenda tria illa ordine, *Et modo pavonis caudæ flabella ſuperbæ*. Quæ quam importuno loco leguntur?

Cernere uti poſſis) Hæc vulgo non bene diſtinguuntur. Ita enim legenda potius eſſe videntur:

Cernere uti poſſis vultum cuſtodis avari,
Captus & immunda ſæpe latere caſa,
Quã care ſemel in toto nox vertitur anno?

Facete παρὰ προσδοκίαν. Nam quum deberet dicere Quam care nox una emitur, ut potiaris optatis; dixit, ut lateas in immunda caſa, & ut pericliteris rejici a duro cuſtode.

VARIORUM.

Integit.) recte. Porticus enim ambulantibus integumentum. *Douſa P.*

Deindè ubi pertuleris, quos dicit Fama labores
Herculis, huic quod des muneris ecquid habes?

ita locum illum ex veſtigiis veterum membranarum videri caſtigandum ad ipſum Propertium pluribus adſtruemus. Heinſius in Addendis ad Ovid.

At

Quam care ſemel in toto nox vertitur anno:
  Ah pereant, ſi quos janua clauſa juvat.
Contra rejecto, quæ libera vadit amictu,
  Cuſtodum & nullo ſepta tumore, placet;
Cui ſæpe immundo Sacra conteritur via ſocco,
  Nec ſinit eſſe moram, ſi quis adire velit.
Differet hæc nunquam, nec poſcet garrula, quæ te
  Aſtrictus ploret ſæpe dediſſe pater.
Nec dicet, timeo: propera jam ſurgere, quæſo:
  Infelix. hodie vir mihi rure venit.
Et quas Euphrates, & quas mihi miſit Orontes,
  Me capiant. nolim furta pudica tori.
Libertas quoniam nulli jam reſtat amanti,
  Nullus liber erit, ſi quis amare volet.

XXIV. Tu

J. SCALIGER.

Ah pereant ſi quos janua clauſa juvat) Eubulus Comicus:
ὅστις λέχη γὰρ σκότια νυμφεύει λάθρα,
πῶς οὐχὶ πάντων ἐστὶν ἀθλιώτατος;
ἐξὸν θεωρήσαντι πρὸς τὸν ἥλιον
γυμνὰς ἐφεξῆς ἐπικαίρως τεταγμένας
ἐν λεπτονήτοις ὑμέσιν ἑστώσας, οἵας
Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας
μικροῦ πρίασθαι κέρματος τὴν ἡδονήν,
καὶ μὴ λαθραίαν κύπριν αἰσχίστην πόθων
πασῶν διώκειν ὕβρει οὐ πόθου χάριν.

Contra rejecto) Jam diximus ex Eubulo, γυμνὰς ἐφεξῆς, & ἐν λεπτονήτοις, &c.

Hodie vir mihi rure venit) Lege finem ſecundi ſermonis libri primi apud Horatium.

Et quas Euphrates) In verſib. Eubuli. -- οἵας Ἠριδανὸς, &c.

VARIORUM.

Cuſtodum &c.] *Tumorem cuſtodum* interpretor cuſtodes tumidos & ſuperbos, qui amatores a foribus amovere ſolent. Nec adſentior ingenioſiſſimo Palmerio, qui denſam coronam, & fretum illud turbæ, tumorem dictum putat. Sic *ſententia Democriti* h. e. Democritus, apud Lucret. *Sententia Catonis* apud Horatium *Trabeati cura Quirini* pro Romulo apud Ovidium. *Scioppius Veriſimil. l. 4. c. 9.*

XXIV.

TU loqueris, cum ſis jam noto fabula libro,
Et tua ſit tota Cynthia lecta foro.
Cui non his verbis aſpergat tempora ſudor,
Aut pudor ingenuus, aut reticendus amor?
Quod ſi jam facilis ſpiraret Cynthia nobis,
Non ego nequitiæ dicerer eſſe caput,
Nec ſic per totam infamis traducerer urbem,
Ureret & quamvis, nomine verba darem.

Quare

J. SCALIGER.

Tu loqueris quum ſis) Et in noſtro ſcripto, & in editionibus hæc perperam divulſa ſunt a ſuperioribus. Quare conjunge, atque ita lege.

Libertas quoniam nulli jam reſtat amanti
Nullus liber erit, ſi quis amare volet:
Tu loqueris, &c.

Eſt objectio. Et dicitur μιμητικῶς.

Cui non his verbis aſpergat tempora ſudor) Scribe, *ſurdo*. quem non hæc verba pudore ſuffundant, etiam ſi ſurdis auribus eſſet? Alioqui hiulca eſt oratio.

VARIORUM.

Per totam infamis traducerer urbem) Eſt *traducere* damnatum aliquem populo ſpectandum, ignominiæ cauſſa, exhibere. Hiſpane *ſacar a la verguença* Suetonius in Tito cap. VIII. *Hos* (delatores) *aſſidue in foro flagellis ac fuſtibus caſos, ac noviſſime Traductos, per Amphitheatri arenam. partim ſubjici in ſervos, aut venire imperavit: partim in aſperrima inſularum avehi* Antiquior Suetonio Seneca accipiat lucem Epiſt. CIX. de Attalo; *cum cœperat*, inquit, *voluptates noſtras traducere, laudare caſtum corpus, ſobriam menſam* &c. ubi *traducere* eleganti metaphora ita reprehendere ſignificat, ut turpitudinem noſtrarum voluptatum tanquam in pompam duceret populo exſibilandam. Et Petronius in Satyrico, ubi Quartilla juvenes rogavit, ne quod in Sacello Priapi viderant vulgarent, ſic inquit; *Protendo igitur ad genua veſtra ſupinas manus, petoque & oro, ne nocturnas religiones jocum riſumque faciatis, neve traducere velitis tot annorum ſecreta, quæ vix ulli homines noverunt.* id eſt, ne manifeſta faciatis ſecreta & in pompa palam irridenda ducatis. *Ramirez.*

Ureret & quamvis, nomine verba darem.) Id eſt, ſuppoſiticio amicæ nomine populo imponerem, quod fecit Propertius. ea enim non Cynthia, ſed Hoſtia vero nomine appellata fuit. Auctor Apulejus Apologia. I. *Donſa P.*

Quare

Quare ne tibi ſit mirum me quærere viles.
Parcius infamant. num tibi cauſſa levis?
Et modo pavonis caudæ flabella ſuperbæ,
Et manibus dura frigus habere pila,
Et cupit iratum talos me poſcere eburnos,
Quæque nitent Sacra vilia dona via.
Ac peream, ſi me iſta movent diſpendia: ſed me
Fallaci dominæ jam pudet eſſe jocum.
Hoc erit in primis, quod me gaudere jubebas?
Tam te formoſam non pudet eſſe levem:
Una, aut altera nox nondũ eſt in amore peracta,
Et dicor lecto jam gravis eſſe tuo.
Me modo laudabas, & carmina noſtra legebas.
Ille tuus pennas tam cito vertit amor?

Canten-

J. SCALIGER.

Quare ne tibi ſit) Hæc concludunt principium elegiæ, aut paulo poſt:

Quaris, Demophoon, cur ſim tam mollis in omnes?

Vides ergo importune hæc lacerata fuiſſe.

Quærere viles) Sane hæc oſtendũt ſuperiora importune divulſa fuiſſe.

Hoc erat in primis) Hic alia elegia incipit.

VARIORUM.

Pavonis cauda flabella ſuperba.) Vel flabello muſcas exigunt, juxta Martialis diſtichon:

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas,
Alitis eximia cauda ſuperba fuit.

Vel ventum faciunt, juxta Terentianum illud in Eunucho:

Heus tu Dore cape hoc flabellum & ventulum huic facito, dum lavamur.

Ovidius de Arte Amandi,

Profuit & tenui ventos moviſſe flabello.

Claudianus:

Et cum ſe rapido feſſam projecerat aſtu
Patricius roſeis pavonum ventilat alis.

Urſinus.

Et manibus dura frigus habere pila.) Pilam luſoriam intelligit, cujus inventor Pithus, ut Scribit Plin. lib. VII. cap. LVI. ea luſitaſſe etiam puellas auctor Virgilius in Cyri. *Cum lapſa e manibus* (Scyllæ) *fugit pila.* de ludo virginali. Lucanus ad Piſones:

Nec tibi nobilitas minor eſt, ſi forte volantem
Aut geminaſſe pilam juvat, aut revocare cadentem,
Et non ſperato fugientem reddere geſtu.

Paſſerat. Beroaldus locum hunc Propertii intelligit de pila puellari ex cryſtallo, quam matronæ æſtivo tempore manibus continent ad æſtum refrigerandum.

Contendat mecum ingenio, contendat & arte,
Imprimis una diſcat amare domo.
Si libitum tibi erit, Lernæas pugnet ad hydras,
Et tibi ab Heſperio mala dracone ferat.
Terra venena libens, & naufragus ebibat undas,
Et nunquam pro te deneget eſſe miſer.
Quos utinam in nobis vita experiare labores,
Jam tibi de timidis iſte protervus erit,
Qui nunc in tumidum jactando venit honorem,
Diſſidium vobis proximus annus erit.
At me non ætas mutabit tota Sibyllæ,
Non labor Alcidæ, non niger ille dies.
Tu mea compones, & dices: oſſa Properti
Hæc tua ſunt. eheu tu mihi certus eras!
Certus eras eheu, quamvis nec ſanguine avito
Nobilis, & quamvis non ita dives eras.
Nil ego non patiar, nunquam me injuria mutat.
Ferre ego formoſam nullum onus eſſe puto.
Credo ego non paucos iſta periiſſe figura:
Credo ego, ſed multos non habuiſſe fidē.

Par-

J. SCALIGER.

Qui nunc ſe intumidum) Poſt hoc diſtichon illud reponendum: *Dura eſt quæ multis ſimulatum.* Tu, inquit, ſimulato amore in falſam ſpem inducis me. Aſt ego non ita. nam me nulla ætas mutabit. Utitur tertia perſona more ſuo, ut ſupra non ſemel. Dixit enim:

Et ſe plus uni ſi qua parare poteſt.

Si qua enim dixit de ipſa Cynthia loquens, quaſi diceret, dura es, quæ te plus uni paras. ut ſupra:

Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella.

Si qua, eſt indefinite pronunciatum. Atqui de finita perſona loquitur.

Quamvis non ita dives eras) Recte Beroaldus pro *navita*, quod in veteribus libris erat, repoſuit, *non ita*.

VARIORUM.

Credo ego &c.) Duplici modo verba illa accipi poſſunt. Ut vel hoc videatur dicere Credo ego multos ad hunc modum i. e. tam conſtanter, quaſi ego te amo, amaſſe; ſed rurſus credo, multos etiam inconſtàntes fuiſſe. Vel illud: Credo, multos quidem talem figuram & pulchritudinem quali tu es prædita, amaſſe, ſed non omnes certos & conſtantes fuiſſe. Ut *hac figura*, vel pro *hoc modo*, vel *hac pulchritudine*, accipiamus. Poſterius frequens eſt apud Propertium; illud non item. Dictumque videtur, ſicut illud Plauti: *ad hanc faciem*, i.e. talis. *Perire* autem, ut ſæpe, & heic eſt amare. *Scioppius Veriſimil. lib.* 3. C. 10.

Unica

Parvo dilexit ſpatio Minoida Theſeus,
  Phyllida Demophoon, hoſpes uterque malus.
Jam tibi Jaſonia nota eſt Medea carina,
  Et modo ſervato ſola relicta viro.
Dura eſt, quæ multis ſimulatum fingit amorem,
  Et ſe plus uni ſi qua parare poteſt.
Noli nobilibus, noli conferre beatis.
  Vix venit, extremo qui legat oſſa die.
Ii tibi nos erimus: ſed tu potius, precor, ut me
  Demiſſis plangas pectore nuda comis.

XXV.

Unica nata meo pulcherrima cura dolori,
  Excludit quoniam ſors mea ſæpe, venis.
Iſta meis fiet notiſſima forma libellis,
  Calve tua venia, pace Catulle tua.

Miles

J. SCALIGER.

Unica nata meo) Et hæc importune a ſuperioribus divulſa. Perſequitur enim, quod inceperat. Ait ſe fore illi uni addictiſſimum, neque aliam amaturum. Legendum vero·

Unica nata meo pulcherrima cura dolori,
Excludi quoniam ſors mea, ſæpe venis.

Quoniam ita mihi forte evenit, ut alii nocte promiſſa, ego excludar, tu eris nihilominus etiam abſens unica cura animo meo. nam verbum veniendi apud Propertium, ut jam indicavi, eſt τὸ τυγχάνειν. Alioqui quam ineptum erat dicere; Quia ego excludor a te, tu ſæpe veni ad me. Quis riſum contineret? Hæc ſane obſcura hactenus fuerant.

Excludit quoniam) Malo, *Excludi.* Sors mea eſt excludi. Ut ille Phædria in Eunucho cedit, alteri nocte conceſſa. Quare ſuperius:

Dura eſt, quæ multis ſimulatum ducit amorem.
Et ſe plus uni ſi qua parare poteſt.

Excluſit enim Propertium, quia alii condixerat.

VARIORUM.

Noli nobilibus.) locus ille caſtigandus:

Noli nobilibus, noli te offerre beatis,
Vix venit extremo, qui legat oſſa, die.

Invidioſum illud plane *noli te offerre,* & plus eſt, quam ſi dicat, noli tui copiam nobilibus & divitibus facere. Vulgati nullo ſenſu, *noli conferre.* Heinſius in Addendis ad Ovid.

Pectore nuda.) idem quod, uti Poëtæ loquuntur, *nuda pectus, nuda genu. Nuda* enim hoc loco nominandi caſu poſitum eſt. *Douſa T.* Sed rectius alii libri: *pectora nuda.*

Miles depoſitis annoſus ſecubat armis:
Grandævique negant ducere aratra boves:
Putris & in vacua requieſcit navis arena:
Et vetus in templo bellica parma vacat.
At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus,
Sive ego Tithonus, ſive ego Neſtor ero.
Nonne fuit ſatius duro ſervire tyranno?
Et gemere in tauro ſæve Perille tuo?
Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere vultu?
Caucaſias etiam ſi pateremur aves?

Sed

J. SCALIGER.

Miles depoſitis] Noſter, *ſepoſitis*. Melius legeretur, meo judicio:

Miles ſepoſitis annoſus decubat annis.

Aut me ab amore tuo) Poſt hoc diſtichon repone illud, *Et ſi ſæcla forent*, cum ſequenti. Nam ſuperior ſententia cum illis congruit. Si, inquit, paterentur ſæcula ut eſſem quod nunc tu es, nempe puella antiquis grata, hoc eſt jam provectior ætate: jam æqualis provectis: quod tamen ætas mea non permittit: quod tamen per ætatem meam non licet. Nam tu es provectior me. Supra

-- *quum ſis*

Ipſa anus, haud longa curva futura die.

Item:

Appia cur toties te via ducit anum?

Nonne fuit ſatius) Nonne ſatius erat hæc pati, quam mutare amorem meum?

VARIORUM.

Et vetus in templo bellica parma vacat.) Mos veteribus cum militia ſe abdicarent, arma ſua in deorum templis ſuſpendere, addita inſcriptione. Ariſtophanis interpres ad Equites. ἔθος ἦν τὰ ἀπὸ τῶν πολέμων ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατίθεσθαι. Nemeſianus ecloga I.

Nunc album caput & Veneres tepuere ſub annis.

Jam mea ruricola dependet fiſtula Fauno

Virgil. Æn. lib. I.

--- *genti nomen dedit, armaque fixit Troïa.*

Et lib. III.

Ære cavo clypeum magni geſtamen Abantis

Poſtibus adverſis figo, & rem carmine ſigno

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Ovid. Met. lib. XV.

Cognovi clypeum lævæ geſtamina noſtræ

Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.

Horat. lib. I. epiſt. I.

------ *Vejanius armis*

Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro

Meurſius.

Si pateremur aves.) *Si* novo more, nullique, quod ſciam, Poëtarum uſitato, priori narrationi ſubjunctum eſt, qua tamen ipſe Propertius poſtea utitur. lib. inſequenre.

Vel tua ſi ſocero colla daturus eras.

Douſa P.

At

Sed tamen obſiſtam. teritur rubigine mucro
Ferreus, & parvo ſæpe liquore ſilex.
At nullo dominæ teritur ſub limine amor, qui
Reſtat, & immerita ſuſtinet aure minas.
Ultro contemptus rogat, & peccaſſe fatetur
Læſus, & invitis ipſe redit pedibus.
Tu quoque, qui pleno faſtus aſſumis amore,
Credule, nulla diu femina pondus habet.
An quiſquam in mediis perſolvit vota procellis?
Cum ſæpe in portu fracta carina natet?

Aut

J. SCALIGER.

At nullo dominæ) Aliter & melius legendum ex antiqua ſcriptura:

At nullo de me teritur ſublimine amor, qui Reſtat –

Sublimen eſt idem quod limen inferius, ut in Varronem annotamus: ut contra Superlimen, hoc eſt ὑπέρθυρον in veteri Gloſſario. Amor, qui reſtat de me, durat, quum de ferro nihil tandem reſtet, quod duret. Liminis autem facta mentio propter vigilatas noctes amantibus ad limina amicarum.

Tu quoque qui pleno faſtus) Referendum ad eum, de quo ſuperius conquerebatur, quum ait: *Tetra venena libens,* &c. Ut appareat recte nos hæc cum illis conjunxiſſe.

VARIORUM.

In mediis perſolvit vota procellis.) *Vota ſolvi* & *Reddi* dicebantur; Unde Macrobius lib. III. Sat. cap. v. ad illum Virgilii verſum lib. v. Æn.

Hanc tibi Eryx meliorem animam, pro morte Daretis
Perſolvo,

Eorum verborum proprietatem obſervans, adnotat Virgilium, ut *Nuncupata vota* ſignificaret, dixiſſe, *Perſolvo* quod de *voto* proprie dicitur. Sic & apud Ovid. lib. v. Faſt. Flora de ludis ſibi ex voto ſuſcepto factis,

Annuimus, ait, *votis: Conſul cum Conſule Ludos*
Poſthumio Lenas Perſoluere mihi.

Valerius Maximus lib. I. cap. I. *Item Matri Deum ſæpenumero Imperatores noſtri compotes victoriarum ſuſcepta vota Peſſinuntem profecti Solverunt.* Feſtus Pomp. *Minuitur luctus, cum votum Publice Suſceptum ſolvitur.* Briſſonius.

Quum ſæpe.) Legendum putabam *quam*, i. e. antequam. q. d. Noli te amoris tui venuſtate jactare, quum nondum ad finem amoris perveneris. Nemo enim in mari Diis marinis pro ſe ſervato gratias perſolvit, antequam ratem in portum ſecuritatemque deduxerit. *Quam* pro *antequam* ἀρχαϊκῶς.

In-

Aut prius infecto depoſcit præmia curſu,
Septima quam metam triverit ante rota?
Mendaces ludunt flatus in amore ſecundi.
Si qua venit ſero, magna ruina venit
Tu tamen interea, quamvis te diligat iſta,
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.
Nãque in amore ſuo ſemper ſua, maxima cuique
Neſcio quo pacto verba nocere ſolent.
Quamvis te perſæpe vocet, ſemel ire memento.
Invidiam quod habet, non ſolet eſſe diu.

At,

J. SCALIGER.

Invidiam quod habet) νεμεσητόν τι.

VARIORUM.

Aut prius.) Obſerva *prius depoſcit antequam* &c. Sic Virgil. 4. Æneid.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Ante, pudor, quam te violem.

Niſi ſi heic apud Propertium *Arte* pro *Ante* legendum ſit. Arte enim in ludis curulibus vel maxime opus fuiſſe, quis eſt, qui ignoret? Et docet illud filium ſuum Neſtor Iliad ψ.

Μῆτι δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο.

Arte etiam aurigas auriga vincere ſuerunt.

Scioppius Veriſimil. l. 3. c. 10.

Septima quam metam triverit arte rota.) In unoquoque miſſu a ſingulis agitatoribus ſeptem exigebantur ſpatia & curricula. Suet. in Domit. cap. IV. Senec. Ep. XXX. Arnob. lib. VII. Lactant. lib. VII. cap. XXVII. Caſſiodorus ſcribit, *Equos circum ſeptem metas incitari ſolitos. Metam*, opinor, dictam, quod ea definitum erat circi ſpatium, a metiendo vel metando Iſidorus cap. XXVI. lib. XVIII. *Ornamenta Circi, ova, meta, obeliſcus, carceres.* Metæ olim *ligneæ* ſed *aureas* fecit Imperator Claudius inquit Suet. in Claudio cap. XXI. *Ligneam metam* ſtatuit Æneas apud Virg. lib. V. qui & metæ uſum docet.

Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam
Conſtituit, ſignum nautis, pater unde reverti
Scirent, & longos ubi circum flectere curſus.

Meta erat κωνοειδής, turbinata, quæ forma etiam Pyramidum, & cupreſſorum, unde Ovid. *Metas imitata cupreſſus*; & ita feni ſtatuunt molas, ut vocant ruſtici. Flexus ipſe metæ Græcis modo τροπή dicitur, unde τροπικός Aſtrologorum, quia ab eo tempore fit τροπή, & reverſio ſolis: modo καμπτήρ, qua voce tanquam Latina uſus Pacuvius apud Nonium. Periculoſus autem erat ille flexus. Ideo Neſtor apud Hom. Iliad. ψ. Antilochum filium monet ita metæ appropinquet, ut vitet tamen lapidis tactum, ne & vulneret equos & currum frangat. *Paſſerat.*

In amore ſecundi.) *ſecundo* lege, non *ſecundis*, quod nunc legitur. Heinſius ad Ovid. Artem. l. i. verſ. 715.

Quantum

At, ſi ſecla forent antiquis grata puellis,
Eſſem ego quod nunc tu. tempore vincor ego.
Non tamen iſta meos mutabunt ſecula mores.
Unuſquisque ſua noverit ire via.
At vos, qui officia in multos revocatis amores,
Quantum ſic cruciat lumina veſtra dolor?
Vidiſtis pleno teneram candore puellam,
Vidiſtis fuſco, ducit uterque color.
Vidiſtis quandam Argiva prodire figura,
Vidiſtis noſtras, utraque forma rapit.
Illaque plebeio, vel ſit ſandicis amictu,
Hæc atque illa mali vulneris una via eſt.
Cum ſatis una tuis inſomnia portet ocellis,
Una ſit & cuivis femina multa mala.

XXVI.

VIdi ego te in ſomnis fracta, mea vita, carina
Ionio laſſas ducere rore manus:
Et quæcunque in me fueras mentita, fateri.
Nec jam humore graves tollere poſſe comas:
Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen,
Aurea quam molli tergore vexit ovis.
Quam timui, ne forte tuum mare nomen haberet,
Atque tua labens navita fleret aqua.

Quæ

J. SCALIGER.

Quantum ſic cruciat) Plane eſt Herodoti, ἀλγηδόνες ὀφθαλμῶν. Supra. *Interea noſtri quærunt ſibi vulnus ocelli.*

Dulcis uterque color) Scribe, ut in noſtro, *ducit.*

Una ſit) Poteſt etiam legi *una ſat.*

Qualem purpureis agitavit) Melius liber, *agitatam.*

At

Quæ tum egoNeptuno,quæ tū cum Caſtore fratri,
Quæque tibi excepi tum dea Leucothoë?
At tu, vix primas extollens gurgite palmas,
Sæpe meum nomen jam peritura vocas.
Quod ſi forte tuos vidiſſet Glaucus ocellos,
Eſſes Ionii facta puella maris;
Et, tibi ob invidiam Nereides increpitarent,
Candida Niſæe, cærula Cymothoë.
Sed tibi ſubſidio Delphinum currere vidi,
Qui, puto, Arionam vexerat ante lyram.
Jamque ego conabar ſummo me mittere ſaxo,
Cum mihi diſcuſſit talia viſa metus.
Nunc admirentur, quod tam mihi pulcra puella
Serviat, & tota dicar in urbe potens.
Non, ſi Cambyſæ redeant, & flumina Cræſi,
Dicat, de noſtro ſurge poëta toro.
Nam mea cum recitat, dicit ſe odiſſe beatos.
Carmina tam ſancte nulla puella colit.
Multum in amore fides,multū conſtantia prodeſt.
Qui dare multa poteſt, multa & amare poteſt.
Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Hanc ſequar, & fidos una aget aura duos.
Unum littus erit ſopitis, unaque tecto
Arbor, & ex una ſæpe bibemus aqua.
Et tabula una duos poterit componere amantes,
Prora cubile mihi, ſeu mihi puppis erit.

Omnia

VARIORUM.

Potens.] Potens hic, qui amore multum poteſt, ut qui amatur & potitur: ut apud Catullum in inferiis fratris, *ſis in amore potens*, id eſt, in amore eveniat tibi, ut potiaris: ut eleg. v.
Cinthia forma potens, Cinthia verba levis. Turnebus.

At

Omnia perpetiar, ſævus licet urgeat Eurus,
Velaque in incertum frigidus Auſter agat,
Quicunque & venti miſerum vexaſtis Ulyſſem,
Et Danaum Euboico littore mille rates,
Et qui moviſtis duo littora, cum rudis Argus
Dux erat ignoto miſſa columba mari.
Illa meis tantum non unquam deſit ocellis,
Incendat navem Juppiter ille licet.
Certe iiſdem nudi pariter jactabimur oris.
Me licet unda ferat, te modo terra tegat.
Sed non Neptunus tanto crudelis amori,
Neptunus fratri par in amore Jovi.
Teſtis Amymone, latices cum ferret in arvis,
Compreſſa, & Lernæ pulſa tridente palus.
Jam Deus amplexu votum perſolvit, at illi
Aurea divinas urna refudit aquas.
Crudelem & Boream rapta Orithyia negavit.
Hic Deus & terras, & maria alta domat.
Crede mihi, nobis miteſcet Scylla, nec unquam
Alternante vorans vaſta Charybdis aqua.
Ipſaque ſidera erunt nullis obſcura tenebris.
Purus & Orion, purus & Hœdus erit.
Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore vita,
Exitus hic nobis non inhoneſtus erit.

XXVII.

AT vos incertam mortales funeris horam
Quæritis, & qua ſit mors aditura via.

J. SCALIGER.

At vos incertam) Conjunge cum ſuperioribus.

Quæritis & cælo Phœnicum inventa ſereno:
Quæ ſit ſtella homini commoda, quæque mala.
Seu pedibus Parthos ſequimur, ſeu claſſe Britãnos,
Et maris, & terræ cæca pericla viæ.
Rurſus & objectum fletis capiti eſſe tumultum,
Cum Mavors dubias miſcet utrinque manus.
Præterea domibus flammam, domibusq; ruinam,
Neu ſubeant labris pocula nigra tuis.
Solus amans novit, quando periturus, & a qua
Morte; neq; hic Boreæ flabra, neq; arma timet.
Jam licet & Stygia ſedeat ſub arundine remex,
Cernat & infernæ triſtia vela ratis,

Si

VARIORUM.

Phœnicum inventa.) Multarum rerum inventores & autores Phœnices ſunt. Plin. lib. v. cap. XII. Strabo lib. XVI. a Phœnicibus ad Græcos manaſſe Aſtronomiam, ait, & arithmeticam. Interpres Arati.Q. Cic.apud M.Fr.II. De Nat Deor. de Cynoſura: *Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.* Paſſer.

Seu pedibus Parthos ſequimur, ſeu claſſe Britannos) Reſpicere videtur ad expeditiones ab Auguſto ſuſceptas, quarum & Horat.meminit, Britannos iſtos cum Parthis conjungens,

--- præſens Divus habebitur
Auguſtus adjectis Britannis
Imperio, gravibuſque Perſis.

Quæ evenerunt anno V. C. IↃCCXXXIII *Collegam Lepidũ quo duxit Lollius annò* Douſa P.

Jam licet & Stygia ſedeat ſub arundine remex.) Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem, quid tandem ſignificare voluerit Propertius cum hæc ſcripſit. Modo enim de pertica Portiſculi, id eſt, hortatoris remigum, qua excurſum, ut ait Nonius, & exhortamenta moderatur, modo de calamis, & arundinibus forte ad ripam Stygis provenire ſolitis intelligendum; Poſtremo etiam *arundinem* iſtam *Stygiam* pro receptaculo navali ſive tugurio, ac gurguſtio arundinum regulo cooperto ex noſtratium conſuetudine, quo lenunculi aut cymbæ quieturæ ſubducuntur, & tanquam in portu collocantur, ne videlicet nudo ætheri expoſitæ rimis fatiſcant, tabulæque ac latera earum nimio cœli æſtu contra hiatum ac lucem per commiſſuras admittant, accipi poſſe opinabar. nunc ad priorem meam ſententiam poſtliminio relabor, & *arundinem Stygiam* portiſculum. id eſt, perticam, ut dixi arundineam Charontis interpretor, quam idem ex navali diſciplina in manu tenens, umbraticis vectoribus ſuis ſignum modumque dat remigandi. *Douſa P.* Triplicem interpretationem ad hunc locum attulit Pater. Quod ſi quis ſecundam malit de calamis & arundinibus creſcentibus forte ad ripam Stygis, non deerit illi Virgilii autoritas, quæ hoc aſtruere videatur, Georg. IV.

Quos circũ limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaque palus innabilis unda
Alligat. ---

Neque

Si modo clamantis revocaverit aura puellæ,
  Conceſſum nulla lege redibit iter.

XXVIII.

IUppiter affectæ tandem miſerere puellæ.
  Tam formoſa tuum mortua crimen erit.
Venit enim tempus cum torridus æſtuat aër,
  Incipit & cicco fervere terra cane.
Sed ne tam ardoris culpa eſt, neque crimina cæli,
  Quam, toties ſanctos non habuiſſe deos.
Hoc perdit miſeras, hoc perdidit ante puellas:
  Quicquid jurarunt, ventus, & unda rapit.
Num ſibi collatam doluit Venus? illa peræque
  Præ ſe formoſis invidioſa dea eſt.
An contempta tibi Junonis templa Pelaſgæ?
  Palladis aut oculos auſa negare bonos?
Semper formoſæ non noſtis parcere verbis.
  Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.

Sed

Neque abludit hinc illud Minnermi apud Athenæum lib. XIII.

Αἰδύδεν. ἐπλδύσε, &c. ---

Ad quem fragorem pertinet & illud Ovidii:

Quique per infernas horrendo murmure valles
Imparjurata labitur amnis aqua.

Nec rejicienda Beroaldi ſententia, qui Cymbam Charontis intelligi putat, quandoquidem antiquitus ex arundine navigia conficiebantur. Plin. lib. VII. cap. 11. & cap. LVI. ejuſdem libri, naves fieri, *in Nilo ex papyro, & Scirpo & arundine.* cui accedunt etiam Diodorus, Solinus, Mela. Neque mirum cum arundo apud Juriſconſultos etiam arborum nomine contineatur, & ejus nomine furti agi poſſit, ut dicitur *in L. vitem π. arborum furt. caeſ.* Hinc Juvenalis Sat. V.

--- Illud enim veſtris datur alveolis, quod
Canna Micipharum prora ſubvexit acuta.

Ad quem locum gloſſæ veteres nondum editæ; *Canna genus navis, unde & cannicarii dicuntur.* Quos *Cannicarios* haud facile alibi reperias. Sed ut navis hæc ex arundine fuerit, videtur abnuere alius ejus Poëtæ interpres a Pithœo editus, explicat enim: *Genus navis quæ Gandeia dicitur, ut ſit Gandeia Micipſarum, id eſt Afrorum. Gandeiam enim Soli Afri, id eſt, Zamai, vel, ut alii, Byzaceni, ut alii. Barca invenerunt.* Douſa P.

VARIORUM.

Non noſtis.) Habeat ſibi Gebhardus ſuum *poſtis*, Propertio & nobis relinquat *noſtis.* Gronovius Obſerv. lib. 4. cap. 22.

Sed tibi, vexata per multa pericula vita,
  Extremo venit mollior hora die.
Io verſa caput primos mugiverat annos:
  Nunc dea, quæ Nili flumina vacca bibit.
Ino etiam prima terris ætate vagata eſt:
  Hanc miſer implorat navita Leucothoën.
Andromede monſtris fuerat devota marinis:
  Hæc eadem Perſei nobilis uxor erat.
Caliſto Arcadios erraverat urſa per agros:
  Hæc nocturna ſuo ſidere vela regit.
Quod ſi forte tibi properarint fata quietem,
  Illa ſepulturæ fata beata tuæ:
Narrabis Semelæ, quo ſis formoſa periclo:
  Credat & illa ſuo docta puella malo.
Et tibi Mæonias inter Heroidas omnes
  Primus erit, nulla non tribuente, locus.
Nunc, utcunque potes, fato gere ſaucia morem,
  Et deus, & durus vertitur ipſe dies.
Hoc tibi vel poterit conjux ignoſcere Juno.
  Frangitur & Juno, ſi qua puella perit.
Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi,
  Et jacet extincto laurus aduſta foco.

Et jam

J. SCALIGER.

Et tibi Mæonidas interque heroidas) Liber:

Et tibi Mæonidas inter Nereidas.

Neutra lectio bona. Legendum: *Et tibi Mæonias inter heroidas*. Aſpiratio pro poſitione eſt. Auſonius: *Mercator hodie eras citharœdus eris.*

VARIORUM.

Laurus.) Lauri duo genera ponit Cato de R. R, cap. VIII. Delphicam & Cypriam. Delphica coronabantur Delphis ſacrorum carminum victores & triumphantes Romæ. Cypria ſubcriſpa eſt, foliaque habet brevia & nigra: ea ante curias, domos Cæſarum, Pontificum & Flaminum ponebatur, & Martiis Calendis renovabatur. Theocritus

μιλαμο-

Et jam luna negat toties deſcendere cælo,
  Nigraque funeſtum condidit omen avis.
Una ratis fati noſtros portabit amores
  Cærula ad infernos velificata lacus.
Si non unius, quæſo miſerere duorum.
  Vivam, ſi vivet: ſi cadet illa, cadam.
Pro quibus optatis ſacro me carmine damno:
  Scribam ego, per magnum eſt ſalva puella Jovem.

Ante

μετλαμεφύλλυς δάφνας utramque laurum promiſcue vocat. Vide Plinium. lib. xv. cap. xxx. Apollini autem dicata a veteribus laurus, unde etiam in templis ejus coronæ ex lauro confectæ videbantur. Cauſſa autem, quod laurus vaticinationis ſymbolum. Veteres enim ex lauri crepitu rerum eventa obſervabant, & in ignem injecta ſi cum ſtrepitu conflagraſſet, auſpicatiſſimum erat ſignum, maxime colonis. ſi vero ſine ſtrepitu conſumeretur, ſiniſtrum omen erat. *Meurſius.*

Sacro me carmine damno.) Notatu dignum eſt eos qui vota fecerant, *Reos voti*, eorumque compotes factos, quo ad promiſſa ſolviſſent *Damnatos voti*, appellatos. Macrob. lib. III. Saturn. cap. II. expendens hunc Virgilii verſum, *Conſtituam ante aras Voti reus*; *Hac vox*. ait, *Voti reus*, *propria eſt ſacrorum ut reus vocetur*, *qui ſuſcepto voto ſe numinibus obligat: Damnatus autem*, *qui promiſſa non ſolvat*. Servius in Schedis. *Damnare eſt damno afficere, id eſt, debito liberare. Ideo & cum vota ſuſcepimus Reus voti dicimur, donec conſequamur beneficium, & donec condemnemur. id eſt promiſſum ſolvamus* ut Virgil. Bucol. Eclog. VI. *Damnabis tu quoque votis.* Livius lib. V. *Camillus identidem omnibus locis concionabatur, haud mirum id quidem eſſe, furere civitatem, quæ Damnata voti, omnium rerum potiorem curam, quam religione ſe exſolvendi habeat.* Idem lib. VII. de L. Furio Dictatore, *Inter ipſam dimicationem ædem Junoni Monetæ vovit, cujus Damnatus voti, cùm victor Romam revertiſſet, Dictatura ſe abdicavit.* Et lib. X. *Ut ædem etiam fieri Senatus juberet, bis ejuſdem Voti damnata Repub. in Religionem venit.* Idem lib. XXXIX. *Damnatam voti Deûm benignitate exſolvere id velle.* Et lib. XXVII. *Damnarenturque votorum quæ pro ipſis ſuſcepiſſent.* Nonius Marcellus. *Damnare & condemnare, pro liberare poſitum eſt.* Titinnius. Veliterna, *Fortaſſe notum fuiſſe, quo die liber foret. Nunc ejus Voti condemnatus immolavit hoſtiam.* Turpilius Leucadia, *Et amplius illam apparere condecet. Quandoquidem Voti condemnata eſt.* Siſenna hiſt. lib. XV. *Quo voti damnati fœtum omnem dicuntur ejus omni ſtatim conſecraſſe.* Briſſonius.

Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit,
Narrabitque ſedens longa pericla ſua.

Hæc

J. SCALIGER.

Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit) Duo adorationis ſigna, velari, & ſedere. De velatione notiſſimum vel ex illo:

Et caput ante aras Phrygio velavit amictu. Juvenalis:

-- ſletit ante aram, nec turpe putavit
Pro cithara velare caput: dictataq; verba
Protulit --

De ſedendi ritu Tertullianus de oratione: *Porro quum perinde faciant nationes adoratis ſigillaribus ſuis reſidendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur.* Pythagoricum autem illud eſt, & ex ea ſchola in ritum Romanorum migravit. Notum enim ſymbolum, προσκυνοῦντας ἐπικαθῆσθαι.

VARIORUM.

Adoperta.) *Capite operto* ſalutatos Deos oſtendit Plautus in Curcul. Act. III. Sc. I. his verbis:

Quis hic eſt, qui Operto capite Æſculapium
Salutat? --

Hinc & in Amph. Act. II. Sc. I. ab Alcmena parturiente Deos *Capite operto* invocatos refert. Idemque aperte Plutarchus ἐν Αἰτίοις ἤτοι ῥωμαϊκοῖς, tradit: Διὰ τί, inquiens, τοὺς θεοὺς προσκυνοῦντες, ἐπικαλύπτονται τὴν κεφαλήν; Et mox: Τοὺς δὲ θεοὺς οὕτω προσεκύνουν, ἢ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς τῇ ἐπικρύψει τῆς κεφαλῆς, ἢ μᾶλλον εὐλαβούμενοι τινα φωνὴν προσπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν εὐχομένοις ἀπαίσιον, καὶ δύσφημον, τῶν ὤτων ἀπελάμβανον τὸ ἱμάτιον. Et certe non a ſalutantibus modo & adorantibus, ſed & a ſacrificantibus Deos (Saturnum, Honorem, & Herculem excipio) *capite operto*, obvoluto, veſteque ad aures adducta, coli conſueviſſe conſtat. Saturno namque & Honori, θύειν ἀνακαλύπτῳ vel ἀπαρακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, moris fuiſſe Plutarch. ἐν Αἰτίοις auctor eſt. Feſtus Pomp. *Lucem facere dicuntur Saturno ſacrificantes, id eſt, capita detegere.* Macrob. lib. I. Sat. cap. X. de Saturno. *Hinc eſt quod ex inſtituto peregrino huic Deo Sacrum aperto capite faciunt.* Proinde apud eundem lib. I. cap. VIII. Ubi de æde Saturni ſcriptum eſt: *Illic Græco ritu Capite operto res divina fit: quia primo a Pelaſgis, poſt ab Hercule ita eam a principio factitatam putant*; legendum proculdubio eſt, *Capite aperto*. Quo ritu etiam Herculi rem divinam factam Halicarn. lib. I. docet. Hoc idem Macrobius lib. III. Saturn. cap. VI. confirmat, Cornelii Balbi hæc verba adferens: *Apud aram Maximam obſervatum, ne lectiſternium fiat: cuſtoditur in eodem loco ut omnes Aperto capite ſacra faciant. Hoc fit, ne quis in æde Dei habitum ejus imitetur. Nam ibi Operto ipſe Capite eſt, Varro ait, Græcum hunc eſſe morem: quia ſive ipſe, ſive ab eo relicti, qui aram maximam ſtatuerunt, Græco ritu ſacrificaverunt. Hoc amplius addit C. Baſſus: Idcirco enim hoc fieri dicit, quia ara maxima ante adventum Æneæ in Italia conſtituta eſt, qui hunc ritum Velandi capitis invenit.* Et certe morem hunc purum putum Romanum fuiſſe, & ex patriis Latinorum inſtitutis, docet Virgil. lib. III. Æneid. cujus verſus ipſos, quod perſpicue hujus ritus non minus originem, quam cauſſas aperiant, ſubjeci. His enim præceptis vates Æneam inſtruit.

Quin ubi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes,
Et poſitis aris jam vota in litore ſolves,
Purpureo Velare comas adopertus amictu.
Ne qua inter ſanctos ignes in honore Deorum

Hoſti-

Hæc tua Perſephone maneat clementia: nec tu
Perſephonæ conjux ſævior eſſe velis.
Sunt apud infernos tot millia formoſarum:
Pulchra ſit in ſuperis ſcilicet una locis.
Vobiſcum eſt Iope, vobiſcum candida Tyro,
Vobiſcum Europe, nec proba Paſiphaë.
Et quot Troja tulit, vetus & quot Achaïa formas,
Et Phœbi & Priami diruta regna ſenis.
Et quæcunque erat in numero Romana puella,
Occidit: has omnes ignis avarus habet,

Nec

Hoſtilis facies occurrat & omnia turbet.
Hunc ſocii morem ſacrorum, hunc ipſe teneto,
Hac caſti maneant in relligime nepotes.

Ubi Servius: *Sane,* ait. *ſciendum eſt, ſacrificantes Diis omnibus, Capita velare conſuetos ob hoc, ne ſe inter religionem vagis offerret aliquid obtutibus, excepto tantum Saturno.* Feſtus Pomp. in Verbo *Saturnia; Saturnii quoque dicebantur caſtum in imo clivo Capitolino immolabant: ubi ara dicata ei Deo ante bellum Trojanum videtur, quia apud eum ſupplicant Apertis capitibus. Nam Italici auctore Ænea Velant capita: quod is cum rem divinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulyſſe cognitus interrumperet ſacrificium, Caput adoperuit, atque ita conſpectum hoſtis evitavit.* Aurelius Victor in Breviario hiſt. Romanæ de Ænea loquens: *Cum interim immolata ſue in litore ſacrificium perageret, traditur forte advertiſſe Argivam claſſem, in qua Ulyſſes erat: cumque vereretur ne ab hoſte cognitus periculum ſubiret, itemque rem divinam interrumpere ſummum nefas duceret, Caput velamento obduxiſſe, atque ita pleno ritu ſacra perfeciſſe: inde poſteris traditum morem ita ſacrificandi, ut ſcribit. M. Octavius.* Hinc Varro lib. IV. LL. *Ricam,* ait, *a ritu dictam, quod Romano ritu ſacrificium feminæ cum faciunt, Capita velant.* Livius lib. X. *Si conſpiciatur cum capite ac limo, Capite velato victimam cedat.* Ex hoc porro ritu apud Valerium Flaccum lib. V. Mopſus vates dum manes veneratur, iiſque vinum dat, *Caput obnubit. Briſſonius.*

J. SCALIGER.

Et quot Troja tulit) Vereor, ut ſatis vera ſit hæc lectio. Nam diverſa eſt ſcriptura: *Et quot Itoa tulit*, & eadem manu in margine, *Ijona*. Ego puto eum dixiſſe *Jona*, pro ἰωνίας. Nam & Arabus dixit, pro ἀῤῥίβιος, & Virgilius in Culice, Cilicus pro κιλίκιος. Sane legendum. *Et quot Jona tulit.*

Et Phœbi & Priami) Noli dubitare, quin legendum ſit,

Et Thebe, & Priami diruta regna ſenis.

Si ergo hic Trojæ meminit, quare ſuperius idem dixiſſet? aut potius, quare hic repeteret, ſi jam meminerat? Non dubium eſt, quin legendum. ut indicavimus, *Jona*, metaplaſmo, quo dixi. Deinde non veriſimile eſt, quum regiones καλλιγυναίκας recenſeret, tacuiſſe formoſiſſimarum mulierum nutricem Joaiam. Hoc ſæpe bonos auctores corrupit, Latinitatis priſcæ myſteria ignorare.

Nec forma æternum, aut cuiquam eſt fortuna perennis.
Longius aut propius mors ſua quemque manet.
Tu quoniam es mea lux magno demiſſa periclo,
Munera Dianæ debita redde choros.
Redde etiam excubias divæ nunc, ante juvencæ,
Votivas noctes & mihi ſolve decem.

XXIX.

HEſterna mea lux quum potus nocte vagarer,
Nec me ſervorum duceret ulla manus,
Obvia neſcio quot pueri mihi turba minuta
Venerat (hos vetuit me numerare timor)
Quorum alii faculas, alii retinere ſagittas:
Pars etiam viſa eſt vincla parare mihi.

Sed

J. SCALIGER.

Longius aut propius) Horatius: *Serius ocius Sors exitura.*

Munera Dianæ debita redde choro) Repone veterem lectionem, *Choros*. Infra:

Quũ videt accenſis devotam currere tædis
In nemus, & Triviæ lumina ferre Deæ.

Redde etiam excubias) Infra:

Triſtia jam redeunt iterum ſolennia nobis.
Cynthia jam noctes eſt operata decem.

Votivas noctes & mihi ſolve decem) *Redde* non *ſolve* habet noſter codex. Et profecto melius. Votivas noctes decem pervigilabant Iſidi. quod jam attigimus, & cognoſcimus ex eadem infra:

Cynthia jam noctes eſt operata decem.

Et ex Tibullo:

Ut mea votivas perſolvens Delia noctes
Ante fores lino tecta ſacras ſedeat.

Apulejus de caſto Iſidis etiam dies jejunare:

Decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coërcerem.

Vult Propertius illi eas imputari, & ſibi reddi.

VARIORUM.

Me Servorum duceret ulla manus.) Servos *Adverſitores* intelligit; quorum miniſterium eſt ire ad herum foris cœnitantem, & eum domum reducere ac comitari. Plaut. Moſtell.

Solus eo nunc adverſum hero ex plurimis
ſervis.
Hanc rem die craſtini quom herus reſciverit,
Mane caſtigabit eos exuviis bubulis.

Idem Caſina Act. II. Sc. ult.

Et idem me pridem, quom ei adverſum
veneram,
Facere Atrienſem voluerat ſub janua.

Idque præter Plautum teſtatur etiam Terentius in Adelph.

Neq; ſervulorum quiſquam adverſũ ierat.

Ubi Donatus ait proprie locutum Terentium, dicendo *Adverſum* nam inde *Adverſitores* dici. *Pepma.*

Atque

Sed nudi fuerant; quorum laſcivior unus,
  Arripite hunc, inquit: nam bene noſtis eum:
Hic erat, hunc mulier nobis irata locavit.
  Dixit, & in collo jam mihi nodus erat.
Hic alter jubet in medium propellere, & alter:
  Intereat, qui nos non putat eſſe deos:
Hæc te non meritum totas exſpectat in horas,
  At tu neſcio quas quæris inepte fores.
Quæ cum Sidoniæ nocturna ligamina mitræ
  Solverit, atque oculos moverit illa graves,
Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores,
  Sed quos ipſe ſuis fecit Amor manibus.
Parcite jam fratres, jam certos ſpondet amores,
  Et jam ad mandatam venimus ecce domum.
Atque ita me injecto duxerunt rurſus amictu.
  I nunc & noctes diſce manere domi.
Mane erat, & volui, ſi ſola quieſceret illa,
  Viſere. at in lecto Cynthia ſola fuit.
Obſtupui: non illa mihi formoſior unquam
  Viſa, neque oſtrina cum fuit in tunica.

Ibat

J. SCALIGER.

Atque oculos moverit illa graves.) Quum expertecta adhuc ſomno graves oculos in te conjecerit. Sed nihil mutandum. Nam hoc.

VARIORUM.

Sidonia nocturna ligamina mitra.) Mitra muliebris capitis ornamentum & molle, non fuit Sidoniorum & Phœnicum, ſed Lydorum. Ipſe eleg. v. lib. III. *Cingat Baſſaricas Lydia mitra comas.*

Atque ita.] Scribo. *Atque ita mi injecti duxerunt rurſus amictu,*
I nunc, &. noctu diſce manere domi. *noctu* malo quam *noctes*, quod ante legebatur. ſic eodem lib. Eleg. 22.
Et cœlum noctu bis ſine rege fuit.
noctu Tibullus quoque dixit lib. I. Eleg. 6. *mi dixerunt* pro *me duxerunt*, quod hic locum non habebat. Heinſius ad Metam. l. 5. verſ. 114.

Si Sola.) *Si* pro *an*, more Græcorum. Terent. Heautont. *Viſam ſi domi eſt.* Idem Eunucho: *Atque adeo viſam, ſi domi eſt.* Plaut. Bacchid. *Ibo & viſam huc ad eum, ſi forte eſt domi.* Virgil. Æn. lib. IV.
Sed fatis incerta feror, ſi Jupiter unam
Eſſe velit Tyriis urbem.
Laurenberg.

Ibat & hinc caſtæ narratum ſomnia Veſtæ;
Neu ſibi, neve mihi quæ nocitura forent.
Talis viſa mihi ſomno demiſſa recenti.
Heu quantum per ſe candida forma valet!
Quid tu matutinus, ait, ſpeculator amicæ,
Me ſimilem veſtris moribus eſſe putas?
Non ego tam facilis. ſat erit mihi cognitus unus,
Vel tu, vel ſi quis verior eſſe poteſt.
Apparent non ulla toro veſtigia preſſo,
Signa voluptatis, nec jacuiſſe duos.
Aſpice ut in toto nullus mihi corpore ſurgat
Spiritus, admiſſo notus adulterio.
Dixit, & oppoſita propellens ſuavia dextra,
Proſilit in laxa nixa pedem ſolea.
Sic ego tam ſancti cuſtode recludor amoris.
Ex illo felix nox mihi nulla fuit.

XXX.

Quo fugis ah demens? nulla eſt fuga: tu licet uſq;
Ad Tanaim fugias, uſque ſequetur Amor.
Non,

J. SCALIGER.

Quo fugis ah demens) Pulcherrima hujus poëtæ elegia mirum in quot membra diſtracta ſit, ut mirer quid in mentē venerit iſtis βιβλιοστρέβλαις, qui non prius mentem poëtæ diligenter perpenderent, quam hæc ita de ſuis ſedibus injuſte deturbarent. Elegia autem incipit ab eo diſticho: *Quaeris cur veniam tibi tardior?*

VARIORUM.

Narratum ſomnia Veſtæ.) Veteres ad depulſionem malorum ſomniorum, quam viderant ſpeciem narrabant diis, ac ſæpe numero domeſticis, ut Veſtæ, & Græci Apollini προστατηρίῳ, ut apud Sophoclem Clitæmneſtra in Electra.

Τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' ἡλίῳ
Δείκνυσι τοὔναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένου.

Soli autem ideo narrabant, quod quemadmodum ſua luce tenebras fugat mundumque illuminat: ita noctis ſpecies ſomniaque diſcutere & irrita reddere putabatur: nox enim ſomniorum parens habebatur, cui radiatus & lucidus Sol contrarius eſt. *Turneb.*

Talis viſa mihi &c) Puto inducendum punctum poſt *recenti*, nec ſententiam abſolvendam ante alterius diſtichi exordiū, puta, *putas?* ut Pentameter prior ille: *(Heu quantū per ſe candida forma valet)* hoc modo parentheſi includatur, & *viſa* participialiter nō verbaliter accipiatur, quum alii *eſt* ſubaudiendum putaverint inepta ſententiæ connexione. *Douſa P.*

Nil

Non, ſi Pegaſeo vecteris in aëra dorſo.
Nec, tibi ſi Perſei moverit ala pedes?
Vel, ſi te ſectæ rapiant talaribus auræ;
Nil tibi Mercurii proderit alta via.
Inſtat ſemper Amor ſupra caput, inſtat amanti,
Et gravis ipſe ſuper libera colla ſedet.
Excubat ille acer cuſtos, & tollere nunquam
Te patietur humo lumina capta ſemel.
Et jam ſi pecces, deus exorabilis ille eſt,
Si modo præſentes viderit eſſe preces.
Iſta ſenes licet accuſent convivia duri:
Nos modo propoſitum vita teramus iter.
Illorum antiquis onerentur legibus aures.
Hic locus eſt, in quo tibia docta ſones:
Quæ non jure vado Mæandri jacta nataſti,
Turpia cum faceret Palladis ora tumor.
Non jam dura paras, Phrygias nunc ire per undas,
Et petere Hyrcani littora nota maris,
Spargereque alterna communes cæde penates,
Et ferre ad patrios præmia dira lares.

Una

J. SCALIGER.

Nil tibi Mercurii) Duæ negationes pro una. Nam prius dixerat, *Non ſi Pegaſeo*. *Non nil*, eſt Nil tantum.

Si modo præſentes) Deinceps lege, *Nam jam dura paras* cum ſequenti: *Spargereque alterna*.

Illorum antiquis onerentur) Catullus:

Rumoreſque ſenum ſeveriorum
Omnes unius æſtimemus aſſis.

Hic locus eſt) *Hic*, in convivio.

Quæ non jure vado Mæandri) Teleſtes Selinuſius:

ὃ σοφὸν σοφὰν λαβοῦσαν
(σὺν ἐπιλπομένῳ νόῳ)
δρυμοῖς ὀρείοις
ὄργανον δίαν Ἀθάναν
δυσόφθαλμον αἶσχος ἐκφοβηθεῖσαν
αὖθις ἐκ χειρῶν βαλεῖν.

Turpia cum faceret) Deinceps revertere ad illud, *Tyndaris externo*. Ut oſtendat ſe moveri, quod Cynthia conviviis tempeſtivis interſit, item quod ſe plus quam uni parat.

Nunc jam dura paras) Malo, *Nam jam*. quanquam parum intereſt utro modo legas. Quo fugis? inquit. num militatum proficiſceris, ut ex cædibus ditata cruentam prædam domum reportes?

Et ferre ad patrios) Nunc redi ad illud: *Nil agis inſidias in me*: Quis non tantam confuſionem mirabitur?

Una contentum pudeat me vivere amica?
  Hoc ſi crimen erit, crimen amoris erit.
Mi nemo objiciat. libeat tibi Cynthia mecum
  Roſcida muſcoſis antra tenere jugis.
Illic aſpicies ſcopulis hærere ſorores,
  Et canere antiqui dulcia furta Jovis,
Ut Semele eſt combuſtus, ut eſt deperditus Io,
  Denique ut ad Trojæ tecta volarit avis.
Quod ſi nemo exſtat, qui vicerit alitis arma;
  Communis culpæ cur reus unus agor?
Nec tu virginibus reverentia moveris ora:
  Hic quoque non neſcit, quid ſit amare, chorus.
Si tamen Oeagri quædam compreſſa figura
  Biſtoniis olim rupibus accubuit:

Hic

J. SCALIGER.

Una contentum) Recte & ordine periequitur narrationem.

Una contentum) Si Jupiter & Semelen & Io deperiit, cur aliquis mihi objiciat me plures amare, neque una contentum eſſe?

Libeat tibi Cynthia) Libeat tibi huc venire mecum in eam porticum, aut potius templum Apollinis Palatini Subjiciendum autem ſtatim diſtichon: *Nec tu virginibus*.

Illic adſpicies) Melius, *aſpicias*. Illic ait etiam Muſas pictas fuiſſe. Et ſane omnino convenit. ubi Apollo eſſet, ibi & Muſas eſſe. Scopulis hærere ait, quia ita pingerentur pendulæ in rupibus Heliconis.

Denique ut ad Troja) Poſt hunc verſum inſere Diſtichon, *Qui videt is peccat.* a quo diſticho inepte alius Elegiæ initium fecerant in vulgatis.

Quod ſi nemo extat) Si ex illa pictura ne Deos quidem immunes ab amore cognoſcimus, quid mirum ſi & ego amo? Ita ille Terentianus, *Ego homuncio hoc non facerem?* Vides, quam male lacerata fuit hæc elegia. Statim ſubjiciendum diſtichon: *Una contentum*, cùm ſequenti: *Mi nemo objiciat.*

Nec tu virginibus reverentia) Nec ullo pudore Muſarum, quæ ibi pictæ ſunt, moveare. Tu tuo facto illas pudore non ſuffundes. αἰδοῖα πρόσωπα intelligit per *reverentia ora*. παρθένος αἰδοίη. Poëtæ.

Si tamen Oëagri) τὸ tamen παρέλκει. Supra.

Quippe ubi nec cauſſas, nec apertos cernimus ictus,
Unde tamen veniat tot mala, cæca via eſt.

hoc eſt, unde veniant. Item:

Nec tu tam duros per te patieris amores.
Trux tamen a nobis ante domandus erit:

τὸ *tamen* ibi quoq; παρέλκει. Horatius.

Nequicquam deus abſcidit
Prudens oceano diſſociabili
Terras, ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt vada.

Non igitur Muſas pudebit tui facti, ſi *quidem aliqua* de illarum numero idem fecit. Nam Calliope ab Apolline compreſſa Orpheum peperit.

Et

Hic ubi me prima ſtatuent in parte choreæ,
  Et medius docta cuſpide Bacchus erit.
Tum capiti ſacros patiar pendere corymbos.
  Nam ſine te noſtrum non valet ingenium.

XXXI.

QUæris cur veniam tibi tardior? aurea Phœbi
  Porticus a magno Cæſare aperta fuit.
Tota erat in ſpeciem Pœnis digeſta columnis:
  Inter quas Danai femina turba ſenis.
Hic equidem Phœbo viſus mihi pulchrior ipſo
  Marmoreus tacita carmen hiare lyra.
Atque aram circum ſteterant armenta Myronis,
  Quattuor artificis vivida ſigna boves.

Tum

J. SCALIGER.

Et medius docta cuſpide) Malo, *Tecta cuſpide.* θύρσον intelligit. Catullus. *Horum pars tecta quatiebant cuſpide thyrſos.*

Nam ſine te noſtrum non valet) Poſt hunc verſum lege diſtichon, *Hoc utinam ſpatiere loco.* cum ſequenti, *Quum videt accenſis.*

Tantam erat in ſpeciem) Liber *tota*, non *tantam.* Ego lego:

Tota erat in ſpecies Pœnis digeſta colũnis.

In ſpecies, εἰς ἰδέας, picturas ſpecies vocat, quia oculis objiciuntur, aſpiciendo. Sic ſupra eaſdem Viſa vocat. *Et poſſunt caſta turpia viſa domo. Species* igitur pluraliter legeudum. Unde ſubjicit, *Inter quas Danai. Inter quas* ſpecies ſcilicet.

Femina turba ſenis) Noſter *Nurus*, non *Senis.* Ovidius de hac porticu loquens ejuſdem picturæ meminit:

Ducor ad intonſi candida templa Dei:
Signa peregrinis ubi ſunt alterna columnis
Belides & ſtricto ſtat ferus enſe pater.

Hic equidem Phœbo) Apollo ipſe Palatinus, opus Scopæ.

VARIORUM.

Pœnis digeſta columnis.) Significat columnas e marmore Numidico quas Horat. lib. I. od. XVIII. vocat *Columnas ultima receiſas Africa.* Cato apud Feſtum in *Pavimenta*, *Pœnica pavimenta* vocavit, marmore Numidico conſtrata De his *columnis*, Ovid. lib III. Triſt. Eleg. I

Ducor ad intonſi candida templa Dei
Signa peregrinis ubi ſunt alterna columnis
Belides & ſtricto ſtat ferus enſe pater. Paſ.

Hic equidem Phœbo.) Diſtichon hoc mihi alienum videtur, neque enim præceſſit quo referri poſſit illud *hic.* itaque ſub finem collocandum puto poſt ultimum diſtichon, hoc modo:

Deinde inter matrē Deus ipſe interq; ſororē
Pythius in longa carmine veſte canit.
Hic equidem Phœbo viſus &c.

Nam cum primo de porticu templo adjuncta, de Belidum imaginibus, de templi ſtructura, de armento Myronis circum aram, hinc de aureo ſolis curru, de eburneis foribus, in quibus Brenni, & Niobes hiſtoriæ ſculptæ, dixiſſet, commode ſubjungit de ipſa togati Apollinis Statua, tanto artificio fabrefacta, ut ipſã naturam provocans, vivere, ſpirare, & canere videretur. *Douſa F.*

Tum

Tum medium claro ſurgebat marmore templum,
Et patria Phœbo carius Ortygia.
Auro Solis erat ſupra faſtigia currus,
Et valvæ Libyci nobile dentis opus.
Altera dejectos Parnaſſi vertice Gallos,
Altera mœrebat funera Tantalidos.
Deinde inter matrem deus ipſe, interque ſororem
Pithius in longa carmina veſte ſonat.

*

XXXII.

Qui videt, is peccat; qui non te viderit, ergo
Non cupiet. facti crimina lumen habet.
Nam quid Præneſtis dubias o Cynthia ſortes?
Quid petis Ææi mœnia Telegoni?
Curve te in Herculeum deportant eſſeda Tybur?
Appia cur toties te via ducit anum?

Hoc

J. SCALIGER.

Tum medium claro) Lege *Clario*. Non vult dicere templum Apollinis Palatini Clario marmore ſtructum, ſed ędem eam eſſe Phœbo cariorem templo, quod in Claro eſt, & illo, quod eſt in Delo.

Auro ſolis erat) In noſtro, *Aurea ſolis erant*. Utranque lectionem agnoſcit Beroaldus.

Pythius in longa) Poſt hunc verſum interpone duo diſticha *Illic adſpicias ſcopulis hærere ſorores*. Et ſequens, *ut Semele eſt combuſtus*.

Qui videt is peccat. Qui non te) Lege, *Qui non & viderit*. Quicunque, inquit, aſpiciet eam picturam, peccabit exemplo, ut ille adoleſcens in Eunucho ex tabula Danaæ audacior factus ad vitium virgini inferendum. Sic ſupra:

Quæ manus obſcænas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſta turpia viſa domo,
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiæque ſuæ noluit eſſe rudes.

Protinus autem legere debes illud diſtichon: *quod ſi nemo extat qui vicerit.*

Appia cur toties) Sequitur *Scilicet umbroſis*, &c.

VARIORUM.

Præneſtis dubias ſortes) Cic II. de Divinat. de Sortibus. *Quid in his poteſt eſſe certi, quæ fortuna monitu, pueri manu miſcentur atque ducuntur.* Idem II. de Divin. Numerium Præneſtinum juſſum, ait, in ſomnis cilicem cædere, unde ſortes eruperint in robore inſculptæ priſcarum literarum notis: eaſque ſortes in arca oleagina fortunæ monitu tolli, pueri manu. refertque jocum Carneadis, *Nuſquam ſe fortunatiorem, quam Præneſti vidiſſe fortunam.* Suet. in Tib. cap. LXIII. *Vicina vero urbi oracula etiam disjicere conatus eſt: ſed majeſtate Præneſtinarum ſortium territus, deſtitit: cum obſignatas devectasque Romam non reperiſſet in arca, niſi relatas rurſus ad templum.* Vid. Torrent. ad hunc locum. Itē Crinit. lib. XXII. cap. III. de honeſta diſcipl.

Hoc

Hoc utinam ſpatiere loco quocunque vagaris
  Cynthia. ſed tibi me credere turba vetat,
Cum videt accenſis devotam currere tedis
  In nemus, & Triviæ lumina ferre deæ.
Scilicet umbroſis ſordet Pompeja columnis
  Porticus aulæis nobilis Attalicis,
Et creber pariter platanis ſurgentibus ordo,
  Flumina ſopito quæque Marone cadunt.

Et

J. SCALIGER.

Hoc utinam ſpatiere loco) Continuat, quod dixerat ſupra invitans Cynthiam:

-- *libeat tibi, Cynthia, mecum,* &c.

Quocunque vagaris) Repone ex noſtro libro

-- *quodcunque vacabis.*

In nemus, & Trivia) Poſt hæc, lege diſtichon, *Nam quid Praneſtis*, cum ſequenti, *Curve te in Herculeum.*

Flumina ſopito) Maron flumen in Peloponneſo non longe a fluvio Alpheo, & fortaſſe commiſcetur cum ipſo Alpheo. Nam μεδρόν τε καὶ Ἀλφειοῦ ἡρῷον in Laconia erat teſte Pauſania. Ergo innuit ſimulacrum Maronis dormiens projicere ore, auribus, & aliis partibus flumina. Nam ſane & fluminum quædam ſimulacra dormientia hodie extant, & Tiberis ita deſcribitur a Sidonio:

-- *pars proxima Tibrim*
Exprimit. hic ſcabri fuſus ſub pumice toſi
Proſtabat madidum per guttura glauca ſoporem.
Pectus palla tegit, quam neverat Ilia conjux.
Liquenti qua juncta toro vult murmura lymphis
Tollere, & undoſi ſomnû ſervare mariti.

VARIORUM.

Quocunque vagaris.) *Vagare* pro *vagari* poni notat Nonius: quod huic loco explicando recte adducit Lipſius in Tacitum, & *vagabis* legit. explicationem probo, lectionem retineo. itaque *vagari* hic non παθητικῶς accipio, ſed potius ſubjunctivi modi. *vagaris* ſcilicet pro *vagaveris*, ut *amaris* pro *amaveris*. neque mutandum puto in *vagabis*. Douſa P.

Umbroſis ſordet Pompeja columnis Porticus) Porticus quandoque theatris, quandoque templis, & illuſtrium virorum domibus adjungebatur. ante balnea ſimiliter fuiſſe porticus ambulationi dicatas, ſcribit Galenus lib. v. de tut. val. cap. XI. quandoque ſolæ & ſeparatæ exſtruebantur, quales plurimæ Romæ olim fuerunt, quarum veſtigia nunc admirationem ſpectatoribus pariunt. & qualis fuit Pompejana. de qua & Ovid.

Tu modo Pompeja lentus ſpatiare ſub umbra.

Et Martial. lib. XI.

Cur nec Pōpeja lentus ſpatiatur in umbra.

Propertius hic & lib. IV.

Tu neque Pompeja ſpatiabere cultus in umbra,
Nec cum laſcivum ſternet arena forum.

Ex quibus trium poëtarum verbis clare patet. Pompejanam porticum, ad deambulationes exædificatam fuiſſe, quemadmodum & quamplures alias, in id conſtructas eſſe, apud Cicer. lib. III. de orat. diſputatur. *Mercurialis.*

Et creber pariter platanis.) malim.

Et creber platanis pariter ſurgentibus ordo.

Douſa F.

Quam

Et leviter nymphis tota crepitantibus urbe,
Cum ſubito Triton ore recondit aquam.
Falleris, iſta tui furtum via monſtrat amoris.
Non urbem demens, lumina noſtra fugis.
Nil agis, inſidias in me componis inanes.
Tendis iners docto retia magna mihi.
Sed de me minus eſt famæ jactura pudicæ;
Tanta tibi miſeræ, quanta mereris, erit.
Nuper enim de te noſtras me lædit ad aures
Rumor, & in tota non bonus urbe fuit.
Sed tu non debes inimicæ credere linguæ.
Semper formoſis fabula pœna fuit.
Non tua deprenſo damnata eſt fama veneno,
Teſtis eris puras Phœbe videre manus.
Sin autem longo nox una, aut altera luſu
Conſumpta eſt non me crimina parva movent.
Tyndaris externo patriam mutavit amore,
Et ſine decreto viva reducta domum eſt.
Ipſa Venus quamvis corrupta libidine Martis,
Nec minus in cælo ſemper honeſta fuit. Quã-

J. SCALIGER.

Quum ſubito Triton ore recondit) Recondit, contrarium τοῦ condit.

Non urbem demens] Hic inſerendum diſtichon. *Quo fugis ah demens.* cum quinque ſequentib. Non dubito doctos viros ſtatim propriam ſedem horum verſuum agnituros ſententia ipſa ita bene arridente. Quare eorum judicio confiſus, rationibus ſuperſedebo.

Sed de me minus eſt) Magis placet ſcriptura: *Minor eſt*,

Sed tu non debes) Lege, *Sed te non debes*. Non debes te famæ credere, hoc eſt, non debes committere, ut de te loquatur vulgus. Idem pene ſupra:

Credam ego narranti, noli committere, fama.

Non me crimina parva movent) Parvum crimen puto perpotare; Hoc me non movet. Poſtea lege: *Iſta ſenes licet accuſent* cum duobus ſequentibus diſtichis.

Et ſine decreto eſt) ſine decreto οὐχ ὑπόσπονδος.

Nec minus in cælo ſemper honeſta fuit] Hoc eleganter perſequitur Euripides Hippolyto:
ὅσοι μὲν οὖν γραφάς τε τῶν παλαιτέρων
ἔχουσιν, αὐτοί τ' εἰσὶν ἐν μούσαις ἀεὶ,
ἴσασι μὲν, Ζεὺς ὥς ποτ' ἠράσθη γάμων
Σεμέλης, ἴσασι δ' ὡς ἀνήρπασέν ποτε
ἡ καλλιφεγγὴς Κέφαλον εἰς θεοὺς Ἕως
ἔρωτος οὕνεκ'. ἀλλ' ὅμως ἐν οὐρανῷ
ναίουσι, κ' οὐ φεύγουσιν ἐκποδὼν θεούς.

Suppoſita

Quamvis Ida Parin paſtorem dicat amaſſe,
  Atque inter pecudes accubuiſſe deam:
Hoc & Hamadriadum ſpectavit turba ſororum,
  Silenique ſenes, & pater ipſe chori.
Cum quibus Idæo legiſti poma ſub antro,
  Suppoſita exceperas Naica dona manu.
An quiſquam in tanto ſtuprorum examine quærit,
  Cur hæc tam dives? quis dedit? unde dedit?
O nimium noſtro felicem tempore Romam,
  Si contra mores una puella facit.
Hæc eadem ante illam impune & Lesbia fecit,
  Quæ ſequitur, certe eſt invidioſa minus.
Qui quærit Tatios veteres duroſque Sabinos,
  Hic poſuit noſtra nuper in urbe pedem.

Tu

J. SCALIGER.

Suppoſita excipiens Naica dona manu) Corruptiſſimus locus. Nam quo refertur τὸ *legiſti*? neminem enim nominavit. Sed legendum:

Suppoſita excipiens, Nais caduca manu. Error, quia ſcriptum fuerat, *cadoca* more illorum librariorum ſolenni omnia depravate ſcribendi. Caduca poma, alii vocant cadiva. Naida non dubium eſt hic Oënonen vocari.

Hæc eadem ante illam) Lege: *Hæc eadem hæc ante.* ut fit, ἀναδίπλωσις.

VARIORUM.

O nimium &c.) Vult dicere non ſolam Cynthiam ita levem & vagam fuiſſe, & nimis caſtam ac felicem fore Romam, ſi una tantum puella contra leges faceret. Feciſſe idem Catullianam Leſbiam, idque abſque invidia & reprehenſione. Quare ſi & altera ejus imitetur exemplum, tantopere non eſſe culpandũ, & peregrinum in urbe, nec guarum ſatis morum Romanorum eſſe oportere, qui illo ſeculo priſcorum mores, qui ſub Tatio Sabinorum duce fuerunt, requirat. *Contra mores facere*, eſt contra leges committere, quod leges ex iis plerumque fiant, quæ moribus diu recepta fuerunt. Juriſconſulti dicunt *Adverſus bonos mores facere*, vel etiam *malo more*, quod Virgilius *ſine more.* -- *rapta ſine more Sabina.* l. 1. §. ſi cui. 12. D. de extraord. cognit. & l. 8. D. quod metus cauſa. & leg. 19. §. 1 D. de negot. geſt. *Scioppius Veriſimil. l. 4. c. 4.*

Invidioſa] Invidioſum dicit invidendum, cui jure invideri & ſuccenſeri poſſit. Sic Eleg. 1. lib. 3. *Mecænas noſtra ſpes invidioſa juventæ.* i. e de quo ego juvenis nimia uſque ad invidiam mihi promitto. *Idem.*

Duroſque Sabinos.) Lego *duroſque Sabinos.* Ovid.

Forſitan antiqua Tatio regnante Sabina. *Douſa P.*

Perperam legitur *Duroſque Sabinos* pro *duraſque Sabinas.* Agit enim de puellarum moribus illa elegia. & mox ſubjungit ipſe.

Quod ſeu tu Grajas, ſeu ſis imitata Sabinas. Heinſius in addendis ad Ovid.

Corrupit

Tu prius & fluctus poteris ſiccare marinos,
Altaque mortali deligere aſtra manu,
Quam facere, ut noſtræ nolint peccare puellæ.
Is mos Saturno regna tenente fuit,
Et cum Deucalionis aquæ fluxere per orbem,
Et poſt antiquas Deucalionis aquas.
Dic mihi quis potuit lectum ſervare pudicum?
Quæ dea cum ſolo vivere ſola deo?
Uxorem quondam Magni Minois ut ajunt,
Corrupit torvi candida forma bovis.
Nec minus ærato Danaë circumdata muro,
Non potuit magno caſta negare Jovi.
Quod ſeu tu Grajas, ſeu ſis imitata Sabinas;
Semper vive meo libera judicio.

XXXIII.

Triſtia jam redeunt iterum ſollennia nobis,[1]
Cynthia jam noctes eſt operata decem.
Atque utinam Nilo pereat quæ ſacra tepente
Miſit matronis Inachis Auſoniis.
Quæ dea tam cupidos toties diviſit amantes:
Quæcunque illa fuit, ſemper amara fuit.

Tu

J. SCALIGER.

Corrupit torvi) Noſter, *Corripuit.*

VARIORUM.

Is mos Saturno regna tenente fuit) Puto punctum hic collocandum, & poſt ſequentis Pentametri finem, *Deucalionis aquas*, loco puncti comma arbitror poni debere, ut cum ſequentibus conſtruatur. *Douſa P.*

Decem.) *Decem*, quia, ut Cicero de Legib. docet, *culpas tolli, vel aſperſione aquæ vel dierum numero.* Sic Livius lib. XXXIX. cap. IX. *Se pro ægroto voviſſe, ubi primum convaluiſſet, Bacchis ſe initiaturam damnatam voti Deum benignitate exſolvere id velle. Decem dierum caſtimonia opus eſſe, decimo die cœnatum, deinde pure lautum in ſacra ritum deducturam.* Feſtus: *Denari,a vel tricenariæ, cæremoniæ quibus ſacra adituris decem continuis diebus, vel triginta, certis quibuſdam rebus carendum erat.* Apul. lib. XI. Aſini Aurei. *Præcepit decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coërcerem, neque ullum animal eſſem, & invinius eſſem.*

An

Tu certe Jovis occultis in amoribus Jo
Senſiſti, multas quid ſit inire vias,
Cum te juſſit habere puellam cornua Juno,
Et pecoris duro perdere verba ſono.
Ah quoties quernis læſiſti frondibus ora,
Manſiſti ſtabulis abdita paſta tuis.
An; quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram
Juppiter, iccirco facta ſuperba dea es?
An tibi non ſatis eſt fuſcis Ægyptus alumnis?
Cur tibi tam longa Roma petita via eſt?
Quidve tibi prodeſt viduas dormire puellas?
Sed tibi crede mihi, cornua rurſus erunt.
Aut nos e noſtra te ſæva fugabimus urbe:
Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit.
At tu, quæ noſtro nimium placata dolore es,
Noctibus his vacui ter faciamus iter.
Non audis? & verba ſinis mea ludere, cum jam
Flectant Icarii ſidera tarda boves?
Lenta bibis. mediæ nequeunt te frangere noctes,
An nondum eſt talos mittere laſſa manus?
Ah pereat quicunque meracas repperit uvas,
Corrupitque bonas nectare primus aquas.

Icare

J. SCALIGER.

An quoniam agreſtem) Nove dixit agreſtem pro ferina: ἄγριον εἶδος ἀντὶ τῆς θηρειώδους.

Quidve tibi prodeſt) Noſter, *Quid tibi quid prodeſt?*

Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit) Lege *fuat*. οὐ γένοιτ᾽ ἄν.

At tu quæ noſtro nimium placata dolore es) Lege *dolori*. *Noſtro dolori* Propertianum, hoc eſt, nobis dolentibus. Sic ſcelus Polymneſtoris pro Polymneſtore ſceleſto: error Herculis pro errante Hercule. Comicum eſt, ſcelus viri, ſceleſtus.

Noctibus his vacui ter faciamus iter) Quid ſit *ter faciamus iter*, ne illi quidem, qui mutarunt, intelligant. Sed nos emendamus. *refaciamus iter*. Ita refacere pro reficere dicebant. quod ſæpe in veteribus notare potes. quod iter ſe reficere velit non eſt ignotum, quum dicat ſe vacuos eſſe his noctibus, quibus in caſto Iſidis eſſe oportebat. Re præpoſitio veteribus producebatur. Retulit, Repulit, Reperit. longa ſunt.

Icare Cecropiis merito jugulate colonis,
  Pampineus noſti quam ſit amarus odor.
Tu quoque o Eurytion vino Centaure periſti.
  Nec non Iſmario tu Polypheme mero.
Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,
  Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.
Me miſerum, ut multo nihil es mutata Lyæo:
  Jam bibe, formoſa es: nil tibi vitra nocent.
Cum tua præpendent demiſſæ in pocula ſertæ,
  Et mea deducta carmina voce legis.
Largius effuſo madeat tibi menſa Falerno,
  Spumet & aurato mollius in calice

Nulla

J. SCALIGER.

Quum tua prapendent) Reſtituimus lectionem Chariſii:

Quum tua prapendent demiſſa in pocula ſerta.

Largiùs effuſo) uno ſpiritu cum ſequenti diſticho continuanda. Quanvis affatim & vinum & epulæ ſint, tamen aliud volunt fœminæ.

VARIORUM.

Cum tua.) Lege. *Cum tua prapendent demiſſa in pocula ſerta.* Coronas ſubintellige. ita enim Chariſius legit, & vetuſtus codex quo Neapoli ſum uſus, non *tua ſerta*. N. Heinſius ad Triſt. Eleg. 2.

Icare Cecropiis merito jugulate colonis) vide Tibull. lib. IV.

Eurytion) Dicitur Eurytus & Eurytion. Ovid. l. de Arte Amandi

Occidit Eurytion ſtultè data vina bibendo.

vide eundem lib. XII. Metam.

Largius effuſo.) Paſſeratius ſcribendum cenſebat *affuſo*. Sed vide ne *infuſo* illic reponendum ſit, cum de potatione agat potius quam de libatione. N. Heinſius ad Ovid. Artem amandi lib. I. verſ. 65.

Elevat

Nulla tamen lecto recipit ſe ſola libenter.
  Eſt quiddam, quod vos quærere cogat amor.
Semper in abſentes felicior æſtus amantes:
  Elevat aſſiduos copia longa viros.

XXXIV.

Cur quiſquã faciem dominæ jam credat Amori?
  Sic erepta mihi pene puella mea eſt.
Expertus dico: nemo eſt in amore fidelis.
  Formoſam raro non ſibi quiſque petit.
Polluit ille deus cognatos, ſolvit amicos,
  Et bene concordes triſtia ad arma vocat.
Hoſpes in hoſpitium Menelao venit adulter.
  Colchis & ignotum nonne ſecuta virum eſt?
Lynceu tune meam potuiſti tangere curam?
  Perfide nonne tuæ tunc cecidere manus?
Quid ſi non conſtans illa, & tam certa fuiſſet?
  Poſſes in tanto vivere flagitio?

Tu

J. SCALIGER.

Elevat adſiduos) Juvenalis:

-- *voluptates commendat rarior uſus.*

Cur quiſquam faciem dominæ jam credat amico) *Amico* eſt commentum Beroaldi, ut ipſemet fatetur, quum antea legeretur, *Amori*. Quod repone. Sic Tibullus -- *infelix dum requieſcit amor.*) id eſt, ego amans.

Poſſet ut in tanto) Aliter noſter: *Poſſes in tanto vivere flagitio?* utrunque bene. Utrum melius, neſcio.

Curam.) i. Amaſiam more. Græcorum, qui dicunt τοὐμὸν μέλημα. Sappho: ἵνα σε, τοὐμὸν μέλημα ἀξελατώ-ξωμαι. In Diris:

VARIORUM.

Lynceu) Lynceum hunc Ponticum vero nomine opinor. dequo lib. 1. el. 7.

Dum mea jucundas exponet cura querelas.

Tu mihi vel ferro pectus, vel perde veneno,
A domina tantum te modo tolle mea.
Te ſocium vitæ, te corporis eſſe licebit,
Te dominum admitto rebus amice meis,
Lecto te ſolum, lecto te deprecor uno.
Rivalem poſſem non ego ferre Jovem:
Ipſe meas ſolus, quod nil eſt, æmulor umbras:
Stultus, quod ſtulto ſæpe timore tremo.
Una tamen cauſſa eſt, qua crimina tanta remitto,
Errabant multo quod tua verba mero.
Sed nunquam vitæ me fallet ruga ſeveræ.
Omnes jam norunt, quam ſit amare bonum.
Lynceus ipſe meus ſeros inſanit amores.
Solum te noſtros lætor adire deos.
Quid tua Socraticis tibi nunc ſapientia libris
Proderit, aut rerum dicere poſſe vias?
Aut quid Cretæi tibi proſunt carmina lecta?
Nil juvat in magno veſter amore ſenex.

Tu

J. SCALIGER.

Aut quid Cratei) In noſtro ſine diphthongo *Cretei*. Volunt Epimenidem, qui Cretenſis fuit, intelligi. Atqui non ita loquutus fuiſſet, non magis quam, ſi Athenienſem ſimpliciter pro aliquo ſcriptore Athenienſi intelligit vellet. Ego puto corruptum locum eſſe, & inutilum: atque ita primo in illo exemplari ſcriptum fuiſſe: *Aut quid... cretei.* Ut prima ſyllaba deperierit. quum deberet legi, *Lucretei*, hoc eſt Lucreti. Nam & in hoc libro archaiſmos ſcripturæ reperi, ut ſupra: *Auribus & pureis ſcripta probare mea.* pro quo fecerant, *pueris.*

VARIORUM.

Aut rerum dicere poſſe vias.) *Rationem mundi* vocat infra, hac Eleg. ſic lib. III. El. v.

Natura miſeras auximus arte vias
I. naturales cauſſas mortis. Virg. II. Georg.

Sunt alii (modi) *quos ipſe via ſibi repperit uſus.*

Id eſt, ratione, inquit Servius, ut in IV. Æn. *Inveni Germana viam*, Ciceroni ſæpe ars, ratio, via, idem; ut in Topicis. *Indicandi vias perſecuti ſunt Stoici.* & II. de Divin. *Nullas dant vias nobis* (Dii) *ad ſcientiam futurorum.* In pervigilio Veneris; eadem ſignificatio: *juſſitque mundum noſſe naſcendi vias*; Paſſer.

Aut quid Cretai.] Cretæum illum qui noverit nondum conveni quenquam: aut igitur pro Epimenide Crete dictum eſt, ut a Beroaldo traditum eſt, conſtat autem eum ſcriptorem carminum fuiſſe: aut *Lucreti* legendum eſt, cujus elegantiſſima carmina de rerum

ea

Tu ſatius memorem muſis imitere Philetam,
Et non inflati ſomnia Callimachi.

Nam

natura hodieque extant. Fortaſſe enim ea ſuperſtioſe Lynceus legebat, cum & ipſe poëtas amaret, & verſus ſcriberet, & ex illius ætatis ſecta ſe ad Epicuri ſententiam propenſiorem & dociliorem præberet. Ea enim philoſophia tum in amoribus & deliciis erat: &c.

Nil juvat in magno veſter amore ſenex. De Epicuro dictum accipi poterit non incommode: probabilior tamen Beroaldi ſententia videtur. *Turneb.*

J. SCALIGER.

Tu ſatius memorem Muſis) Obſecro quid eſt *Memorem Muſis?* an, quod putavimus aliquando, τοῖς μούσαις μεμηλότα; minime. Atqui ſuboluit mihi ſemper de mendo hujus loci, præſertim quum antiqua ſcriptura legat: *Tu ſatius Muſis memorem imitere Philetam.* lege; *muſis meliorem.* neque dubium eſt hoc verum eſſe. Meliorem muſis vocat, εὐμουσότερον. χαριεντέστερον, καὶ γλαφυρώτερον. Mollis carminis palmam Philetæ defert, & meliorem Callimacho dicit.

Et non inflati ſomnia Callimachi) Hæc aliter accipit vulgus, ac voluit Propertius. Ipſi putant a Propertio hic Callimachum laudari, quod eum non inflatum vocaverit. Ego contra inflatum eum vocari aio, ac propterea non laudari. Ait enim: mollem ac delicatum verſum Philetæ potius imitare, quam ſumnia inflati Callimachi. Somnia Callimachi vocat τὰ αἴτια, opus moroſum, ac obſcurum, ut & Martialis innuit, quum dixit, -- *legas Aëtia Callimachi.* quum ſuadet non alium librum quærere quam Aëtia Callimachi, ſiquidem obſcuris delectatur. Somnia autem vocat, quia Callimachus hiſtorias antiquiſſimas, atque ab omni cognitione remotiſſimas ſcripturus finxit ſomniantem aliquando ſe interveniſſe Muſarum cœtui, quas quum de rebus obſcuriſſimis interrogaſſet, accepiſſe ab iis ea, quæ poſtea literis mandavit. Oſtendit autem Epigramma ἀδέσποτον in eum.

ὦ μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ,
ἦ ῥ' ἐτεὸν κεράων, οὐδ' ἐλέφαντος ἔφυς.
τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας, ἅτ' οὐ πάρος ἀνέρες ἴσμεν
ἀμφί τε ἀθανάτους, ἀμφί τε ἡμιθέους
εὖτέ μιν ἐκ Λιβύης ἀναείρας εἰς Ἑλικῶνα
ἤγαγες ἐν μέσσαις Πιερίδεσσι φέρειν.
αἱ δέ οἱ εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων
αἴτια καὶ μακάρων εἶπον ἀμειβόμεναι.

Ait igitur: Tu melius feceris, ſi Philetæ amores, quam ſi obſcuriſſimum poëma Callimachi Aëtia imiteris. Id enim aggrediebatur iſte, ad quem ſcribit, quod ex ſequentibus apparet, At, dices, quomodo Callimachum inflatum vocat, quem profitetur ſe imitari? age mitto imitari. cujus nomine ipſe ſe appellat? *Umbria Romani patria Callimachi.* Propertius tantum deterret eum ab Aëtiis Callimachi, cui poëmati ſimile aggrediebatur ille Propertii amicus: non autem ab amoribus, aut Elegiis Callimachi, quas ipſe imitari ſe, ut dixi, profitetur.

VARIORUM.

Philetam. Olymp. cx. multo etiam ante, ac poſt claruit *Philetas Cous,* quem Ovidius ac Propertius celebrant. Hic claruit non modo ſub Philippo & Alexandro: ſed etiam admodum ſenex a Ptolemæo Lagide Præfectus fuit ſtudiis filii Philadelphi. Grammaticus idem ac Criticus fuit & Elegias. Epigrammata, atque alia reliquit: quorum teſtis Suidas. Vide & quæ de Phileta diximus lib. III. de Hiſt. Græcis pag. 401 *Voſſius.*

Nam rurſus licet Ætoli referas Acheloi
  Fluxerit ut magno factus amore liquor,
Atque etiam ut Phrygio fallax Mæandria campo
  Errat, & ipſa ſuas decipit unda vias.
Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion,
  Triſtis ad Archemori funera victor equus:
Amphiaraææ nil proſunt fata quadrigæ,
  Aut Capanei magno grata ruina Jovi.
Deſine & Æſchyleo componere verba cothurno,
  Deſine,& ad molles mēbra reſolve choros. In-

J. SCALIGER.

Nam rurſus) Profecto legendum: *Non rurſus.* Inepte enim loqueretur, ſi dixiſſet, Nam licet referas rurſus fabulam Acheloi, quid prodeſt Amphiarai mors? Hæc ſane & pueri riderent. ſed hoc vult: Non tibi licet rurſus ea tractare quæ Callimachus tractavit. Callimachus enim ea omnia ἐν αἰτίοις tractaverat, & fabulam Acheloi, & Mæandrum fluvium, & Nemea ad Archemori exequias. Nam hæc in Aetiis tractata fuiſſe oſtenderit vel unum verbum *Rurſus*, quo utitur. Si enim ab eo rurſus tractantur, a Callimacho ergo antea tractata fuerant. Hæc ne minimum quidem ſuſpicabatur vulgus Grammaticorum.

Amphiaraæ) verſus interpolatus. Vetus lectio:

Nō Amphiaria proſunt tibi fata quadriga
  Aut Capanei grata ruina Jovi. Lege.
Non nam Amphiaraea tibi fata quadriga
  Proſunt, aut Capanei grata ruina Jovi.

Amphiaraëus ἀμφιαράειος.

Aut Capanei magno) Jam oſtendimus & hunc quoque verſum Interpolatum eſſe quem etiam emendavimus ex veteri ſcriptura.

Deſine & Æſchyleo) Quia Æſchylus ſcripſit Tragœdias, propterea hunc locum ita legendum eſſe cenſuerunt, quum tamen vetus lectio habeat,

Deſine Achilleo.

Nam intelligit Tragœdiam Achillen.

Et ad molles membra reſolve toros) Lege *choros*, ut vetus liber.

VARIORUM.

Nam rurſus) *Rurſus* hoc loco *retrorſum* ſignificat, & cum *fluxerit*, non cum *referas* conſtruendum: Sic & idem dixerat ſupra:

Atque ita me injecto duxerunt rurſus amictu.

i. e. reduxerunt illo unde me abduxerant prius. *Douſa P.*

Nam rurſus Ætoli) De Acheloi & Herculis certamine Ovid. IX. Metam. Hygin. fab. 31. *Paſſerat.*

Adraſti fuerit vocalis Arion) Arion fuit equus Adraſti, quem ei dono dedit Neptunus ut ſcribit Probus. vid. Pauſan. in Arcad. *Vocalis* dicitur. quia humana voce præditus. Narrat lib. VI. Theb. Stat. ut Arion excuſſerit Polynicem rectorem, quem invitum gerebat, requireus dominum Adraſtum. Ideo hic *triſtem* etiam in victoria dixit. Victor equus ipſe per ſe ſine rectore, ſed tamen Amphiaro & ipſius equis data palma: nam ut ait idem Statius lib. prænot.

Gloria manſit equo (Arioni) *ceſſit victoria vati.* ideſt Amphiaro *Paſſerat.*

Ad Archemori funera) in ludis funeribus Archemoro dicatis, qui Nemei dicti. vide Hygin fab. LXXIV. & CCLXXIII. & Scalig. Poëtices lib. I 15. *Paſſerat.*

Amphiaraæ.) Vid. ſupra el. XIII. Et Stat. lib. VII. ſub finem.

Capanei grata ruina) Ruinam gratam Jovi ait quia Deos ipſumque adeo Jovem laceſſebat Capaneus. vid. Hygin. fab. LXVIII. Apollod. lib. III. *Paſſerat.*

Verſus

Incipe jam anguſto verſus includere torno,
  Inque tuos ignes dure poëta veni.
Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero:
  Deſpicit & magnos recta puella deos.
Sed non ante gravis taurus ſuccumbit aratro,
  Cornua quam validis hæſerit in laqueis.
Nec tu tam duros per te patieris amores,
  Trux tamen a nobis ante domandus eris.
Harum nulla ſolet rationem quærere mundi.
  Nec cur fraternis Luna laboret equis:
Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtabit ad undas,
  Nec ſi conſulto fulmina miſſa tonent.
Aſpice me, cui parva domi fortuna relicta eſt,
  Nullus & antiquo Marte triumphus aui,
Ut regnem miſtas inter conviva puellas
  Hoc ego, quo tibi nunc elevor, ingenio.
Me juvet heſternis poſitum languere corollis,
  Quem tetigit jactu certus ad oſſa deus:
Actia Virgilium cuſtodis littora Phœbi,
  Cæſaris & fortes dicere poſſe rates,

Qui

J. SCALIGER.

Verſus includere torno) At noſter, *verſus componere*. Et profecto verſus torno includi recte dici non poteſt. Quicquid vero in hoc poëta mutatum eſt, id prope omne ex officina Beroaldi prodiit: qui parum hunc poëtam illis ſuis immanibus Commentariis juvit: & raro mentem poëtæ tangit, aut aſſequitur.

Me juvet æternis) Noſter, *Heſternis*. quis non illam vulgatæ præferat?

Actia Virgilium) ἀπὸ κοινοῦ *Juvet*. Scriptus liber *Virgilio*.

VARIORUM.

Antimacho] Olymp. XCIII. an. IV. Archonte Alexia, floruit, *Antimachus*, *Clarius* (Clarium vocat Ovid.) ſive, ſecundum alios *Colophonius*. Vicinæ ſunt Clari & Colophonis civitates. De ætate eſt apud Anonymum in Deſcriptione Olympiadum. Atque hoc eo firmatur, quod æqualis fuerit Lyſandro, a quo Nicerato Heracleotæ poſthabitus. item Platoni Philoſopho, quo audiente, Thebaida ſuam recitavit. Sed adhuc juvene: unde Suidas ait fuiſſe Platone antiquiorem: uti juniorem dicit Panyaſi, & Steſimbroto, quos audiverit. In heroico ſecundas ei ab Homero Grammatici dedere, teſte Fabio. Reprehenſus tamen. ut tumidus, & verboſus: qua de re non eſt animus Lilium in poëtarum hiſtoria exſcribere: vel etiam Turnebum adverſ. lib. XXVIII. cap. XXVIII. Hic cum Hadriani Cæſaris tempore a plurimis ignoraretur, uſque adeo tamen illi placuit, ut cogitarit de abolendo Homero, inque ejus locum ſubſtituendo Antimacho: quemadmodum ex Dione narrat Xiphilus, pag. CCLVIII. Ed. H. Steph. *Voſſius*.

Sed non ante gravis.) Malim *gravi*. Epitethum aratro quam tauro accommodatius. *Douſa P.*

Qui

Qui nunc Æneæ Trojani ſuſcitat arma,
Jactaque Lavinis mœnia littoribus.
Cedite Romani ſcriptores, cedite Graji.
Neſcio quid majus naſcitur Iliade.
Tu canis umbroſi ſubter pineta Galeſi
Thyrſin, & attritis Daphnin arundinibus:
Utque decem poſſint corrumpere mala puellam,
Miſſus & impreſſis hœdus ab uberibus.
Felix, qui viles pomis mercaris amores:
Huic licet ingratæ Tityrus ipſe canat.
Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricolæ domini carpere delicias.
Quamvis ille ſua laſſus requieſcat avena,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.

Tu

J. SCALIGER.

Qui nunc Ænea Trojani ſuſcitat arma) Apparet Virgilium & tunc principium Æneidos feciſſe illum verſum, *Arma virumque cano.* Et Ovidius quoque idem vult:

Conſulis in Tyrios arma virumque toros.

Tu canis umbroſis) Hæc ariolatur Propertius. Non enim hæc ſcripſit Virgilius. Sed alium Bucolicorum ſcriptorem habebat in animo, ut infra.

Utque decem poſſint corrumpere mala puellam) Et hæc ariolatur de Virgilio. Nam non apud Virgilium illa, ſed apud Theocritum. Sic enim ille:

ἠνὶ δέ τοι δέκα μᾶλα φέρω. τηνῶθε καθεῖλον,
ὧμ' ἐκέλευ καθελεῖν τύ.

Puero autem non puellæ mittuntur. ut apud Virgilium:

Quod potui, puero ſilveſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi. cras altera mittam.

Miſſus & impreſſis] Impreſſa ubera, ἀμέλγαστα: non mulcta. it enim pinguiores, quorum matres non mulgentur.

Huic licet ingrata] Et hæc non Virgil. ſed Theocritus:

κωμάσδω ποτὶ τὰν ἀμαρυλλίδα. ταὶ δέ μοι αἶγες
βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει.

Quanvis ille ſua laſſus) Emendo:

Quanvis ille ſuam laſſus requieſcat avenã.

Alibi:

Juppiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos.

Calvus in Io. *Sol quoque præteritos meminit requieſcere curſus* Euripides Iphigenia in Tauris,

οἰκείων δ' ὑπὲρ θαλάμων
πτέρυγας ἐν νώτοις ἁμοῖς
λήξαιμι θοάζουσα.

Sedens in propriis thalamis requieſcam alas in dorſo meo. Sed magis inſolens illud in Phœniſſis: *γεραιὸν πόδα δεμνίοις δύστανον ἰαύων.* dormiens pedem eſt requieſcens pedem.

Nec

Tu canis Aſcræi veteris præcepta poëtæ,
Quo ſeges in campo, quo viret una jugo.
Tale facit carmen docta teſtudine, quale
Cynthius impoſitis temperat articulis.
Non tamen hæc ulli venient ingrata legenti,
Sive in amore rudis, ſive peritus erit.
Nec minor his animis, aut ſi minor, ore canorus
Anſeris indocto carmine ceſſit olor.
Hæc quoque perfecto ludebat Iaſone Varro,
Varro Leucadiæ maxima flamma ſuæ.
Hæc quoque laſcivi cantarunt ſcripta Catulli,
Leſbia queis ipſa notior eſt Helena.

Hæc

J. SCALIGER.

Nec minor his animis nec ſi minor) Ita vetus ſcriptura. Folium Sibyllæ hic verſus: & quem ridicule interpretatur Beroaldus. legendum vero: *Nec minor his animis, nec ſe minor*. Nec Virgilius propterea aliquid indignum majeſtate illa ſui carminis, aut ſe ipſo fecit, quum laceſſitus ab æmulo Anſere, non reſpondit. Virgilius æmulos tres ineptos poëtas habuit, Anſerem, Bavium, Mævium. A quibus provocatus diſſimulavit. Emiſerant enim in illum famoſa carmina præſertim parodias ex ipſius libris:

Tityre, ſi toga calda tibi eſt, quo tegmine fagi?

Negant enim Latinum eſſe, tegmen fagi. pro umbra & opacitate fagi. Item:

Dic mihi Damæta, cujum pecus anne Latinum?

N. n: verum Ægonis, noſtri ſic rure loquuntur.

Non putant *cujum pecus* poſſe dici niſi a ruſticis & caprariis, non autem ab urbanis. In quo eos decipi convincit veterum auctorum obſervatio. Item riſerunt eum, quod hordea pluraliter dixerit:

Hordea qui dixit, ſupereſt ut tritica dicat.

VARIORUM.

Aſcræi poëta) Heſiodus, Sic dictus ab Aſcra, vico Bœotiæ.

Anſeris indocto carmine.) Anſer poëta, amicus fuit M. Antonii triumviri, atque ejus geſta condidit: eoque nomine ab Antonio donatus eſt agro Falerno. Huc reſpexit Cicero Philipp. XIII. *Hique qui nunc Mutinam oppugnant. D. Brutum obſident; de Falerno anſeres depellantur*, &c. Virgilio infeſtus erat: qui idcirco eum taxat Ecloga xi. ſed oblique, uti & Tullius fecerat. Maronis quidem verſus hujuſmodi ſunt:

Nam neque adhuc Varo videor, neque dicere Cinna
Digna: Sed argutos inter ſtrepere anſer olores.

Ubi ſic Servius: *Alludit ad Anſerem quendam, Antonii poëtam, qui ejus laudes ſcribebat: quem ob hoc per tranſitum carpſit. De hoc etiam Cicero in Philippicis dicit: Ex agro Falerno anſeres depellantur. Ipſum enim agrum ei donarat Antonius.* Adi quoque Maronis vitam, quæ ſub nomine Donati prodiit. Meminit & Prop lib. II. El. ult. Et Ovid. lib. II. Triſt.

Cinna quoque his comes eſt, Cinnaque procacior Anſer. Voſſius.

Hæc etiam docti confeſſa eſt pagina Calvi,
Cum caneret miſeræ funera Quinctiliæ.
Et modo formoſa quam multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lavit aqua!
Cynthia quin etiam verſu laudata Properti:
Hos inter ſi me ponere fama volet.

SEXTI

J. SCALIGER.

Hæc etiam docti confeſſa eſt pagina Calvi) Quare doctum vocet, Cicero docet ſcribens Trebonio: *Multæ*, inquit, *erant & reconditæ literæ, vis non erat.*

Et modo formoſa) Niſi fallor τὸ *Modo* ſignificat nuperam cædem Galli, quam ipſe ſibi conſcivit anno A. V. C. DCCXXVII. quo Meſſala de Gallis triumphavit, ſex annis ante deceſſum Virgilii; ut ridiculum ſit Epigramma, quod ſub nomine Cor. Galli vulgo circumfertur de morte Virgilii, ejuſque Æneide. Eſt autem Scholaſtici Poëtæ.

Quam multa] Lege *qui multa*. Antea ſententia erat obſcuriſſima. Et Gallus quoque inquit, idem cecinit, qui mortem ſibi conſcivit, quum non dudum formoſa eſſet Lycoris. Mira locutio, in qua creber Horatius.

– *Neq; peſſima munerum Ferres, divite me* id eſt, ſi eſſem dives. *Quorum ſecunda vate me, datur fuga.* id eſt, me vaticinante. *Diceris Vario fortis & hoſtium Victor Mæonii Carminis alite.* id eſt, quum Varius ſit Poëta epicus: qui locus Horatii male vulgo Magiſtrorum conceptus. Sic, ut dixi, hic formoſa Lycoride eadem figura dictum, id eſt, quom habuerit Lycoridem formoſam, quum ei eſſet Lycoris materia carminis. Græce,

ὃς ἐπὶ τῇ καλῇ λυκωρίδι ἀπίθανε.

SEXTI AURELII PROPERTII, ELEGIARUM

LIBER III.

ELEGIA I.

Callimachi manes, & Coi ſacra Philetæ.
In veſtrũ, queſo, me ſinite ire nemus.
Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos
Itala per Grajos orgia ferre choros.
Dicite quo pariter carmen tenuaſtis in antro,
Quove pede ingreſſi quamve bibiſtis aquam.
Ah valeat, Phœbum quicunque moratur in armis.
Exactus tenui pumice verſus eat,
Quo me fama levat terra ſublimis, & a me
Nata coronatis Muſa triumphat equis,

Et

VARIORUM.

Callimachi.) Olymp. cxxv. Sub Philadelpho uſque ad Ptolemæum III. ſive Evergetem, claruit Callimachus Cyrenenſis quod vel cognoſcimus ex carmine *de Coma Berenices*, Latine reddito a Catullo. Fere hymnos, vel Elegias, vel Epigrammata ſcribebat. Quo nomine iniqua experiebatur judicia; unde ipſe in Apollinis hymno:

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὔατα λάθριος εἶπεν
Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει.

quibus contra aggerebat Callimachus *μέγα βιβλίον μέγα εἶναι κακὸν* *magnum librum magnum malum.* Aſſiduis tamen convitiis victus, *Hecalen* ſcripſit: ut Scholiaſtes indicat ad verba, quæ ex hymno Apollinis adduximus. Imo & Αἴτια ejus majus ipſa *Hecale* opus. *Voſ.*

Coronatus equis.) Coronati erant triumphantiũ equi Ovid. lib. IV. Triſt. Eleg. II.

Hic tibi ſic redeat ſuperato victor ab hoſte
Inque coronatis fulgeat altus equis.

Item

Vinclaque captiva, reges cervice ferentes
Ante coronatos ire videbis equos.

Livinejus.

Nam

Et mecum in curru parvi vectantur Amores,
  Scriptorumque meas turba ſecura rotas.
Quid fruſtra miſſis in me certatis habenis?
  Non datur ad Muſas currere lata via.
Multi Roma tuas laudes annalibus addent,
  Qui finem Imperii Bactra futura canent:
Sed, quod pace legas, opus hoc de monte ſororum
  Detulit intacta pagina noſtra via.
Mollia Pegaſides veſtro date ſerta poëtæ:
  Non faciet capiti dura corona meo.
At mihi, quod vivo detraxerit invida turba,
  Poſt obitum duplici fœnore reddet honos.
Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas.
  Majus ab exequiis nomen in ora venit.
Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces?
  Fluminaque Æmonio comminus iſſe viro?
Idæum Simoënta Jovis cunabula parvi?
  Hectora per campos ter maculaſſe rotas?
Deiphobumque, Helenumque, & Polydamantas in armis?
  Qualemcumque Parin vix ſua noſſet humus.

Exiguo

J. SCALIGER.

Nam quis equo pulſas) Quaſi equus ille machina fuerit πολιορκητική. quod Plin. videtur velle. quemadmodum Phrixum Colchos devectum non ariete, ſed nave, in cujus prora fuerit κριοῦ προτομή.

2. *Jovis cunabula magni*) Quod Idam Phrygiæ cum Ida Cretę confundunt veteres, & quæ ab aliis de Jovis cunabulis in Ida Cretæ referuntur, ab aliis ad Idam Phrygiæ tranferri, habes apud eruditum ſcriptorem Strabonem.

Et Polydamantas in armis) Scribe, etiam *Polydamantas*. Melius autem, *Polydamanta ſine armis*. Id eſt in nullis armis celeber eſſet. Nam lingua tantum non armis potentem inducit Homerus.

Troia bis Oëtæi) Seneca Troadibus:

— meliorque fatum
Fortis armenti lapidoſa Trachin.
Quæ ſub umbroſis lateroſa ſilvis
Miſit infeſtos Troiæ ruinis Non ſemel arcus
Idem. Bis pulſata
Dardana Grato mœnia ferro
Biſque pharetras paſſa Herculeas.

Tamen Theocritus vocat τρίπορθον, ἐν βαρμίοις.

Orpheu

Exiguo ſermone fores nunc Ilion, & tu
 Troja, bis Oetæi numine capta Dei.
Nec non ille tui caſus memorator Homerus
 Poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus.
Meque inter ſeros laudabit Roma nepotes.
 Illum poſt cineres augurer eſſe diem.
Ne mea contempto lapis indicet oſſa ſepulcro,
 Proviſum eſt Lycio vota probante deo.
Carminis interea noſtri redeamus in orbem,
 Gaudeat ut ſolito tacta puella ſono.

II.

ORphea detenuiſſe feras & concita dicunt
 Flumina Threicia ſuſtinuiſſe lyra.
Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem
 Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt.
Quid etiam Polypheme fera Galatæa ſub Ætna
 Ad te rorantes carmina flexit equos.
Miremur, nobis & Baccho, & Apolline dextro,
 Turba puellarum ſi mea verba colit?
Quod non Tænariis domus eſt mihi fulta colũnis;
 Nec camera auratas inter eburna trabes;

Nec

J. SCALIGER.

' *Orpheu te tenuiſſe*) Nihilo deterius noſter: *Orphea detenuiſſe*, ut repetitio illa in verbo *detenuiſſe* venuſtior ſit.

Quod non Tænariis) Nihil mutandum. Sed clarius dixiſſet, *Non quod Tænariis*.

VARIORUM.

Orphea detenuiſſe feras.) Inconcinne prorſus, cum idem verbũ in pentametro proximo repetatur. Redde Propertio. *Orpheu, te duxiſſe feras.* Horatius de Orpheo lib. 1. od. 12.

Blandus auritas fidibus canoris
Ducere quercus.

Et, lib. 3. od. 2.

Tu potes tigres domitaſque ſilvâs
Ducere.

Heinſius ad Metam. l. 11. verſ. 2.

Quod.) pro *quamvis* poſitum eſt, ut, apud Ovidium:

Illa quod eſt virgo, quod tela cupidinis odit
Multa dedit multis vulnera, multa dabit

Terent. in Eunucho. *Quod dicas mihi, iter hac habui, alium quærebam, periſti.* Sic apud Plautum multoties, & in Priapeis. *Scioppius Veriſſimil. l. 1. C. 10.*

Nec

Nec mea Phæacias æquant pomaria ſilvas;
Non operoſâ rigat Martius antra liquor:
At Muſæ comites, & carmina cara legenti,
Et defeſſa choris Calliopea meis.
Fortunata, meo ſi qua es celebrata libello:
Carmina erunt formæ tot monimenta tuæ.
Nam neque Pyramidum ſumptus ad ſidera ducti,
Nec Jovis Elei cælum imitata domus:
Nec Mauſolei dives fortuna ſepulchri
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,
Annorum aut tractu pondera victa ruent.
At non ingenio quæſitum nomen ab ævo
Excidet. ingenio ſtat ſine morte decus.

III.

Viſus eram molli recubans Heliconis in umbra,
Bellerophontei qua fluit humor equi,

Reges

J. SCALIGER.

Nec mea Phæacias) Scribe, *Phæacas*. Metaplaſmus, Arabus pro Arabe, Jonus pro Jone, aut Jonio. Virgilius Cilicus pro Cilice.

VARIORVM.

Et carmina.) Ἐμφατικώτερον futurum, ſi legatur, *at amica cara legenti, at defeſſa. Scioppius Verisſimil. l.* I. *C.* 10.

Viſus eram molli recubans Heliconis in umbra.) Quemadmodum illi fontes (*Aganippe, Hippocrene.&c.*) poti credebantur facere poëtas; ſic vicini montes Helicon, Cithæron, & Parnaſſus, eos qui conſcenderent, aut inibi verſarentur. Hæc quoque ſuperſtitio recentior eſt illis antiquiſſimis poëtis Homero & Heſiodo: apud quos nihil ſimile eſt invenire: præbuit tamen Heſiodus huic fabulæ occaſionem, cum caneret, poëtica ſe facultate donatum fuiſſe,

Ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὕπο
ζαθέοιο.

Ait factum ſe poëtam cum paſceret oves in Helicone: inſecuta ætas accepit, quaſi dixiſſet, ideo poëtam evaſiſſe, quod in Helicone eſſet verſatus. Ac quoniam ſolebant ægroti in Æſculapii vel Apollinis templis incubare, ut inſomnia captarent, quibus morborum remedia præſcribi credebant: eum morem & ſuperſtitionem ad ſuos illos montes tranſtulerunt, ſibique perſuaſerunt, eos qui in illis montibus ſomniaſſent, repente poëtas exiſtere. ut hic Propertius. Contra Perſius, poëtam ſe negat, quia non ſomniarit in Parnaſſo. *Caſaubonus.*

Anni-

Reges Alba tuos, & regum facta tuorum
Tantum operis nervis hiſcere poſſe meis:
Parvaque tam magnis admoram fontibus ora,
Unde pater ſitiens Ennius ante bibit.
Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiaque Æmilia vecta tropæa rate,
Victricesque moras Fabii, pugnamque ſiniſtram:
Cannenſem, & verſos ad pia vota deos,
Annibalemque lares Romana ſede fugantes,
Anſeris & tutum voce fuiſſe Jovem:
Cum me Caſtalia ſpeculans ex arbore Phœbus
Sic ait aurata nixus ad antra lyra:
Quid tibi cum tali demens eſt flumine? quis te
Carminis heroi tangere juſſit opus?
Non hic ulla tibi ſperanda eſt fama Properti.
Mollia ſunt parvis prata terenda rotis,
Ut tuus in ſcamno jactetur ſæpe libellus,
Quem legat exſpectans ſola puella virum.
Cur tua præſcriptos evecta eſt pagina gyros?
Non eſt ingenii cymba gravanda tui.
Alter remus aquas, alter tibi radat arenas:
Tutus eris. medio maxima turba mari eſt.

Dixerat,

J. SCALIGER.

Annibalemque lares) Vide Feſtum Rediculi, & primum conjectaneum noſtrum.

Cur tua præſcriptos evecta) Puto melius:

Cur tua præſcriptos evecta eſt pagina gyros?

Alter remus aquas) Proverbium: ὁ παρὰ τὴν γῆν πλοῦς ἀσφαλής.

VARIORUM.

Hannibalemque Lares Romana ſede fugantes.) Hanc Hiſtoriam nos docet Varro ἡρακλῆς *tuam fidem*, apud Nonium in *Tutanus*.

Nocte Annibalis cum fugavi exercitum;
Tutatus hoc Tutanus Romæ nuncupor
Hac propter omnes, qui laborant, invocant.

Ennius apud Feſtum in *ob*; (Annibal)

Ob Romam noctu Legiones ducere cepit.

Sed quibuſdam terriculamentis territus reduxit exercitum.

Seri

Dixerat, & plectro ſedem mihi monſtrat eburno.
  Qua nova muſcoſo ſemita facta ſolo eſt.
Hic erat affixis viridis ſpelunca lapillis,
  Pendebantque cavis tympana pumicibus.
Ergo Muſarum, & Sileni patris imago
  Fictilis; & calami Pan Tegeæe tui.
Et Veneris dominæ volucres mea turba columbæ
  Tingunt Gorgonëo punica roſtra lacu.
Diverſæque novem ſortitæ jura puellæ
  Exercent teneras in ſua dona manus.
Hæc ederas legit in tyrſos, hæc carmina nervis
  Aptat, & illa manu texit utraque roſam.
E quarum numero me contigit una dearum,
  Ut reor a facie, Calliopea fuit.
Contentus niveis ſemper vectabere cycnis,
  Nec te fortis equi ducet ad arma ſonus.

Nil

J. SCALIGER.

Sortitæ rura puellæ) Lege, *jura.*

VARIORVM.

Contentus niveis ſemper vectabere cygnis) Quid eſt *vectari cygnis*? Scio colum bis, paſſeribus Venerls, aliorumque aliis animalibus trahi currus. Palat. Codd, non agnoſcunt *vectabere*: quorum poſterlor *latabere*; Prior *metabere*. Quæ vera eſt lectio. Jubet eſſe cygnos metatores Propertio. *Gebhard.* Poëtis ἐρωτικοῖς olores quondam attributi fuerunt. Sic & Ovidius lib. de Arte. 3.

-- *Cygnis diſcedere tempus.*
Duxerunt collo qui juga noſtra ſuo.

Dauſa P.

Palmarius error Gebhardi. Quærit, Quid eſt vectari *cygnis*? Sane docuerat ex Horatio Paſſeratius Veneris currum ab oloribus trahi. Sunt & Apollinis aves cygni. Quid ergo mirum ſi Poëta cantans amores dicatur Veneris curru vehi, ejusdem ſimul & Apollinis avibus juncto? ut qui aliorum Deorum res geſſiſſe narrantur, illorum curribus uſi: Triptolemus Cereris, Medea draconibus Hecates, & Martis equis Acheronta fugiſſe Quirinum fabulatur Horatius. Opponirque *vectari niveis cygnis*, ac *duci fortibus equis*: quia eſt verbum illud voluptatis & inceſſus pacati ac modici. Petronius: *qua voluptatis cauſa huc atque illuc vectatur*. Sed inſtar omnium Propertium defendit Ovidius 3. de arte. Ille autem oſtentat pro vero, quod ab errore librarii fuit in quodam codice *metahere cygnis*. jubet, inquit, eſſe cygnos metatores Propertio. Immo ſi ita ſcripſiſſet, potius juberet Propertium eſſe metatorem cygnis: aut Latine neſcimus. Prorſus hoc nihil eſt *metari cygnis*. neque enim homo dicitur *metari* παθητικῶς. Verba autem militaria, quæ in vicinia ſunt, omnia prohibet arcetque a Propertio Calliope, minime tribuit ipſi. Gronovius ad Livii lib. 38. cap. 17.

Claſſica

Nil tibi ſit rauco prætoria claſſica cornu
  Flere, nec Aonium cingere Marte nemus,
Aut quibus in campis Mariano prœlia ſigno
  Stent, & Teutonicas Roma refringat opes:
Barbarus aut ſævo perfuſus ſanguine Rhenus
  Saucia mærenti corpora vectet aqua.
Quippe coronatos alienum ad limen amantes,
  Nocturnæque canes ebria ſigna fugæ.
Ut per te clauſas ſciat excantare puellas,
  Qui volet auſteros arte ferire viros.
Talia Calliope: lymphiſque a fonte petitis,
  Ora Philetea noſtra rigavit aqua.

IV.

Arma deus Cæſar dites meditatur ad Indos,
  Et freta gemmiferi findere clauſſa maris.

Magna

J. SCALIGER.

Claſſica cornu Flere) Nobiliſſimus Janus Douza legebat *Flare.* Quod veriſſimum eſt.

Barbarus aut ſævo) Emendo, Suevo. Dio libro uno & quinquageſimo: Γάϊος Καρίνας τούς τε Μορίνους καὶ ἄλλους τινὰς συνεπαναστάντας αὐτοῖς ἐχειρώσατο, καὶ τοὺς Σουήβους τότε τὸν ῥῆνον ἐπὶ πολέμῳ διαβάντας ἀπεώσατο. De hoc igitur bello ſentit Propertius.

Sciat excantare) Recte nos docet, quomodo verbum duodecim Tabularum interpretari debeamus. Nam excantare hic eſt, cantu foras elicere. ibi fruges excantare, cantatas alio traducere.

Arma Deus Cæſar) Deus. Infra:

-- *& lacrimas vidimus ire Deo.*

Horatius:

Præſenti tibi maturos largimur honores.
Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

Nota eſt conſecratio Aræ genii Auguſti Narbone reperta. Item in compitis Genius Auguſti eo vivo adorabatur, cui ex libertinis ſacerdotes dati Auguſtales appellabantur. Illius vero ἀποθέωσιν Ovidius ſcripſerat. ut ipſe teſtatur de Ponto libro quarto:

Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti
Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi.

Item alibi:

Pervenient illuc & carmina forſitan illa,
Quæ de te emiſi cælite facta novo.

Dites meditatur ad Indos) De hac Indica expeditione Virgil. Georgico ſecundo:

-- *Et te, maxime Cæſar,*
Qui nunc extremis Aſiæ jam victor in oris
Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.

VARIORUM.

Flare.) Id eſt, inflare. *Douſa P.*

Deus Cæſar.) Apud Romanos divino primus honore, dum viveret affectus eſt Auguſtus. Maro Ecl. 1.

Magna viri merces parat ultima terra triumphos:
  Tigris, & Eufrates ſub tua jura fluent.
Sera ſed Auſoniis veniet provincia virgis:
  Aſſueſcent Latio Partha tropæa Jovi.
Ite agite expertæ bello date lintea proræ,
  Et ſolitum armigeri ducite munus equi.
Omnia fauſta cano, Craſſos, cladeſque piate,
  Ite, & Romanæ conſulite hiſtoriæ.
Mars pater, & ſacræ fatalia lumina Veſtæ,
  Ante meos obitus ſit precor illa dies,
Qua videam ſpoliis onerato Cæſaris axe,
  Ad vulgi plauſus ſæpe reſiſtere equos.
Inque ſinu caræ nixus ſpectare puellæ
  Incipiam, & titulis oppida capta legam,
Tela fugacis equi, & braccati militis arcus,
  Et ſubter captos arma ſedere duces.

Ipſa

Namque erit ille mihi ſemper Deus: illius aram
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus. Ubi Servius; *Semper, id eſt; poſt mortem, & dum vivit. Alii Imperatores poſt mortem in numerum referuntur Deorum: Auguſtus vivus templa emeruit.* Horat. lib. III. Cod. V. -- *Præſens Divus habebitur Auguſtus.* ---
Item lib. II. Ep. I.
Præſenti tibi maturos largimur honores,
Iurandaſq; tuū per nomen ponimus aras.
Primitus tamen ea fuit Auguſti modeſtia, ut nullum pateretur Romæ ſibi templum exſtrui: imo ne in provinciis quidem, niſi pariter nomine Romæ & ſuo: uti eſt apud Tranquillum in vita ejus cap. LII. Sed paulatim, ut ſolet, crevit ambitio. Itaque Lugduni, eodem Tranquillo teſte, in Claud. cap. II. ara Auguſto erecta eſt, Julo Antonio, & Fabio Africano, coſſ. eo ipſo die, quo natus eſt Claudius Imperator: Narbone item in foro conſtituta ei fuit ara, T. Statilio Tauro, & M. Æmilio Lepido coſſ. Quibus diebus & quomodo ejus numini ſupplicandum fuerit, & hoſtiæ immolandæ, marmoreæ docet tabulæ inſcriptio; quam habes in Collectaneis Inſcriptionum Gruterianis Pag. CCXXIX. Imo Auguſti, ſuperſtitis inquam, ἀποθέωσιν ſcripſit Ovidius: ut refert in IV. de Ponto. Eleg. VII. & IX. Ab eadem eſt cauſſa, quod apud Propertium legas, *Arma deus Cæſar dites meditatur ad Indos.* Voſſius.

J. SCALIGER.

Oneratos Cæſaris axes) Lego: *onerato Cæſaris axe.*

Incipiam) Incipiam ſpectare, ſpectabo.

VARIORUM.

Braccati militis arcus.] Quis ille braccatus miles? An Gallus: nam Galli braccati? An Dacus? Aut populi Ponti?

Tellu-

Ipſa tuam prolem ſerva Venus. hoc ſit in ævum,
  Cernis ab Ænea quod ſupereſſe caput.
Præda ſit hæc illis quorum meruere labores.
  Mi ſat erit media plaudere poſſe via.
Pacis amor deus eſt: pacem veneramur amantes,
  Stant mihi cum domina prælia dura mea.
Nec tamen inviſo pectus mihi carpitur auro,
  Nec bibit e gemma divite noſtra ſitis.
Nec mihi mille jugis Campania pinguis aratur,
  Nec miſer æra paro clade, Corinthe, tua.
O prima infelix fingenti terra Prometheo:
  Ille parum cauti pectoris egit opus:
Corpora diſponens, mentem non vidit in arte.
  Recta animi primum debuit eſſe via,

Nunc

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis.
An Perſa? Ovid lib. III. triſt. Eleg. XI.

Hos quoque qui geniti Graja creduntur ab urbe.
Pro patrio cultu Perſica bracca tegit.

An Indus? In Priapeiis;

Medis laxior Indicisve braccis.

Paſſerat.

J. SCALIGER.

O prima infelix fingenti terra Prometheo) Juvenalis:

E meliore luto finxit præcordia Titan.

Callimachus:

-- εἴ σε Προμηθεὺς
ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονας.

Idem in Mimiambis:

ἦν κεῖνος ἐνιαυτὸς, ᾧ ποτε πετηνὸν
καὶ τοὐν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν ἔτνος
ἐφθέγγεθ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθεῖος.

Corpora diſponens mentem non vidit in arte) Propterea conquerens optat Alcæus:

εἴθ' ἐξῆν ὁποῖός τις ἦν ἕκαστος τὸ στῆθος διελόντα,
ἔπειτα τ' νοῦν ἰδόντα, κλείσαντα πάλιν;
ἄνδρα φίλον νομίζειν ἀδόλῳ φρενί.

VARIORUM.

Bibit e gemma divite noſtra ſitis.) Non ſolum ex argenteis aureisque poculis; ſed etiam ex aureis, quæ pretioſis eſſent gemmis diſtincta, immo & gemmeis, bibebant. Seneca lib. Quare bonis viris mala accidant, cum ſit providentia, cap. III. *Quanto magis huic invidendum eſt, quam illis, quibus gemma miniſtratur; quibus exoletus omnia pati doctus, ſuſpenſam auro nivem diluit.* Plin. lib. XXXIII. proœm. *Nec hoc ſatis eſt*; inquit, *turba gemmarum potamus, & ſmaragdis teximus calices, ac temulentiæ cauſſa tenere Indiam juvat, & aurum jam acceſſio eſt.* Vide plura de poculis antiquorum apud Urſinum de Triclinio.

Nunc maris in tantum ventis jactamur, & hoſtem
Quærimus, atque armis nectimus arma nova.
Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ad infernas ſtulte vehere rates.
Victor cum victis pariter miſcebitur umbris:
Conſule cum Mario capte Jugurtha ſedes.
Lydus Dulichio non diſtat Crœſus ab Iro.
Optima mors, parca quæ venit apta die.
Me juvat in prima coluiſſe Helicona juventa,
Muſarumque choris implicuiſſe manus.
Me juvat & multo mentem vincire Lyæo,
Et caput in verna ſemper habere roſa.
Atque ubi jam Venerem gravis interceperit ætas,
Sparſerit & nigras alba ſenecta comas;
Tum mihi naturæ libeat perdiſcere mores,
Quis deus hanc mundi temperet arte domum:
Qua venit exoriens, qua deficit, unde coactis
Cornibus in plenum menſtrua luna redit:
Unde ſalo ſuperant venti, quid flamine captet
Eurus, & in nubes unde perennis aqua:

Sit

J. SCALIGER.

Nudus ad infernas) Melior libri noſtri lectio:
Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate.

Optima mors parca) Parca dies, ἡ πεπρωμένη ἡμέρα. Nam veteres Gloſſæ Parcam, τὴν πεπρωμένην interpretantur.

VARIORUM.

Caput in verna ſemper habere roſa.) Privatæ lætitiæ index erat Roſa, hinc feſtiviſſimus Anacreon vult redimiri Roſis, *Mihi cura eſt roſis coronare caput*; Nempe dum agitur convivium. Omnino videndus Carolus Paſchalius lib. III. cap. VI. de Coronis.

Solit

Sit ventura dies, mundi quæ ſubruat arces:
Purpureus pluvias cur bibit arcus aquas:
Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi,
Solis & atratis luxerit orbis equis: Cur

J. SCALIGER.

Solis & atratis luxerit.) *Luxerit* a lugendo, non a lucendo. Cur autem fatalem illam veterum ἐκλείψεσι hic innui dicat Beroaldus, non video. Deliquium enim Solis intelligitur.quod diu ignoratum hominum mentes magna ſuperſtitione percuſſerat. Plinius libro ſecundo: *Viri ingentes ſupraque mortalium naturam;tantorum numinum lege deprehenſa, & miſera hominum mente abſoluta in defectibus ſtellarum ſcelera, aut mortem aliquam ſiderum pavente. quo in metu fuiſſe Steſichori & Pindari vatum ſublimia ora, palam eſt, deliquio Solis.* Idem de Pindaro Philo Judæus: θείαις φύσεσιν ἡλίου καὶ σελήνης ἐπακολουθοῦσιν ἐκλείψεις. αἱ δὲ μηνύματά εἰσιν ἢ βασιλέων τελευτῆς, ἢ πόλεων φθορᾶς. ὃ καὶ Πίνδαρος ᾐνίξατο γενομένης ἐκλείψεως, διὰ τῶν ἄνωθεν εἰρημένων. Quod igitur & Græcus & Latinus ſcriptor aiunt formidaſſe Pindarum, palam eſt hoc cantico:

ἀκτὶς ἀελίου, τί πολύσκοπε
μή σε θεῦμ᾽ ἄτερ ὀμμάτων;
ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ
κλεπτόμενον, ἔθηκας ἀμάχανον
ἰσχὺν ποτανὸν ἀνδράσι.
καὶ σοφίας ὁδόν.
ἐπισκότειον ἀτραπὸν ἐσσυμένα
ἐλαύνεις τι νεώτερον, ἢ πάρος.
ἀλλά σε, πρὸς Διὸς,
ἱπποσόας θοάς, ἱκετεύω,
ἀπήμον᾽ ἐς ὄλβον τινὰ
τρέποιο Θήβαις,
ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας.
πολέμου δ᾽ ἢ σῆμα φέρεις τινὸς,
ἢ καρποῦ φθίσιν,
ἢ νιφετοῦ σθένος ὑπέρφατον,
ἢ στάσιν οὐλομέναν, ἢ πόντου
κενέωσιν ἀνὰ πέδον,
ἢ παγετὸν χθονὸς, ἢ νότιον θέρος
ὕδατι ζακότῳ διερὸν,
ἢ γαῖαν κατακλύσαισα θήσεις
ἀνδρῶν νέον ἐξ ἀρχῆς
γένος ὀλοφυδνόν.

Aperte & Plinius, & Philo hoc canticum Pindari innuerunt. Sed nuſpiam tam correctum, quam hic, leges.

VARIORUM.

Purpureus pluvias cur bibit Arcus aquas.) Plaut. Curcul. Act. I. Sc. I.
-- Ecce autem bibit arcus, pluet.
Credo, hercle hodie. ----

Maro item I. Georg.
---- & bibit ingens
Arcus.

Quo de loco Seneca lib. I. Nat. Quæſt. cap. VI. Attinetque hoc Tibulli lib. I El. IV.
Venturam admittat imbrifer arcus aquam.

Item illud Mart. lib. 12. Ep. XXIX.
Caſurus alte ſic rapit ireis aquas.

Ac ne pluris inſiſtam; Vitruvii eſt lib. IX. cap. IV. *Per calorem videmus non minus aqua vapores a fontibus ad nubes per arcus excitari.* Videntur crediſſe, ut Elephanti proboſcide, ciconiæ roſtro; ſic iridem bibere vapores cornu utroque terris incumbente. Verum non vapores ab arcu attolluntur; ſed a cauſſa arcus, ſole nimirum. Pluviam autem eo ſignificant, quia non fiunt, niſi in nube rorida; qualis plurimum in pluviam mox reſolvitur, nec tamen id ſine diſcrimine. Oſtendit hoc Seneca lib. I. Nat. Quæſt. cap. VI. &c. Vide Voſſium lib. III. de origine & progreſſu Idololatriæ cap. XIV. Rhodigin. lib. XXIV. var. lect. cap. XXIX. Turneb. lib. XXIX. Adverſar. cap. XXXI.

Solis & atratis luxerit orbis equis.] *Luxerit*

Cur ſerus verſare boves, & plauſtra Bootes,
  Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus:
Curve ſuos fines altum non exeat æquor,
  Plenus & in partes quattuor annus eat:
Sub terris ſint jura deum, & tormenta gigantum,
  Tiſiphones atro ſi furit angue caput:
Aut Alcmæoniæ furiæ, aut jejunia Phinei;
  Num rota, num ſcopuli, num ſitis inter aquas;
Num tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
  Cerberus, & Tityo jugera pauca novem:
An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes,
  Et timor haud ultra, quam rogus, eſſe poteſt.
Exitus hic vitæ ſupereſt mihi. vos, quibus arma
  Grata magis, Craſſi ſigna referte domum.

Dic

VARIORUM.

Lugere ſolem in deliquio videntur ſenſiſſe veteres, quod cum ex hoc loco colligi poteſt, tum ex Auguſtino de civitate Dei lib. III. cap. XV. ubi de Romuli morte agit; *Quaſi vero ſi luctus ille ſolis fuiſſet, non magis ideo credi deberet occiſus, ipſumque ſcelus averſionem etiam diurni luminis indicatum.* Douſa F.

Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus.) Spiſſum ignem tribuit his ſtellis, quod ſint in ſe conglobatæ & βότρυ⊙ ἀχλὺν ϖροσομένην κεκλίμεναι, ut Theo loquitur in Aratum: unde & nomen illi ὅτι ϖλησίοι ἀλλήλων κεῖνται, ut inter alia ibidem addit. Hinc Manil. lib. IV.

Pleiadum parvo referens glomerabile ſidus.

Cur autem *Pleiadum chorum* dicat, ut & Horat. lib. IV. Carmin.

Indomitas prope qualis undas
Exercet Auſter, Pleiadum choro
Scindente nubes ---

Neutrubi explicant Commentatores. Puto autem hanc ſubeſſe cauſam, quod *Pleiades exiſtimentur choream ducere ſtellis*, ut tradit Hygenus. quam Electra poſt Trojam captam dolore permota deſeruit, & a ceteris ſeſe removit. ne laſcivire videretur in luctu. Douſa F.

Cur coit igne chorus.) pro *igne* opinor legendum *imbre*, quod Pleiades ſint imbriferæ, ut Lucano dicuntur, Statio *aquoſa* & *nubila*, *madida* Claudiano. N. Heinſius ad Metam. l. 10. verſ. 508.

Craſſi ſigna referte domum.) Indigniſſime ferebant Romani, Cæſo cum exercitu Craſſo ſua apud Parthos ſigna oſtendi captiva, triumphantaque, & ea repoſcebant. Proinde Maro VII Æn. ſcripſit

Auroramque ſequi Parthosque repetere ſigna. Turneb.

Majorum-

V.

DIc mihi de noſtra, quæ ſentis, vera puella:
Sic tibi ſint dominæ Lygdame lenta juga.
Dum me lætitia timefactum fallis inani,
Hæc referens, quæ me credere velle putas.
Omnis enim debet ſine vano nuntius eſſe,
Majoremque timens ſervus habere fidem.
Nunc mihi, ſi qua tenes, ab origine dicere prima
Incipe. ſuſpenſis auribus iſta bibam.
Siccine eam incomptis vidiſti flere capillis?
Illius ex oculis multa cadebat aqua?
Nec ſpeculum ſtrato vidiſti Lygdame lecto?
Ornabat niveas nullane gemma manus?
Ac mœſtam teneris veſtem pendere lacertis?
Scriniaque ad lecti clauſa jacere pedes?
Triſtis erat domus, & triſtes ſua penſa miniſtræ
Carpebant? medio nebat & ipſa loco?
Humidaque impreſſa ſiccabat lumina lana?
Rettulit & querulo jurgia noſtra ſono?
Hæc te teſte mihi promiſſa eſt Lygdame merces?
Eſt pœnæ ſervo rumpere teſte fidem.

Ille

J. SCALIGER.

Majoremque timens ſervus) *Timens ſervus.* εὐβλαβής.

Eſt pœna ſervo rumpere teſte fidem] *Teſte*, pro Teſti plane frequens apud Propertium. Teſtem ſervum cave intelligas in jure. nam ſervum hominem cauſſam dicere leges non ſinunt, neque teſtimonii dictio eſt, inquit ille in Phormione. Et Comicus apud Philonem: οὐ γὰρ μετεῖναι τῶν νόμων δούλοις ἔφυ. Sed accipe teſtem ſimpliciter, qui interrogatus de aliqua re reſpondet.

VARIORUM.

Nec ſpeculum ſtrato vidiſti, Lygdame, lecto.) An in lecto ſtrato nullum erat ſpeculum? An cum lecto ſtrato? Utrumque nec ſpeculum in lecto, nec lectum ſtratum fuiſſe indicium probæ fœminæ. Nam ſpeculum ad commendationem formæ pertinet; & lectus aulæis, purpurave ſtratus ad luxuriam. De ſpeculi uſu Apulejus Apologia priore. *Paſſ.*

Ac mœſtam.] Malim, *an mœſtam.* in Modii Cod. erat: *At mœſtam. Douſa F.*

Loco.) Lego *Foco. Douſa P.*

Ille poteſt nullo miſeram me linquere facto?
  Æqualem nulla dicere habere domo?
Gaudet me vacuo ſolam tabeſcere lecto?
  Si placet inſultet, Lygdame, morte mea.
Non me moribus illa ſed herbis improba vicit:
  Staminea rhombi ducitur ille rota.
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ,
  Et lecta exectis anguibus oſſa trahunt,
Et ſtrigis inventæ per buſta jacentia plumæ.
  Cinctaque funeſto lanea vitta viro,
Si non vana canunt mea ſomnia, Lygdame, teſtor:
  Pœna erit ante meos ſera, ſed ampla pedes.

Putris

J. SCALIGER.

Æqualem nulla) Emendo, *Ac qualem* Ille poteſt dicere domi ſuę amicam, qualem in nulla domo alius habere poſſit.

Si placet, inſultet Lygdame morte meà) Lege, *morte mea.* ut ſupra *ſervo teſte* Lucillius:

Eſuriente leoni ex ore exculpere prædam.

Improba non vicit) Totidem verbis verſum reconcinnarunt, qui alio ordine verborum ſcriptus eſt.

Non me moribus illa, ſed herbis improba vicit.

Cinctaque funeſto lanea vitta viro) Lanearum tæniarum in ſepulchris, quas κειρίας Græci vocabant, meminit Varro. Vide primum Conjectaneum noſtrum.

VARIORUM.

Si non vana canunt.) Malim. *ſi non vana cadunt.* Eadem pæne phraſi uſus eſt Eleg. 10. lib. 1.

Non tibi pro vano verba benigna cadant.
& Eleg. 16. eod. lib.

At mea nocturno verba cadunt Zephyro

Teſtor.) pro prædico, auguror poſuit. Ita Corn. Nep. Themiſtocle. *Univerſos pares eſſe poſſe ajebat, diſperſos teſtabatur perituros.* Ita locus ille ex v. l. legendus.

Pœna erit.) Legerim:

Pœna erit ante ejus ſera ſed ampla pedes.
Nondum enim loquitur Propertius, ſed Cynthia de Propertio & novis ejus amoribus, quibus diſcidium prædicit, Confirmant hoc quæ ſequuntur.

Putris & in vacuo texetur aranea lecto.
Ait lectum eorum deſertum fore & vacuum. jam vero quæ vacua ſunt arenearum plena eſſe dicimus. Catullus.
Plenus ſacculus eſt aranearum. Afranius apud Feſtum in Tamne:

-- *Arcula tua plena eſt aranearum*
Plautus Aulul. Sc. 2. Lectum vacuum idem Propertius lib. 2. Eleg. 2. dicit. Sed quod ait Venerem illorum dormituram, aliter, atque ab aliis factum, interpretor, hoc nim. Tibulliano.

Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cum jaceret abditus ſinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners ſenile penis extulit caput.

Adhuc verba Cynthiæ. ſequuntur jam alia Propertii *Quo tibi &c.* ut vel hinc videamus verba præcedentia eſſe Cynthiæ, quibus illa pœnam Propertio paratam eſſe dicit. *Scioppius Veriſimil. l. 3. C. 20.*

Putris

Putris & in vacuo texetur aranea lecto:
Noctibus illorum dormiet ipſa Venus.
Quæ tibi ſi veris animis eſt queſta puella,
Hac eadem rurſus, Lygdame, curre via,
Et mea cum multis lacrymis mandata reporta,
Iram, non fraudes eſſe in amore meo.
Me quoque conſimili impoſitum torquerier igni.
Jurabo & bis ſex integer eſſe dies.
Quod mihi ſi tanto felix concordia bello
Extiterit, per me, Lygdame, liber eris.

VI.

Ergone ſollicitæ tu cauſſa pecunia vitæ es,
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.
Tu Pætum ad Pharios tendentem lintea portus
Obruis inſano terque quaterque mari.
Nam dum te ſequitur, primo miſer excidit ævo,
Et nova longinquis piſcibus eſca natat:
Et mater non juſta piæ dare debita terræ,
Nec pote cognatos inter humare rogos.
Sed tua nunc volucres aſtant ſuper oſſa marinæ,
Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.
Infelix Aquilo, raptæ timor Orithyiæ,
Quæ ſpolia ex illo tanta fuere tibi?

Aut

J. SCALIGER.

Putris & in vacuo texetur aranea lecto) Notum Penelopen in Odyſſea hoc dicere de maritali lecto ſuo.

Et nova longinquis piſcibus eſca natat) Deinceps lege diſtichon *Flens tamen extremis*, cum quinque ſequentibus.

Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina?
    Portabat ſanctos alveus ille viros.
Pæte quid ætatem numeras? quid cara natanti
    Mater in ore tibi eſt? non habet unda deos.
Nam tibi nocturnis ad ſaxa ligata procellis
    Omnia detrito vincula fune cadunt.
Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas,
    Quæ notat Argyni pœna natantis aquæ.
Hoc juvene amiſſo, claſſem non ſolvit Atrides,
    Pro qua mactata eſt Iphigenia mora.

Reddi-

J. SCALIGER.

Qua natat Argenni) Scribe auctore libro noſtro:

Qua notat Argyni pœna natantis aqua.

Argynus delitiæ Agamemnonis dum natat in Cephiſo amne Bœotiæ a flumine abſorptus periit. Auctores Stephanus, Athenæus libro XIII. & alii. Legendum vero *aqua* non *aqua*. Quæ litora notat aqua pœna natantis Argyni. Ergo Cephiſus exoneratur in Aulidem.

Hoc juvene amiſſo claſſem non ſolvit Atrides] Non obſcure dicit, quia Agamemnon perſequens Argynum coëgerit eum ſe præcipitem in Cephiſum mittere, unde gurgite abſorptus perierit, propterea numinum ira retentam claſſem Agamemnonis; Contra Seneca dicit non propter Argyni, ſed cujuſdam regis, qui inter Argonautas fuerit, mortem, Aulidis portum ab eo tempore iniquum fuiſſe navibus ſolventibus. Ita enim in Medea canit Chorus:

Aulis amiſſi memor inde Regis
Portubus lentis retinet carinas
Stare querentes.

Jam nullus ex Argonautis Rex eorum tractuum fuit præter Erginum regem Orchomeniorum, quem non obſcure ait periiſſe in Aulide, quum alii aliter eum periiſſe dicant. Quomodocunque igitur aut ubicunque perierit, Neptunus exegit pœnas cædis ejus in poſterum, ut locus, ubi perierit, ſit iniquus navibus. Cujus enim eſt claſſes morari, niſi Neptuni? Atqui Neptuni filius erat Erginus. Val. Flaccus:

Haud minus Erginus proles Neptunia fertur.

Itaque Argynum cum Ergino confudit vel Propertius, vel Seneca. Quod cogitare debebat ille, qui in Tragœdias Senecæ commentarios edidit. Non enim ego, ſed ipſi Poëtæ confundunt: quod tam verum eſt, quam ridiculum de Tiphy intelligendum apud Senecam, ut ipſe vult: quaſi Tiphys fuerit Rex. Deinde male interpretatur apud Senecam τὸ *inde*: quaſi referendum ad Tiphyn, quum de expeditione Argonautica accipiendum ſit, propter quam ait multos ex Argonautis periiſſe, & eorum mortem poſteritati magno conſtitiſſe. Totus enim chorus declamat in eos, qui primi mare navigationibus aperuerunt. Deinde magis ridiculus eſt Commentator, quum tempora Argonautica Trojanis antiquiora cauſatur, ut inde nos hallucinatos probet. Atqui hallucinatus eſt ipſius Seneca, qui culpam ſæculi Argonautici

confert

Reddite corpus humo; poſitaque in gurgite vita,
  Pætum ſponte tua vilis arena tegas.
Et quoties Pæti tranſibit nauta ſepulcrum,
  Dicat, & audaci tu timor eſſe potes.
Ite rates curvæ,& leti texite cauſſas.
  Iſta per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat fatis, adjecimus undas.
  Fortunæ miſeras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates:
  Quid meritum dicas cui ſua terra parum eſt?
Ventorum eſt quodcunque paras,haud ulla carina
  Conſenuit. fallit portus & ipſe fidem.
Natura inſidians pontum ſubſtravit avaris.
  Ut tibi ſuccedat, vix ſemel eſſe poteſt.
Saxa triumphales fregere Capharea puppes.
  Naufraga cum vaſto Græcia tracta ſalo eſt.
Paullatim ſocium jacturam flevit Ulyſſes,
  In mare cui ſoli non valuere doli.

Quod

confert in claſſem expeditionis Troicæ. Sed pædagogica pædagogis relinquamus.

VARIORUM.

Argyni.) Argenus in deliciis Agamemnonis fuit,qui cū claſſis in Aulide ſtaret, ventis reflantibus adverſis, in litore Bœoto, cecidit in Cephiſum amnem. ſubmerſusque eſt, cum eum navi ſubiſſet: nec ejus mors tamen ſecundos ſolvendæ claſſi ventos impetravit. Argynus Stephano vocatur. Dicit igitur, qua natat & fluit Cephiſus: videlicet, pœna minantis aquæ Argyni, quod eſt, in quo merſus minacibus undis oppetiit Argynus. Littora ſunt teſtantia Agamemnonis curas, potius ingreſſus Cephiſum. fortaſſis minaciter locutus eſt inſultavitque fluvio. *Turneb.*

J. SCALIGER.

Et leti texite cauſſas) Lege, *cauſſam.* Cauſſa leti, eſt letum ipſum, ut Juriſconſulto, cauſſa bonorum, bona ipſa.

Terris adjecimus undas) Repone *fatis adjecimus undas*, Ita liber.

VARIORUM.

Reddite corpus humo, &c.) Ad hujus loci perſpicuitatem mirifice facit ille Petronii locus: *Et ſi nihil aliud, certe diutius junctos mare nos feret, vel ſi maluerit miſericors ad idem littus expellere, aut præteriens aliquis tralaticia humanitate lapidabit, aut quod ultimum eſt, iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet.* Douſa F.

Non

Quod ſi contentus patrio bove verteret agros,
Verbaque duxiſſet pondus habere mea;
Viveret ante ſuos dulcis conviva penates,
Pauper, at in terra nil ubi flere poteſt.
Non tulit hic Pætus ſtridorem audire procellæ,
Et duro teneras lædere fune manus.

*

Sed thyæ thalamo, aut Oricia terebintho
Effultum pluma verſicolore caput.
Huic fluctus vivo radicitus abſtulit ungues,
Et miſer inviſam traxit hiatus aquam.

Hunc

J. SCALIGER.

Non tulit Pætus) Vide quid mali fecit tranſpoſitio, quia de Pæto hic fit mentio, & quia propter tranſpoſitionem, obſcurum erat, in quem ſenſum hæc accipienda eſſent, propterea corrupta fuit lectio etiam in libro ſcripto, in quo omnes tranſpoſitiones, & in vulgatis extant. Sed legendum: *Non tulit huic pectus*. Altera comparatio Ulyſſis cum Pæto. Non ſuſtinuit, inquit, Vlyſſes audire ſtridorem procellæ niſi fultus caput pulvillo. At contra Pætus prorſus ſubmerſus eſt. Totum autem ita legendum:

Non tulit huic pectus ſtridorem audire procellæ,
Et duro teneras lædere fune manus,
Sed thyiæ thalamo, aut Oricia terebinthi
Effulto pluma verſicolore caput.

Sed thyæ thalamo aut Oricia terebintho) Palam eſt legendum eſſe, *Oricia terebinthi*. Virgilius:

Incluſum buxo, aut Oricia terebintho.

Serenus:

Nec non reſinas ex Oricia terebintho.

Invidioſe autem hæc finxit. Nam apud Homerum nihil tale. Eſt autem ῥητορικὴ potius quam ποιητικὴ δείνωσις.

Huic fluctus vivo radicitus abſtulit ungues) Hoc verum eſt naufragis & ungues a cute recedere, & extremitates cabeſcere. Quod quum videret ſuperſtitioſa antiquitas, tanquam naufragium deprecari vellet, quo ſcilicet ſciebat ungues radicitus avelli, ſolebat ſibi ungues præſecare, quoties turbaret mare. Petronius; *Audio enim non licere cuiquam mortalium in navi neque ungues neque capillos præcidere, niſi quum pelago ventus iraſcitur*. Ergo irato mari capillorum reſectione naufragium deprecabantur, ut evaderent, unguium præſectione, ne enecarentur in mari.

Et miſer invitam traxit hiatus aquam) Proverbium eſt, πρὸς κῦμα χάσκειν. Et vetus poëta in Catalectis noſtris capite de naufragio: *Illic immanes mors obſito ſolvit hiatus*. Ab hoc autem verſiculo ſequitur, *Quod ſi contentus*. Deinde Poſtremo; *At in ſave Aquilo*. Itaque antehac penitus ignorabatur hæc elegia.

VARIORUM.

Sed thyæ thalamo.) id eſt lecto pretioſo ex thyæ arboris ligno, quam eandem volunt eſſe cum citro. De ea Plin. XLIII, cap. 15 & 16, & de ejus uſu in ſupellectile. *Paſſerat.*

Oricia Terebintho.) Id eſt Epeirotica nam Oricos portus & oppidum Epeiri.

Hunc

Hunc parvo ferri vidit nox improba ligno.
Pætus ut occideret, tot coiere mala.
Flens tamen extremis dedit hæc mandata querelis,
Cum moribunda niger clauderet ora liquor.
Di maris Ægæi quos ſunt penes æquora, venti,
Et quocunque meum degravat unda caput,
Quo rapitis miſeros primæ lanuginis annos?
Attulimus longas in freta veſtra manus.
Ah miſer Alcyonum ſcopulis adfligar acutis:
In me cæruleo fuſcina ſumpta deo eſt.

At

J. SCALIGER.

Hunc parvo ferri) Comparatio Ulyſſis naufragii cum iſto Pæti. Hunc, inquit, Ulyſſem nox improba vidit ferri parvo fragmento, quo tandem incolumis in Phæaciam appulit. At contra infelix Pætus tot malis obrutus non potuit enatare. Parvum lignum vocat, quam Homerus σχεδίην. At hic eſt μνημονικὸν ἁμάρτημα, vel potius oratorie ad invidiam hæc fingit. Nam hoc non noctu, ſed interdiu accidit. Nox improba eſt, quam κατυλάδα νύκτα vulgo dici ſolitam temporibus ſuis ſcribit Apollonius. Ab hoc diſticho illud poſtea interjiciendum: *Non tulit.*

Attulimus longas) Non perjurio debilitatas. Religio veterum, quam ſupra tetigimus ex Horatio: *Ulla ſi juris tibi pejerati*, &c. Putabant, ut apparet, perjuros membro aliquo debiles, mancos, mutilos fieri. Quare idem ſignificat, quum ait: *Portabat ſanctos alveus ille viros.* Hoc eſt non perjuros.

In me cæruleo fuſcina ſumpta deo eſt) Imitatur Homerum in Ulyſſis naufragio:

ὣς εἰπὼν σύναγε νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον
χερσὶ τρίαιναν ἑλὼν --

VARIORUM.

Attulimus longas in freta veſtra manus) Innuit reciproca fluctuum ac ſcopulorum colliſione manus digitoſque ſibi breviores factos, admutilatumque ſe unguibus & extremis corporis partibus deraſis avulſiſque radicitus, quos integros attulerat in mare. Id quod ſolere fieri, atque adeo ſæpe eveniſſe hominibus naufragio in noſtrum littus expulſis non ab acutis ſcopulis Halcyonum (ut Pæto) qui apud nos nulli ſunt, ſed arenarum & fluctuum mutuo colliſorum attritu geluque (quod *acutum* merito vocat Horatius) intentiſſimi acrimonia, oculati teſtes eſſe poſſumus. *Douſa P.*

Adfigar) Recte. Non *adfligar*, ut habent editiones, & probat Gebhardus. Gronovius Obſerv. l. 4. c. 8, quem vide

In

At ſaltem Italiæ regionibus evehat æſtus.
  Hoc de me ſat erit, ſi modo matris erit.
Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus,
  Ultima que Pæto noxque dieſque fuit.
O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ,
  Et tu materno tacta dolore Thetis,
Vos decuit laſſo ſupponere brachia mento:
  Non poterat veſtras ille gravare manus.
At tu ſæve Aquilo nunquam mea vela videbis.
  Ante fores dominæ condar oportet iners.

VII.

DUlcis ad extremas fuerat mihi rixa lucernas,
  Vocis & inſanæ tot maledicta tuæ,
Cum furibunda mero menſam propellis, & in me
  Projicis inſana cymbia plena manu.

Tu

In mé cæruleo fuſcina ſumpta Deo eſt.) Neptunum cenſebant tridente ſuo non ſolum mare, ſed terram etiam movere & labefactare : ſed & partes abrumpere. Maro 11. Æn.

Neptunus muros magnoq; emota tridenti
Fundamenta quatit. ---

Quod & Tritonem fuſcina etiam facere poëtæ canunt. Accius apud Ciceronem 11. de Nat. Deor.

Aut forte Triton fuſcina evertens ſpecus
Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo ſaxeã ad cœlũ eruit.

Turneb.

J. SCALIGER.

Subtrahit hæc fantem) Hæc quoque ad verbum ex eodem naufragio:

ὡς ἄρα μιν εἰπόντ' ἔλασε μέγα κῦμα κατ' ἄκρης
δεινὸν ἐπεσσύμενον --

Ultima quæ Pæto) Poſtea inſere diſtichon: *Pæte, quid ætatem numeras*, cum ſequenti. *Quid ætatem numeras*, ergo dicit: quia paulo ante deplorabat ultimam pubertatem: *Quo rapitis miſeros prima lanuginis annos. prima lanuginis*, πρωθήβην ſe vocat. *Ora puer prima ſignans intonſa juventa.*

Noxque dieſque fuit.) Veram putamus nobiliſſ. Jani Douzæ caſtigationem. *noxque dieſque fuit.*

Non poterat veſtras) Subjunge quinque diſticha: *Reddite corpus humo.*

VARIORUM.

Ultima quæ Pæto &c.] Ego quovis pignore præſtare paratus ſum, hoc modo Propertium noſtrum ſcripſiſſe:
Ultima quæ Pæto noxq; dieſq; fuit. Douſa P.

Quæ

Tu vero noſtros audax invade capillos.
  Et mea formoſis unguibus ora nota:
Tu minitare oculos ſubjecta exurere flamma,
  Fac mea reſciſſo pectora nuda ſinu.
Nimirum veri dantur mihi ſigna caloris.
  Nam ſine amore gravi femina nulla dolet.
Quæ mulier rabida jactat convicia lingua,
  Et Veneris magnæ volvitur ante pedes,
Cuſtodum gregibus quæ circa ſtipat euntem,
  Seu ſequitur medias, Mænas ut acta, vias,
Seu timidam crebro dementia ſomnia terrent,
  Seu miſeram in tabula picta puella movet:
His ego tormentis animi ſum verus aruſpex:
  Has didici certo ſæpe in amore notas.
Non eſt certa fides, quam non injuria verſat.
  Hoſtibus eveniat lenta puella meis.
In morſo æquales videant mea vulnera collo.
  Me doceat livor mecum habuiſſe meam.
Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem,
  Sive meas lacrymas, ſive videre tuas:
Tecta ſuperciliis ſi quando verba remittis,
  Aut tua cum digitis ſcripta ſilenda notas.

Odi

J. SCALIGER.

Quæ mulier gravida) Lege, *rabida*. Nam ſcriptum fuerat, *ravida*.

VARIORUM.

Hoſtibus eveniat lenta puella meis.) Plerumque *Hoſtibus evenire* optabant, quæ averſabantur. Ovid. lib. III. De Arte Am.

Hoſtibus eveniat tam fœdi cauſa pudoris,
Inque nurus Parthas dedecus illud eat.

Idem Epiſt. XV. Heroid.

Hoſtibus eveniant convicia talia noſtris. Briſſon.

Ai

Odi ego quos nunquam pungunt ſuſpiria ſomnos:
  Semper in iratam pallidus eſſe velim.
Dulcior ignis erat Paridi cum grata per arma
  Tyndaridi poterat gaudia ferre ſuæ.
Dum vincunt Danai, dum reſtat barbarus Hector,
  Ille Helenæ in gremio maxima bella gerit.
Aut tecum, aut pro te mihi cum rivalibus arma
  Semper erunt, in te pax mihi nulla placet.
Gaude, quod nulla eſt æque formoſa, doleres,
  Si qua foret. nunc ſis jure ſuperba licet.
At tibi, qui noſtro nexiſti retia lecto,
  Sit ſocer æternum, nec ſine matre domus:
Cui nunc ſi qua data eſt furandæ copia noctis,
  Offenſa illa mihi, non tibi amica dedit.

VIII.

MÆcenas eques Etruſco de ſanguine regum,
  Intra fortunam qui cupis eſſe tuam,

Quid

J. SCALIGER.

At tibi qui noſtro tendiſti.) Repone *nexiſti* ex Chariſio.

VARIORVM.

Odi ego qua.) Legendum non male fortaſſis divinavi. *Odi ego quos nunquam pungunt ſuſpiria ſomnos.* q. d. non optarim mihi tales noctes, in quibus non interdum crebra ob iratam dominam ſuſpiria ſomnum mihi adimant. *Scioppius Veriſſimil. l. 4. c. 4.*

Cum grata per arma, &c.] Conjeceram *Graia*: ſed præcepit Palmerius, ineptus tamen in hoc, quod *Graia per arma* exponit *Martem Graiis faventem*: atque ille amplius Paſſeratius, qui dubitabat, an *per arma ferre gaudia* eſſet oſculari per galeam. Damnavit hoc ipſe ex ſequentibus. *Grata per arma* eſt tempore belli quo Graii infeſtis armis Helenam repetebant *Gebhard.*

Grata per arma.) *Graja* proculdubio reponendum, eo magis quod eadem depravatio ſit alibi apud eundem.

Et Methymnæi grata ſaliva meri.

ubi legendum *Graja*, præſertim cum Scaliger in Vet. ſuo Cod *Graca* pro *Grata* exſtare moneat. Idem error in Ovid. lib. Amor. 1.

Grataque in Iliacis manibus uxor erat.

Cum & ibi emendandum ſit *Grajaque.* nec non apud Papin. Sylvar. 3.

Quam Romanus honos & Graja licentia miſcent.

argutiſſime ut Græcorum levitas Romanæ quaſi gravitatis mixtura aptiſſime ac decentiſſime temperetur. Male in impreſſis omnibus *grata* legitur. *Douſa. P.*

Cum rivalibus arma.) Obſervandum *arma* eleganter pro *bellis* poſita hoc verſu. *Douſa P.*

Intra fortunam.) Lego *infra fortunam.* Seneca Medea Actu. 3.

Fortuna ſemper omnis infra me ſtetit.

N. Heinſius. 3. Triſt. Eleg. 4. *Flamma*

Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in æquor?
Non ſunt apta meæ grandia vela rati.
Turpe eſt quod nequeas capiti cōmittere pondus.
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur ulla jugo.
Gloria Lyſippo eſt, animoſa effingere ſigna:
Exactis Calamis ſe mihi jactat equis.
In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles:
Parrhaſius parva vindicat arte locum.
Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ:
At Myos exiguum flectit acanthus iter.

Phidi-

J. SCALIGER.

Flammi. nec ex æquo) Malim *Fama*, ut nonnullæ editiones, jugum trutinæ intelligit, non currum, ut putabat Beroaldus.

Exactis Calamis ſe mihi jactat equis] Tangit hiſtoriam. Olympiæ dicatus erat ab Hierone tyranno Siciliæ currus æneus cum bigis. Currus factus ab Onata, equi a Calamide: tanquam qui currum feciſſet Onatas, non excelleret in equis faciendis, ut Calamis. Habes hoc apud Pauſaniam Eliacorum ſecundo. Sed quod in quadrigis pingendis excelluerit Plinius docet.

Pyreicus parva) Hunc locum ita depravavit Beroaldus, cum antea legeretur, *Parrhaſius parva*, ut & habet liber noſter: atque adeo in eo ſerio triumphat, atque exſultat. Subſcriptorem etiam jactantiæ Picum illum eruditiſſimum laudat. Ego multum video recedi a veſtigiis lectionis, ſi pro *Parrhaſius*, *Pyreicus* legamus. Præterea quare in artificum illa enumeratione omnium principem Parrhaſium prætermiſiſſet ut viliſſimarum rerum pictorem, qui ab eo dictus ῥυπαρογράφος nominaret? Quamobrem melius eſt tantum artificem hic ſecurum in ſuis ſedibus relinquere, quam illi tantam injuriam facere. pro *parva* autem lego. *parta*. Partam artem Parrhaſii vocat eam, cujus ipſe repertor fuit, nempe ſymmetriam picturæ, argutias vultus, elegantiam capilli, venuſtatem oris, quæ eſt picturæ ſumma ſubtilitas. Is ea primus excogitavit, ut ait Plinius. *Parta* igitur propria, Sic infra: *Praxitelem proprius vindicat arte lapis.* Quare ad hunc locum intelligendum lege amplius Plinium libro quinto & triceſimo. Atque Beroaldum cum ſua emendatione ἐγκρεμάσαι κλαίειν τὴν κεφαλὴν jube. Poteſt & legi, *priva*. hoc eſt ἰδιαζούση. Et fortaſſe melius.

Argumenta magis) Argumenta ſunt formæ ipſæ & ſigilla. ut & Servius velle videtur in Aſpidopœia Virgilii, in illud, *Argumentum ingens*. Ego in vetuſtiſſima hiſtoria martyrum inveni: *quadrigas ſolis cum argumentis.*

At Myos exiguum) Noſter liber corrupte, *At mirum exiguus.*

Phidiacus ſigno ſe Juppiter ornat eburno:
  Praxitelem propria vindicat arte lapis.
Eſt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ:
  Eſt, quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis.
  Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.
At tua, Mæcenas, vitæ præcepta recepi.
  Cogor & exemplis te ſuperare tuis.
Cum tibi Romano dominas in honore ſecures,
  Et liceat medio ponere jura foro,
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes,
  Atque onerare tuam fixa per arma domum:
Et tibi ad effectum vires det Cæſar, & omni
  Tempore tam faciles inſinuentur opes:

Parcis

J. SCALIGER.

Sunt quibus Elea) Noſter liber, *Eſt quibus Elea*. item, *Eſt quibus in celeres*. Hellenifmus ἔστιν οἷς τισίν. hoc eſt quibuſdam.

VARIORUM.

At tua Mæcenas &c.) Hoc vult Poëta, Mæcenatum, modo voluiſſet, aut conſulatus dignitatem facile adipiſci potuiſſe, aut imperatorem bellique ducem fieri: at ſua ipſum ſe fortuna maluiſſe involvere, modicumque honorem maximo anteferre, atque hanc ſummam eſſe ejus laudem. Idem breviter tangit Pedo Eleg. I.

Majus erat potuiſſe, tamen nec velle triumphos:
Major res magnis abſtinuiſſe fuit.

Et notavit obiter Tacit. Annal. lib. III. cap. XXX. Ubi de Salluſtio Criſpo agit, *Atque ille*, ait, *quamquam prompto ad capeſſendos honores aditu, Mæcenatem æmulatus, ſine dignitate ſenatoria multos Triumphalium conſularumque potentia anteiit*. Meibomius.

Onerare fixa per arma domum.) Ita & Livius lib. XXIV. cum ſenatum legeret & ſuppleret M. Fabius dictator: *legit qui Ædiles, Tribuni, Quæſtoresve fuerant, tum ex iis, qui ſpolia ex hoſte fixa domi haberent, aut civicam coronam accepiſſent*. Ait autem *domi fixa*. Recte. nam ſolent poſtibus ipſis & foribus ſuſpendi, in tranſeuntium aſpectum. Id eſt quod Polybius dicit, *in conſpectiſſimo ædium loco poſita*; etſi poëta filius in atriis etiam locat. lib. VI. Sed in poſtibus magis & exempla evincunt. Feſtus, *Antipagmenta, valvarum ornamenta, quæ antis adpanguntur* id eſt, adfiguntur. *Antas*, autem idem explicat, *latera oſtiorum*. Livius lib. XXXVIII. *Spolia ejus urbis ante currum laturus, & fixurus in poſtibus ſuis*. Vide Lipſium lib. V. de Mil. Rom. Dial. XVIII. & Rycquium cap. XXIIX. de Capitol. Rom.

Tota

Parcis, & in tenues humilem te colligis umbras.
Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus.
Crede mihi: magnos æquabunt iſta Camillos
Judicia, & venies tu quoque in ora virum:
Cæſaris & famæ veſtigia juncta tenebis.
Mæcenatis erunt vera tropea, fides.
Non ego velifera tumidum mare findo carina:
Tota ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.
Non flebo in cineres arcem ſediſſe paternos
Cadmi, nec ſemper prœlia clade pari:
Nec referam Scæas, & Pergama, Apollinis arces,
Et Danaum decimo vere rediſſe rates;
Mœnia cum Grajo Neptunia preſſit aratro
Victor Palladiæ ligneus artis equus.

Inter

J. SCALIGER.

Tota ſub exiguo) Mallem, *Tuta*. Supra in eandem ſententiam:
Tranquillo tuta deſcendis flumine cymba.

Non flebo in cineres) Cineres paternos mire dixit pro cineribus, quibus cauſſa pater fuit Oedipus. Notum propter imprecationes Oedipi filios mutuis ſe vulneribus confeciſſe.

Prælia clade pari) Alluſum ad proverbium, καδμεία νίκη.

Mœnia quum Grajo Neptunia preſſit aratro) Peregrinam litem Romano jure decidit. Nam illud plane Romani juris eſt. Horatius:
-- *imprimeretque muris*
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

VARIORUM.

Mœnia cum Grajo Neptunia preſſit aratro) Mos vetuſtus; quo evertendis urbibus aratrum inducebatur, ſicuti in condendis idem adhiberi conſueverat: quare oppida, quæ prius circumducta erant aratro, ab orbe & urvo, urbes: & Coloniæ Romanæ omnes in literis antiquis ſcribuntur urbes, quod item conditæ, ut Roma. Significant id Senecæ verba lib. de Clement. 1. *Deinde*, inquit, *cædibus in exitia gentium ſerpere, & injicere tectis ignem, aratrum vetuſtis urbibus inducere.* Horat. carm. lib. 1.
Imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Et Acron interpres: *Condendis*, inquit, *atque evertendis urbibus hæc conſuetudo fuit, ut aratro fieret.* Virgil. *Interea Æneas urbem deſignat aratro.* Modeſtinus in D. Quibus modis uſus fructus amittatur, *Si*, inquit *uſus fructus* civitati legetur, & aratrum in ea inducatur, civitas eſſe deſinit, ut paſſa eſt Carthago: ideoque quaſi morte deſinit habere uſumfructum. *Rodiginus.*

Ei

Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos,
Et ceciniſſe modis pure poëta tuis.
Hæc curent pueri, curent hæc ſcripta puellæ;
Meque deum clament & mihi ſacra ferant.
Te duce vel Jovis arma canam, cæloque minantem
Cæum, & Phlegræis Oromedonta jugis:
Celſaque Romanis decerpta palatia tauris
Ordiar, & cæſo mœnia firma Remo,
Eductoſque pares ſilveſtri ex ubere reges:
Creſcet & ingenium ſub tua juſſa meum:
Proſequar & currus utroque ab littore ovantes
Parthorum, aſtutæ tela remiſſa fugæ:
Caſtraque Peluſi Romano ſubruta ferro,
Antonîque graves in ſua fata manus.
Mollis tu cœptæ fautor cape lora juventæ,
Dexteraque immiſſis da mihi ſigna rotis.
Hoc mihi Mæcenas laudis concedis; & a te eſt,
Quod ferar in partes ipſe fuiſſe tuas.

Mirabar

J. SCALIGER.

Et ceciniſſe modis Coë poëta tuis) Caſtigatio Beroaldi, *Coë*. Antea, ut & in ſcripto noſtro, *dure*. Minimo negotio potuit, *pure*. Ita ergo repone. Purum poëtam Philetam intelligit, cui in mollitie carminis primas dat, ut ſupra:

Tu ſatius muſis meliorem imitere Philetam.

Hoc etiam videtur feciſſe Hermeſianax, quum ait:

οἶσθα δὲ καὶ τ̃ ἀοιδὸν, ὃν εὐρυπύλου πολιῆται
κῶοι χάλκειον θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ
Βαττίδα μολπάζοντα θοὴν ἀρὶ πάντα Φιλητᾶν
ῥήματα, καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιώ,

Et mihi ſacra ferant) Noſter, *dona ferant*.

VARIORUM.

Celſaque Romanis &c.) Decerpere palatia interpretor, Decerpere gramen, quod olim in illo loco erat, ubi nunc eſt palatium. Sic in Priapejis ſæpe, *Carpere & decerpere hortos*, pomaria &c. i. e. fructus ex horto. Jam de tauris in palatio optime ipſe te docebit Propertius principio libri quarti. *Scioppius Veriſimil. lib. 4. C. 4.*

Parthorum aſtuta.) Sic Manilius lib. 5. *terra remiſſa* dicit pro a terra remiſſa. Nihil igitur eſt hic mutandum, tanquam comptius ſit *aſtuta fuga*. ut voluit Freinshemius. Gronovius Obſerv. lib. 1. cap. 11.

Et

IX.

MIrabar quidnam miſiſſent mane Camœnæ
  Ante meum ſtantes, ſole rubente, torum.
Natalis noſtræ ſignum miſere puellæ,
  Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos.
Tranſeat hic ſine nube dies, ſtent aëre venti,
  Ponat & in ſicco molliter unda minas.
Aſpiciam nullos hodierna luce dolentes,
  Et Niobes lacrymas ſupprimat ipſe lapis.
Halcyonum poſitis requieſcant ora querelis,
  Increpet abſumptum nec ſua mater Ityn.
Tuque o cara mihi, felicibus edita pennis,
  Surge, & poſcentes juſta precare deos.
Ac primum pura ſomnum tibi diſcute lympha,
  Et nitidas preſſo pollice finge comas.
Dein qua primum oculos cœpiſti veſte Properti,
  Indue, nec vacuum flore relinque caput:

Et

J. SCALIGER.

Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos) Plaudentes enim dicebant, io Natalis. ut Io Saturnalia, ſupra ex Arriano.

Et poſcentes juſta) *Juſta*, τὰ νόμιμα, τὰ ἱκνούμενα, ut juſta funebria.

Ac primum pura ſomnum) Perſius: — *Et noctem flumine purgas. Eunapius in Aëdeſio*: τοῦτ' οὖν παῖδα καλεῖ, ἰδὼν ὄψιν καὶ τὸ πρόσωπον ἀποσμήχεσθαι τῷ ὕδατι βαλόμενος. Sommiaverat autem ille.

VARIORUM.

Et Manibus fauſtos ter crepuere ſinus) Alluſum ad illam ter crepandi plaudendique conſuetudinem Apertum ex Horat. l. carm. II. od. XII.

Lætum theatris ter crepuit ſonium.

Vide Turneb. lib. XVIII. Adv. cap. XII.

Tuque o cara mihi felicibus edita pennis) Guljel. Canterus in Novis Lectionibus: *pennis* id eſt, avibus interpretatur. Ego ſimpliciter *pennas* pro augurio accipio & agnoſco tranſmarinam Venerem, quam e Callimacho, non inſpectam aut obſervatam aliis, eruo primus. Sic enim ille hymno in Lavacra Palladis.

Γνωσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος, ὅ τε πέτονται
  Ἤλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.

Ubi πτέρυγας augurium interpretor quomodo videtur etiam Politianus intellexiſſe, quum vertit;

Cognoſcet volucrum quæ proſpera, quæque volatu
  Irrita, cujus item triſte ſit augurium.

Itaque ἀγαθαὶ πτέρυγες reſpondent, Propertii *felicibus pennis* Douſa F.

Et pete, qua polles, ut ſit tibi forma perennis,
  Inque meum ſemper ſtent tua regna caput,
Inde coronatas ubi thure piaveris aras,
  Luxerit & tota flamma ſecunda domo,
Sit menſæ ratio, noxque inter pocula currat,
  Et crocino nares murrheus ungat onyx.
Tibia nocturnis ſuccumbat rauca choreis,
  Et ſint nequitiæ libera verba tuæ:
Dulciaque ingratos adimant convivia ſomnos,
  • Publica vicinæ perſtrepat ara viæ.
Sit ſors & nobis talorum interprete jactu,
  Quem gravibus pennis verberet ille puer.
Cum fuerit multis exacta trientibus hora,
  Noctis & inſtituet ſacra miniſtra Venus,
Annua ſolvamus thalamo ſollennia noſtro,
  Nataliſque tui ſic peragamus iter.

X.

Quid mirare, meam ſi verſat femina vitam,
  Et trahit addictum ſub ſua jura virum?

Cri-

J. SCALIGER.

• *Publica vicina perſtrepat ara via*) In noſtro, *aura*. & fortaſſe melius. Eſt autem hypallage Propertio familiariſſima, pro, Aura perſtrepat publicæ viæ. Si retinemus *ara*, intelligetur eos κωμάζειν ad aram, quæ proximo compito erat. Sic Dio de Julia Augusti filia: πλὴν μὲν τὴν Ἰουλίαν τὴν θυγατέρα ἀσελγαίνουσαν οὕτως, ὥστε καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπ' αὐτοῦ γε τοῦ βήματος καὶ κωμάζειν νύκτωρ καὶ συμπίνειν, &c.

Quem gravibus pennis) At Horatius non forte, ſed mercede bibendi:

-- Dicat Opuntia
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat ſagitta.

VARIORUM.

Crocino.) Crocinum unguentum, quod ex aromatibus fiebat & croco, in oleo macerato, ut ait Dioſcorid lib. 1. Dictum a croco *crocinum*. ſupple unguentum, ut ab amaracro amaracinum. Plaut. Curc. Sc. II. Act. I. *Tu ſtacte, tu cinnamomum, tu Roſa, tu Crocinum, & Caſia es.*

Publica vicina perſtrepat ara via.] Aræ quædam erant privatæ. Unde Cicero: *Hic ara, hic foci, hic dii penates.* Aliæ publicæ, ut publici Sacerdotes, Augures, feriæ, ſacra. Ejuſmodi aræ publicæ quædam in via, ut in Moſtellaria Plaut. Act. V. Sc. I. *Aram in via Tranio occupat.* Idem in Mercat. Sc. I. Act IV. Curcul. Act. I. Sc. I. Aulul. Act. IV. Sc. I. *Paſſeratius.*

Tam

Criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis,
Quod nequeam fracto rumpere vincla jugo?
Venturam melius præſagit navita noctem:
Vulneribus didicit miles habere metum.
Iſta ego præterita jactavi verba juventa,
Tu nunc exemplo diſce timere meo.
Colchis flagrantes adamantina ſub juga tauros
Egit & armigera prœlia ſevit humo,
Cuſtodiſque feros clauſit ſerpentis hiatus,
Iret ut Aeſonias aurea lana domos.
Auſa ferox ab equo quondam oppugnare ſagittis
Mæotis Danaum Pentheſilea rates.
Aurea cui poſtquam nudavit caſſida frontem,
Vicit victorem candida forma virum.
Omphale in tantum formæ proceſſit honorem,
Lydia Gygæo tincta puella lacu,

Ut

VARIORVM.

Armigera prælia ſevit humo.) *Prælia* pro præliatoribus ponit, ut *conjugium* pro conjuge, *hoſpitium* pro hoſpite, ſic Cicero in III. de Legib. *Vincula* pro vinctis; Manilius lib. IV. *triumphum* pro triumphatrice, dixit. νοσήματα Ariſtophanes ἀντὶ τοῖς νοσήμοις. *miniſteria* pro ſervis & miniſtratoribus Juriſconſulti ſæpe. *noxam* pro reo, qui nocuit, iidem §. 1. Inſtit. de noxal. actionibus. *Douſa F.*

Aurea cui poſtquam nudavit caſſida frontem.) Citat hunc verſum Chariſ. lib. 1. in *Caſſis* & *caſſida*, & illum Virgil. XI. Æn.

Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati Caſſida. — —

Ubi tamen Servius vult eſſe accuſativum pro nominativo. Sed ſic Varro apud Nonium in *Viſcum* & *compedes compedam* dixit, pro compede, & *Chlamyda*, pro Chlamys apud eundem in Chlamys: & *Itonida* pro Itonis; Feſtus. dicebatur & *Caſſila*: Feſtus *l.* pro *d.* Paſſerat.

Omphale.) De Omphale Donat. in illud Eunuchi Act. III. Sc VIII. *Qui minus quam Hercules ſervivit Omphale. Omphale*, inquit. *Lydia regina fuit, quæ Herculem ſibi ſervientem etiam ad lanificium compulit; cum ipſa calathum, colum cultuſque femineos ſagittis, clava & leonis tegmine mutaſſet.* Lege Athen. lib. VI. Plut. in Theoſ. Ovid. II. de Arte & in Epiſt. Deinairæ. Apollod. lib. II & Palæphatus.

Gygæo lacus.) *Gygæus lacus.* γυγαίη λίμνη, Homero in Catalogo navium ſub finem. Strabo lib. XIII. *Gygæum lacum*, qui poſtea Colous dictus eſt XL. Stadia ab urbe Sardibus abeſſe ſcribit Plin. lib. V. cap. XXXIX. Hyde civitas (Mœoniæ) clara ſtagno Gygæo. dictus a Gyge rege lacus notiſſimo fabuloſo illo annulo, de quo multum Herodotus & Plato. *Idem.*

Ut, qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas,
  Tam dura traheret mollia penſa manu.
Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis urbem,
  Ut ſolidum cocto tolleret aggere opus:
Et duo in adverſum immiſſi per mœnia currus,
  Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus,
Duxit & Eufratem medium, qua condidit arces,
  Juſſit & imperio ſurgere Bactra caput.
Nam quid ego heroas, quid raptẽ in crimina divos?
  Jupiter infamat ſeque ſuamque domum.
Quid, modo quæ noſtris opprobria vexerit armis,
  Et famulos inter femina trita ſuos?
Conjugis obſcœni ptetium Romana popoſcit
  Mœnia & addictos in ſua regna patres.
Noxia Alexandria, dolis aptiſſima tellus,
  Et toties noſtro Memphi cruenta malo,
Tres ubi Pompejo detraxit arena triumphos,
  Tollet nulla dies hanc tibi Roma notam.

Iſſent

J. SCALIGER.

Tam dura traheret) Sic alibi:
Teſtis erit Dirce tam vero crimine ſæva.

VARIORUM.

Statuiſſet in orbe columnas) De Herculis columnis vid. Apollod. lib. II Strabo lib. III. & Plin. lib. III.

Duxit & Euphratem medium.) Duxit i. e. induxit, immiſit, ut influeret effecit, & quaſi Urbem divideret. Diod. lib. II. Non inductum Eufratem, ſed conſtructas hinc inde domos, & conditam urbem ſcribit Herodot. lib. I.

Et toties noſtro Memphi cruenta malo.) Nam Gabinius armis reduxit Ptolemeum in regnum, multique milites illic remanſerunt. Deinde Pompejus illic interfectus. Poſtea Cæſar Alexandriæ obſeſſus & difficillimo implicitus bello. Poſtremo M. Antonius ibidem obſeſſus, multique Romanorum utrimque cæſi. *Paſſerat.*

Tres ubi Pompejo, &c.) Victus Pompejus & fœde interemptus in ipſo littore omnem vitæ ſuperioris laudem & gloriam amiſit. Itaque arena ipſa & littus, ubi cæſus eſt, illi videtur triplicis triumphi gloriam detraxiſſe. Cicero pro Sextio: *Is qui tripartitas orbis terrarum opes oras tribus triumphis adjunctas huic imperio notavit.* Plin. lib. VII. cap. XXVI. Ter Pompejum triumphaſſe ſcribit. Primum Sicilia recepta, & ſubacta Africa. Deinde in ditionem redacta Hiſpania. Poſtremo pacato mari, victo Mithridate & Oriente pœne ſubacto. *Idem.*

Una

Iſſent Phlægræo melius tibi funera campo,
    Vel tua ſi ſocero colla daturus eras.
Scilicet inceſti meretrix regina Canopi,
    Una Philippeo ſanguine aduſta nota,
Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubin,
    Et Tiberim Nili cogere ferre minas:
Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro,
    Baridos & contis roſtra Liburna ſequi;

Fœdaque

J. SCALIGER.

Una Philippeo ſanguine aduſta nota) Malo, *inuſta*. Et omnino ita legendum.

VARIORUM.

Inceſti meretrix regina Canopi) In Epigrammate Auguſti Glaphyre dicitur. Erat autem ſcortum Glaphyra, mater Archelai, quem Antonius regem Cappadociæ fecit. Dio lib. XLIX. de Cleopatra autem Plinius lib. IX. cap. XXXVI. *Ut regina meretrix ejus lautitiam omnem apparatumque obtrectans*. Inceſtus Canopus, ob inceſtum regum Ægyptiorum, cum ſororibus.

Canopi.) Servius in illud IV. Georg. *Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi.* Canopus civitas juxta Alexandriam dicta a Canobo gubernatore Menelai. Plin. lib. V cap. XXXI. Inſula, unde *Canopicum* oſtium Nili, Straboni lib. XV.

Una Philippæa ſanguine aduſta nota.) i. e. infamia genti & ſanguini Philippi & Alexandri ita hærens, ut tolli nunquam poſſit. Tranſlatum a notis quæ inuruntur vel mancipiis vel pecori.

Jovi noſtro latrantem opponere Anubim.) Diodorus ait, fuiſſe in Oſiridis exercitu Anubim, canino tegmine contectum: qui & venator fuiſſe dicitur. Ejus etiam opera, canis inſtar indagantis membra Oſiridis, uſa in hoc negotio Iſis dicitur. Itaque idem capite pingebatur canino, ut Servius monet in 8. Æn.

Omnigenumque Deum monſtra, & latrator Anubis.

Semicanem Deum cum Lucano, vel *ſemihominem canem* dixeris cum Sedulio in opere Paſchali. Aliis tamen placet eo fingi κυνοκέφαλον *canino capite* quia fuerit κυνηγέτης: vel propterea quod foret Oſiridis & Iſidis σωματοφύλαξ, *corporis cuſtos*. Quomodo ob communem cuſtodiam, & *canem* pro *cuſtode*, & *cuſtodem* pro *cane* dixerunt: ut oſtendi Oratoriarum Inſtit. lib. IV. cap. VI. Sect. III. *Voſſius*.

Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro.) Siſtrum inſtrumentum erat Ægyptium e metallo arguto, quo in ſacris Iſidis utebantur, ab agitatione nomen habet: nam agitatum & concuſſum tinnitus argutos edebat; eratque parte ſui ſuperiore, ut Plutarchus ſcribit, rotundum, celatumque: eratque in ſummæ ejus capſidis vertice vultus felis, qua concutiebatur Iſidis & Nephthys facies. Heſychius cymbala interpretatur. Quæ infantibus crepitacula tribuuntur crepitum concuſſu reddentia argutum, ſiſtra dici poſſunt. Videor vidiſſe imaginem Iſidis cum ſiſtro. Siſtri autem ſpecies ovalis erat & manubriata in ora undique tintinabula habens, ut agitatum tinnitum redderet maximum, quæ pulſarentur. *Turnebus*.

Baridos.) Genus navigii & cymbæ apud Ægyptios *Baris* eſt, qua vehebantur ad ſepulturam cadavera. Diodor. lib. I. & Herod. lib. I. Vide Victorium lib. X. cap. IX.

Fœdaque Tarpejo conopea tendere ſaxo,
  Jura dare ſtatuas inter & arma Mari.
Quid nunc Tarquini factas juvat eſſe ſecures,
  Nomine quem ſimili vita ſuperba notat?
Si mulier patienda fuit? cape Roma triumphum,
  Et longam Auguſto ſalva precare diem.
Fugiſti tamen in timidi vaga flumina Nili:
  Accepere tuæ Romula vincla manus.
Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris,
  Et trahere occultum membra ſoporis iter.
Non hæc, Roma, fuit tanto tibi cive verenda,
  Dixit & aſſiduo lingua ſepulta mero.

Septem

J. SCALIGER.

Fœdaque Tarpejo conopea tendere ſaxo) Et Horatius ſuper eadem hiſtoria:

Interque ſigna, turpe, militaria
Sol aſpicit conopeum.

Conopeum proprium Ægyptiorum, qui culicibus acriter infeſtantur. Nam propter paludes Nili, & maritima Ægypti eorum ibi magna copia. Plinius libro nono, capite ſeptimo, & quadrageſimo: *Adeoque, nihil non gignitur in mari. ut coponarum etiam æſtiva animalia, pernici moleſta ſaltu, aut quæ capillus maxima celat, exiſtant.* Lege: *ut conopeorum etiam.* Conopeorum animalia ſunt *σικοίνωπες*, culices. Ait Plinius etiam piſces infeſtari culicibus, & pediculis. Nam animalia, quæ capillus celat, ſunt *φθεῖρες*, *κώνωπας* vero allucitas vocavit Petronius, ſi Placiadæ credimus: *Nam centum vernales me allucita moleſtabant.*

VARIORUM.

Jura dare ſtatuas inter & arma Mari.) *Arma* recte vocatur a poëta, quod varia armorum miſcella Tropæorum moles conſtrueretur. ut præter alios multos, Virgilius oſtendit initio XI. Æn. cum Statio Papinio lib. II. ſub finem Thebaid. & nobilia illa Tropæa Mariana teſtantur de Cimbris Teutoniſque lapidea, quæ a Caſtello Aquarum (ubi quondam conſtiterant) in ſuggeſtum Capitolinum S. P. Q. R. transferri nuper juſſit. *Rycquius.*

Nomine quem ſimili vita ſuperba notat.) Male legit Paſſeratius *quam.* & mutat interpunctionem. Fallitur enim dum exiſtimat loqui Propertium de Cleopatra, non de Antonio. Fugit, inquam, illum ratio, de neutro loquitur, ſed de ipſo Tarquinio Superbo. Senſus eſt; nihil profuturum fuiſſe exactum urbe ac dejectum regno Tarquinium Superbum; ſi mulieris impotentis jugum Romanis cervicibus accipiendum fuiſſet.

Nomine quem ſimili vita ſuperba notat. Periphraſis eſt Tarquinii Superbi, qui re & nomine erat ſuperbus, cujus vita non diſſentiebat a nomine. Livius. lib. I. cap. XLIX. Florus lib. I. cap. VII. *Gebhard.*

At

Septem urbs alta jugis, toti quæ præſidet orbi,
  Femineas timuit territa Marte minas.
Annibalis ſpolia, & victi monimenta Syphacis,
  Et Pyrrhi ad noſtros gloria fracta pedes.
Curtius expletis ſtatuit monimenta lacunis:
  At Decius miſſo prœlia rupit equo.
Coclitis abſciſſos teſtatur ſemita pontes,
  Et cui cognomen corvus habere dedit.

Hæc

J. SCALIGER.

At Decius miſſo) Vide num inverſum ac præpoſtere poſitum ſit, pro : *Admiſſo Decius*. Quid ſit admittere equum, nemo paulo doctior ignorat.

VARIORVM.

Victi monimenta Syphacis.) Livius libr. xxx. narrat quomodo victus & captus & ductus in triumphum ſecundum Polybium. Ibidem tamen in libro extremo, eos ſequitur, qui ductum in triumphum negant, aitque mortuum Tibure, & ita ſubtractum ei ſpectaculo. De eo rege vide Livium a fine lib xxiv. ad finem xxx. Val. Max. lib. vi. cap. ii. de Scipione: Duorum Regum Syphacis & Perſæ ante triumphales currus catenatæ cervices & cap. ult. lib. vi. exemplo ult. & cap. i. lib. v. Eutrop. lib. iii. Syphax Numidiæ rex (qui ſe pœnis conjunxerat) captus, & cum infinitis ſpoliis a Scipione Romam miſſus.

Curtius &c.] Cum medium forum in immenſam altitudinem deſediſſet, reſponſum eſt compleri non aliter poſſe, quam ea re, qua plurimum Romanus populus poſſet. Id M. Curtius de virtute & armis interpretatus, armatus, & equo inſidens ſe in eam voraginem immiſit, & ita hiatus terræ expletus. Livius lib. vii. non longe ab initio. Val. Max. lib. v. cap. vi.

Decius, &c.) Livius lib. viii. De patre Decio, qui ſe pro exercitus ſalute devovit. & de filio lib. x. Cicero i. Tuſcul. iii. de Nat. Deor. i. & ii. de Divinat.

Coclitis.) *Cocles* dictus, quod alterum in pugna oculum amiſiſſet, ut ſcribit Dionyſ. lib. v. Varro lib. vi. de LL. *Ab oculo cocles, quaſi ocles, & unoculus, ut in Plauti Curcul. de Coclitum proſapia eſſe arbitror.* Hiſtoria eſt apud Livium lib. ii. Dionyſ. lib. v. Val. Max. cap. ii. lib. iii. *Paſſerat.*

Et cui cognomen Corvus habere dedit.) Hunc M. Valerium, qui a Corvo adjutore cognomen invenit, cum in omnibus antiquis libris *Corvinus* vocetur eruditi quidam noſtræ tempeſtatis homines, & in Rom. hiſtoriæ cognitione cum primis exercitati *Corvum*, non *Corvinum* vocati jubent: quod in vetuſtis lapidibus ita nomen hoc ſcriptum repetiatur. Ab antiquis tamen poëtis aperte *Corvinus* appellatur. Claudianus in Eutropium.

Agmina Brutorum Corvinorumque caterva.

Manilius;

Et cum militia volueris Corvinus adeptus
Et ſpolia, & nomen, qui geſtat in alite Phœbum.

Muretus. De pugna Valerii cum Gallo & Corvo auxiliatore Livius lib. vii. Gellius lib. ix. cap. xi.

Aut

Hæc Di cōdiderunt, hæc Di quoq; mœnia ſervant.
  Vix timeat, ſalvo Cæſare, Roma Jovem.
Nunc ubi Scipiadæ claſſes? ubi ſigna Camilli?
  Aut modo Pompeia Boſphora capta manu?
Leucadius verſas acies memorabit Apollo.
  Tantum operis belli ſuſtulit una dies.
At tu, ſive petes portus, ſeu navita linques,
  Cæſaris in toto ſis memor Ionio.

XI.

POſtume plorantem potuiſti linquere Gallam?
  Miles & Auguſti fortia ſigna ſequi?
Tantine ulla fuit ſpoliati gloria Parthi,
  Ne faceres Galla multa rogante tua?
Si fas eſt omnes pariter pereatis avari,
  Et quiſquis fido prætulit arma toro.
Tu tamen injecta tectus veſane lacerna
  Potabis galea feſſus Araxis aquam.
Illa quidem interea fama tabeſcet inani,
  Hæc tua ne virtus fiat amara tibi;

Neve

J. SCALIGER.

Aut ubi Pompeja) Noſter, *Aut modo Pompei.*

VARIORUM.

Scipiadæ claſſes.) Livius lib. XXVIII. ſub finem.

Signa Camilli) Signa Romanis adempta in prælio ad Alliam Camillus e Gallis recepit. Plut. in Camillo Livius lib. V.

Pompeja Boſphora capta manu) Boſphorum Cimmerium intelligit in ore Mæotidis paludis, qui ob vicinum Pontum in ditione Mithridatis fuit. Cicero pro Muræna Mithridatem Boſphorum confugiſſe ait. Gentes autem ad illum Boſphorum & Mæotin devicit Pompejus. Plut. in Pomp.

Leucadius.) vide Strabonem lib. x. & Leucas dicta ab albicanti colore petræ. Apud Plin. lib. IV. cap I. Leucadia peninſula Epiri; Leucas oppidum; Leucates promontorium.

Quam

Neve tua Medæ lætentur cæde ſagittæ,
  Ferreus aurato neu cataphractus equo,
Neve aliquid de te flendum referatur in urna.
  Sic redeunt, illis qui cecidere locis.
Ter quater in caſta felix o Poſtume Galla,
  Moribus his alia conjuge dignus eras.
Quid faciet nullo munita puella timore,
  Cum ſit luxuriæ Roma magiſtra tuæ?
Sed ſecurus eas: Gallam non munera vincent,
  Duritiæque tuæ non erit illa memor.
Nam quocunque die ſalvum te fata remittent,
  Pendebit collo Galla pudica tuo.
Poſtumus alter erit miranda conjuge Ulyſſes:
  Non illi longæ tot nocuere moræ.

Caſtra

J. SCALIGER.

Quum ſit luxuria Roma magiſtra tuæ) Hæc non ſunt nauci: ſed omnia ſpuria, & a correctoribus jamdudum ſuppoſita. Nam eandem falſam ſcripturam retinet liber noſter: atqui aliter ſcripſerat Propertius, niſi nos fallit conjectura noſtra. Cenſemus enim ita ſcripſiſſe:

Quid faciet nullo munita puella timore.
Quum ſis luxuria norma magiſtra tua?

Quid, inquit, faciet puella libera mariti imperio, quum illi maritus præeat viam luxuriæ? Non erit mirum, a puella virum relinqui, a quo prius ipſa relicta ſit. Habet exemplum domi, quod ſequatur.

VARIORUM.

Ferreus aurato.) Legendum ſuſpicor

Ferreus arato neu cataphractus equo.

Confirmat ſuſpicionem noſtram Claudianus de VI. conſul. Honorii.

Ut chalybe indutos equites, & in ære latentes
Vidit cornipedes.

Curtius lib. 4. *Equitibus equiſque tegumenta erant, ex ferreis laminis ſerie inter ſe connexis.* Douſa F.

Cataphractus.) *Cataphractos* definit Servius, *qui & ipſi muniti* ferro ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. Salluſt. hiſt. lib. IX. *Qui prætergrediebantur equites cataphracti, ferrea omni ſpecie: Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modū plumæ adnexuerat.*

Neve aliquid de te. &c.) Eorum, qui militię perierant, oſſa in urna in patriam referebantur plerumque, & factis exequiis ſepulturæ mandabantur. quod libro II. de Legibus Cicero fieri permittit his verbis, *Homini mortuo ne oſſa legito, qui poſt funus faciat. Excipe bellicam peregrinamque mortem.* Turn.

Urna.) Cineres collecti vaſculis quibusdam includebantur, quæ Latini *Urnas* vocant. Proprio tamen nomine hæ urnulæ *Oſſuaria* dicebantur. Græcis ὀστοθήκη vel ὀστεοδοχεῖα. Vetus Inſcriptio: *Julia. Fuſcinia. oſſuarium. viva. ſibi. fecit.* Meminit & hujus vocis Ulpianus D. de ſepulc. violato leg. II. Vide Kirchman. lib. III. de Fun. Rom. cap. VIII.

Lam.

Caſtra decẽ annorũ,& Cyconũ mõs,Iſmara,Calpe,
Exuſtæque tuæ mox, Polypheme, genæ,
Et Circæ fraudes,lotoſque, herbæque tenaces.
Scyllaque, alterna ſciſſa Charybdis aqua:
Lampeties Ithacis verubus mugiſſe juvencos,
(Paverat hos Phœbo filia Lampetie)
Et thalamum Ææx flentis fugiſſe puellæ,
Totque hiemis noctes, totque nataſſe dies,
Nigranteſque domos animarum intraſſe ſilentum,
Sirenum ſurdo remige adiſſe lacus,
Et veteres arcus leto renovaſſe procorum.
Erroriſque ſui ſic ſtatuiſſe modum.
Nec fruſtra: quia caſta domi perſederat uxor.
Vincit Penelopes Dælia Galla fidem,

XII.

QUæritis, unde avidis nox ſit pretioſa puellis,
Et Venere exhauſtæ damna querantur opes?
Certa quidem tantis cauſſa & manifeſta ruinis.
Luxuriæ nimium libera facta via eſt.

Inda

VARIORUM.

Lampeties.) In Sicilia Solis boves ſtabulabantur, quas filia Lampetie cum ſorore Phaëtuſa cuſtodiebant, quæ ab Homero Eupolocamæ, hoc eſt, pulcricomæ, ſive bene comatæ cognominantur Circe Ulyſſem admonuit, ut ab hiſce gregibus abſtineret, ſi incolumis in patriam reverti deſideraret; Ulyſſes ſocios jurare coëgit ſe boves ſolis, ovesque nequaquam violaturos, qui annona deficiente, jurisjurandi obliti, clam Ulyſſe boves ſolis interfecerunt, & verubus viſcera trementia figentes aſſarunt: & his epulis exempta eſt fames. Tunc Lampetie apud Ulyſſem queſta eſt de hac injuria, & Jupiter orante ſole, fœdam procelloſamque immiſit tempeſtatem, quæ Ulyſſem & Ulyſſis ſocios afflixit, *Beroald.*

Luxuria) Recte mihi, Properti, cauſſam malorum, fæminarum impudicitiæ atque adulteriorum luxuriæ aſſignas. Supra.

Cum ſit luxuria Roma magiſtra tua.
Quippe fæminæ aſſuetæ laute & ſplendide veſtiri, cum ex dote ac cenſu virorum non ſuppetat, hoc illicitis artibus ac legibus prohibito obſequio quærunt. Hoc ante noſtrum Callimachum intellexit Euripides, nulli alii cauſſæ abitum Helenes adſcribens, quam quod luxuriæ ſuæ in pauperculi Menelai re ſatisfacere nequiret. *Gebhard.*

Qua

Inda cavis aurum mittit formica metallis,
Et venit e rubro concha Erycina ſalo,
Et Tyros oſtrinos præbet Cadmea colores,
Cinnamon & multi paſtor odoris Arabs.
Hæc etiam clauſas expugnant arma pudicas,
Quæque terunt faſtus Icarioti tuos.
Matrona incedit cenſus induta nepotum,
Et ſpolia opprobrii noſtra per ora trahit.
Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reverentia dandi:
Aut, ſi qua eſt, pretio tollitur ipſa mora.
Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos aurora ſuis rubra colorat equis.
Namque, ubi mortifero jacta eſt fax ultima lecto,
Uxorum fuſis ſtat pia turba comis.
Et certamen habent leti, quæ viva ſequatur
Conjugium. pudor eſt, non licuiſſe mori.
Ardent victrices. & flammæ pectora præbent,
Imponuntque ſuis ora peruſta viris.

Hic

J. SCALIGER.

Quæ viva ſequatur Conjugium) Hoc eſt, conjugem. Supra:

-- *& totum femina conjugium.*

Juvenalis:

-- *ſed nec Electra jugulo ſe polluit, aut Spartani*
Sanguine conjugii --

VARIORUM.

Terunt faſtus, &c.) Ea, quæ nobis in uſu ſunt, terimus, ut verbi gratia, veſtem: igitur per tranſlationem eas mulieres dicit faſtus terere, quæ faſtuoſæ ſunt, quæ faſtu utuntur, quæ ſuperbæ & inſolentes ſunt. *Turneb.*

Matrona incedit cenſus induta nepotum.) Seneca lib. de vita Beata. *Quare uxor tua locupletis domus cenſum auribus gerit.* idem alibi: *video uniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos: junguntur inter ſe, & inſuper alii bini ſuperponuntur. Non ſatis muliebris inſania viros ſubjecerat, niſi bina ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent.* Ovid. II. de Arte. *Quis furor eſt cenſus corpore ferre ſuos.*

Felix Eois lex funeris una maritis) Servius lib. V. Æn. ad hæc verba: --- *famulumne patentis;* *Fuit*, inquit, *hæc majorum conſuetudo, ſicut hodieque apud Indos eſt, ut quoties reges moriebantur, cum his dilecti equi vel ſervi, & una de uxoribus charior circa rogum occiſi incenderentur, inter quas de hac erat magna contentio.* Quod vero hic de Indicis mulieribus loquitur Grammaticus, id etiam alii authores adnotare non neglexerunt, Cicero V. Tuſc.

Atque

Hic genus infidum nuptarum, hic nulla puella
  Nec fida Evadne, nec pia Penelope.
Felix agreſtum quondam pacata juventus,
  Divitiæ quorum meſſis, & arbor erant.
Illis munus erat, decuſſa Cydonia ramo,
  Et dare puniceis plena caniſtra rubis,
Nunc violas tondere manu, nunc miſta referre
  Lilia, virgineos lucida per calathos,
Et portare ſuis veſtitas frondibus uvas,
  Aut variam plumæ verſicoloris avem.
His tum blanditiis furtiva per antra puellæ
  Oſcula ſilvicolis empta dedere viris.
Hinulei pellis totos operibat amantes,
  Altaque nativo creverat herba toro,
Pinus & incumbens lentas circumdabat umbras,
  Nec fuerat nudas pœna videre deas.
Corniger Idæi vacuam paſtoris in aulam
  Dux aries ſaturas ipſe reduxit oves.

Dique

J. SCALIGER.

Atque hinuli pellis) Laborat a ſyllabis verſus, etiam in noſtro. Sed τὸ *atque* additum a pædagogulis. Legendum vero:

Hinulei pellis totos operibat amantes.

Horatius:

Vitas hinuleo me ſimilis Chloe.

Nec fuerat nudas) Alibi:

Magnam Tireſias adſpexit Pallada vates,
Fortia dum poſita Gorgone membra lavat.

Vide καλλιμάχου λουτρόν. Nota eſt & fabula Actæonis. Inde Ovidius: *Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ.*

Corniger Idæi) Theocritus:

πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ τ' αὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον
χλωρᾶς ἐκ βοτάνας —

VARRIORVM.

Atque hinuli pellis) *Hinulus* eſt hinnulus, ut Græcis tam ὄννις quam ὄνις dicitur, & vomerem utrumque ſignificat. *Douſa P.*

Lætas.) hilares interpretor ex Martiali

Exercet hilares facilis hortus umbellas.

Alluſum autem ad fabulam Actæonis in ſequenti verſu, cui Dianam nudam vidiſſe pœnæ ac noxæ fuerat. Sed neſcio an argutius Lipſius, docte certe & perquam ſcite.

Et fuerat nudas pœne videre Deas.

utiturque eodem loquendi genere atque iiſdem pœne verbis in Satyris ſuis Horatius:

— Cois tibi pœne videre eſt,
Ut nudam. Douſa P.

Paſtoris in aulam.) Eorumdem Græcorum exemplo *paſtoris aulam* pro caula poſuiſſe videri poteſt Callimachus noſter, cum ſtabulum vel caulam αὐλὰς indigitent Græci, atque eodem nomine domos etiam regias ſive palatia iidem ipſi deſignent. *Idem.*

Præ-

Dique deæque omnes, quibus eſt tutela per agros,
  Præbebant veſtris verba benigna focis.
Et leporem quicunque venis venaberis hoſpes,
  Et ſi forte meo tramite quæris avem:
Et me Pana tibi comitem de rupe vocato,
  Sive petes calamo præmia, ſive cane.
At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis:
  Aurum omnes victa jam pietate colunt.
Auro pulſa fides, auro venalia jura,
  Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.
Torrida ſacrilegum teſtantur lumina Brennum,
  Dum petit intonſi Pythia regna Dei.
At mons laurigero concuſſus vertice diras
  Gallica Parnaſſus ſparſit in arma nives.

Te

J. SCALIGER.

Præbebant veſtris verba benigna focis) In noſtro eſt, *verba ſecunda*, quæ recta eſt lectio. hoc eſt loquebantur ipſis ſermone ſecundo. ὕϱεϊον eſt in ea ſignificatione apud Græcos uſurpatum. Legendum autem *verſis*, non *veſtris*: Verrere focum. Nam menſis ſublatis, verſo foco tempore hiemis ait eos verba inter ſe ſerere conſueſſe.

VARIORUM.

Sive petas calamo præmia) Ex hoc loco aliquis ignarus fuci, rei etiam piſcatoriæ præeſſe Faunum ſuſpicari poſſit, niſi Prop. noſter lib. 2. Eleg. 19. prodidiſſet

Et ſtricto figere avem calamo.

Stricto. i. diſtricto ſeu emiſſo, quomodo & *ſtringere gladium* pro *diſtringere* dictitamus h. e. vagina educere. *Calamum* a Poëtis pro *ſagitta* interdum ſumi, exempla in promptu. Nobis unum ſufficiet Horat. *Et calami ſpicula Gnoſii*. poſſet tamen & pro virga aucupis viſco illini ſolita in priore Propertii exemplo poſitum aliquis interpretari; ſuffragante eidem Martiali meo, cui conſonum quoque vetus ac Plautinum proverbium illud: *Arundo alas verberat*. ſed & Propert. lib 4. Eleg. 2. de Fauno loquens, caſſes illi & arundinem, i. calamum, ſeu jaculum tribuit. Unde perſpicue palam fit nobis, hunc locum de aucupio, non vero de piſcatus genere hamatili intelligendum. *Præmia* quoque pro *præda* poſita, quomodo & *præmiatores* pro prædatoribus notavimus ſupra in Tibullo. cui Propertianam etiam auctoritatem addas licebit.

Nam cui non ego ſum fallaci præmia vati. Douſa P. Per *calamum* hic non ſagitta intelligitur, ſed calamus aucupatorius, ſive arundo creſcens, quæ aves tangebat ac veluti fixas vinctasque capiendas dabat. Et ſic ſuperius *ſtructo calamo* non *ſtricto* legendum eſſe dudum docuit *Salmaſius*.

Brennum.) De Brenno vide Callimachum hymn. in Delum, a verſ. LXXIII. & Scholiaſten, qui hiſtoriam explicat. Val. Max. lib. I. cap. II. & Pauſan. in Phocicis. Strabo lib. IV. Delphici templi a Gallis direpti meminit & auri Toloſam avecti.

Te ſcelus accepto Thracis Polymeſtoris auro
  Nutrit in hoſpitio non Polydore pio.
Tu quoque ut auratos gereres Eriphyla lacertos,
  Dilapſis nuſquam eſt Amphiaraus equis.
Proloquar, atque utinam patriæ ſim vanus aruſpex.
  Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis.
Certa loquor, ſed nulla fides. neq; enim Ilia quōdā
  Verax Pergameis Mænas habenda malis.
Sola Parin Phrygiæ fatum componere, ſola
  Fallacem patriæ ſerpere dixit equum.
Ille furor patriæ fuit utilis, ille parenti.
  Experta eſt veros irrita lingua Deos.

XIII.

MUlta tuæ, Sparte, miramur jura palæſtræ,
  Sed mage virginei tot bona gymnaſii,

Quod

J. SCALIGER.

Neque enim Ilia quondam) *Ilia*, pro Ilienſis. Libro IIII. *Ilia tellus vincet.* -- Sic vetus interpres Virgilii annotat a Plauto dictum, Hector Ilius, pro Ilienſis.

VARIORUM.

Polymneſtoris.) de Rege Thracum Polymneſtore, & ejus in Polydorum ſcelere Euripid. in Hecub. Ovid. XII. Met.

Polymneſtoris.) Scribe *Polymeſtoris.* nam libri veteres *Polymeſtoris.* πολυμήστωρ eſt etiam apud Euripidem in Hecubæ initio, ſyllaba correpta. Plura Heinſius ad Metam. l. 13. verſ. 430.

Eriphyla.) Supr. lib. II. El. XIII.

Vanus aruſpex.) id veriſſimum puto, non *verus aruſpex*. neque enim optat aut imprecatur mala patriæ ſuæ, ſed prædicit tantum. ſic lib. 4. ex perſona vatis cujuſdam.

Vera ſed invito contigit iſta fides.
Douſa F.

Multa tua Sparte miramur jura palæſtra.) Mart. lib. IV. Ep. LV. *Ledaeas palæſtras*, appellavit puellarum luctas, quæ Lacedæmone nudæ ad palæſtram deſcendebant, & cum viris etiam nudis luctabantur. Idem Xenophon de Rep. Lacedæmon. Euripid. in Andromach. cujus rei fœdæ & inhoneſtæ cauſſæ multæ a multis afferuntur. Plut. in *Lycurgo* exiſtimat id inſtitutum fuiſſe ut juvenes puellarum pulcritudine capti, facilius earum nuptias appeterent Ego in honorem Ledæ, quæ proprios edidit Deos, Caſtorem & Pollucem, id fieri ſolitum. Nam quando ipſa Dea Jovi placuit, nuda erat in balneo, in cujus rei memoriam nudæ prodibant in certamen *Ledeæ* memoriæ tributum. *Ramires.*

Inter

Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros,
Cum pila veloces fallit per brachia jactus,
Increpat & verſi clavis adunca trochi,
Pulverulentaque ad extremas ſtat femina metas,
Et pariter duro vulnera pancratio:
Nunc ligat ad ceſtum gaudentia brachia loris,
Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat;
Gyrum pulſat equis, niveum latus enſe revincit,
Virgineumque cavo protegit ære caput.
Et modo Taygeti crines aſperſa pruina,
Sectatur patrios per juga longa canes.

Qualis

J. SCALIGER.

Inter luctantes nuda puella viros) Idem Plutarchus Lycurgo. Item Ovidius:

More tuæ gentis nitida dum nuda palæſtra
Ludis, & es nudis miſta puella viris.

At Euripides non γυμνὰς ſed γυμνοῖσι μηροῖς. id quod φαινομηρίζειν dicebant. Ejus verba hæc ex Andromacha:

αἳ ξὺν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους
γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις ἀνειμένοις
δρόμους, παλαίστρας τ' οὐκ ἀνασχετοὺς ἐμοὶ
κοινὰς ἔχουσι --

Quum pila veloces fallit) Legendum:

Quum pila veloci fallit per brachia jactu.

Sic ſupra:

Hoc magis accepta fallit uterque fide.

λανθάνει.

Et modo Taygeti] Præpoſtere hæc poſita ſunt. Nam præcedens diſtichon, *Qualis Amazonidum*, ſequi debet.

VARIORUM.

Cum pila veloci fallit per brachia jactu.) Quattuor fuiſſe pilæ genera apud Romanos, quibus ludebant, invenio, follem trigonalem, paganicam & harpaſtum, quæ omnia ſub nomine Italicæ Sphæræ a Cælio Aureliano Medico complexa nonnulli credunt. Follis erat pila magna ex aluta confecta, ſoloque vento repleta, quæ ſi maior erat brachiis impellebatur, & ſimpliciter pila interdum nuncupatur: ut apud Nonium ex Varrone, *Purgatum ſcito, quoniam videbis Roma in foro ante lanienas pueros pila expulſim ludere*. & apud Propertium lib. III: *Cum pila veloces*, &c. Interdum etiam *pila* velox, ut apud Horat. Sat. lib. II. Sat. II.

Seu pila velox
Molliter, &c.

Plura vide apud Mercurial. Art. Gymnaſt. lib. II: cap. v.

Pancratio.) Ex lucta & pugilatu tertium quoddam exercitationis genus componebatur, quod Pancratium communiter Gymnaſtici omnes appellabant, in hoc (ut teſtatur Ariſtot. primo Rhet. cap. v.) qui exercebantur adverſarios & pugnis ferire & dejicere ſtudebant: nam pugiles ſolis pugnis contendebant nec unquam complicabantur: luctatores complicabantur & comprimebant ut dejicerent, ſed pugnis minimo percutiebant: pancratiaſtę tum utroque utebantur, & tum etiam quacun-

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
  Thermodoonteis turba lavatur aquis;
Qualis & Eurotæ Pollux & Caſtor arenis,
  Hic victor pugnis, ille futurus equis:
Inter quos Helene nudis capere arma papillis
  Fertur, nec fratres erubuiſſe deos.
Lex igitur Spartana vetat ſecedere amantes,
  Et licet in triviis ad latus eſſe ſuæ:
Nec timor, aut ulla eſt clauſæ tutela puellæ,
  Nec gravis auſteri pœna cavenda viri.
Nullo præmiſſo, de rebus tute loquaris
  Ipſe tuis, longæ nulla repulſa moræ.
Non Tyriæ veſtes errantia lumina fallunt,
  Eſt neque odoratæ cura moleſta domi.
At noſtra ingenti vadit circumdata turba,
  Nec digitum anguſta eſt inſeruiſſe via:
Nec quæ ſint facies, nec quæ ſint verba rogandi,
  Invenias. cæcum verſat amator iter.
Quod ſi jura fores, pugnaſque imitata Laconum,
  Carior hoc eſſes tu mihi, Roma, bono.

XIV. Sic

que alia ratione, ut dentibus, genibus calcibus, talitris, denique toto corpore (ut dixit Pauſanias lib. v. Eliac.) adverſarium vincere contendebant, atque in eo a pugilibus differebant, quod illi pugnis ſtrictis, hi digitis ſolummodo inflexis certabant. *Mercurialis.*

Miſſile nunc diſci pondus &c.] Mercurial. lib. II. Artis Gymn. cap: XII.

Et modo Taygeti, &c.) In Taygeto monte vicino Sparte venatur. Lacænæ virgines ibidem etiam bacchabantur, unde *δύσμαιναι* appellabantur. Mons ille Straboni lib. VIII. Spartæ & Amyclis imminet. Notat Pauſan. in Laconicis in qualibet parte Taygeti loca eſſe venationi aptiſſima, ob caprarum, aprorum, cervorum & urſorum copiam. *Paſſerat.*

J. SCALIGER.

Eſt neque odorata) Repone, *adorata*, ut referunt veſtigia priſcæ ſcripturæ. Neque ita ſe continet domi, ut ibi adoranda ſit, tanquam τιμιωτάτη ἱερά.

Ll

XIV.

Sic ego non ullos jam norim in amore tumultus,
Nec veniat ſine te nox vigilanda mihi,
Ut mihi prætexta pudor eſt velatus amicus,
Et data libertas noſcere amoris iter.
Illa rudes animos per noctes conſcia primas
Imbuit, heu nullis capta Lycinna datis.
Tertius, haud multo minus eſt, cum ducitur annus:
Vix memini nobis verba coiſſe decem.
Cuncta tuus ſepelivit amor, nec femina poſt te
Ulla dedit collo dulcia vincla meo,
Teſtis erit Dirce tam vero crimine ſæva
Nycteos Antiopen accubuiſſe Lyco.

Ah

J. SCALIGER.

Ut mihi prætexta pudor eſt velatus amictu) Hæc non coveniunt, prætexta, & libertas noſcendi amorem. imo depoſita prætexta tunc libera toga ſumebatur. Sed quid in re tritiſſima moror? Hic ſane legendum:

Ut mihi prætexta pudor exvelatus amictu,
Et data libertas noſcere amoris iter,
Illa rudes animos. —

Exvelatus, & evelatus, idem. exjocari. ejocari. Idem Perſius:

totaque impune Saburra
Permiſit ſparſiſſe oculos mihi candidus umbo.

VARIORUM.

Teſtis erit Dyrce.) Fabula eſt apud Apollod. lib. III. ut gravida compreſſu Jovis ad Epopeum confugerit cui nupſit. Nycteo patre ei comminante & ultionem Lyco mandante noviſſimis verbis, qui Epopeo interfecto Antiopen habuit in vinculis, ubi ejus uxor Dirce eam torquebat. vid. & Hygin. Fab. VII. & VIII.

Antiopen accubuiſſe Lyco.) Lycus Thebanorum rex, Hygin & Apoll. locis modo dictis. Frater Nycteos cui & regnum reliquit. Hygin. Fab. VIII. ab Amphione & Zetho interfectus ex Hygin. Fab. VII.

Ah quoties famulam penſis oneravit iniquis,
  Et caput in dura ponere juſſit humo!
Sæpe illam immundis paſſa eſt habitare tenebris:
  Vilem jejunæ ſæpe negavit aquam.
Juppiter Antiopæ nuſquam ſuccurris habenti
  Tot mala? corrumpit dura catena manus.
Si deus es, tibi turpe, tuam ſervire puellam.
  Invocet Antiope quum niſi vincta Jovem?
Sola tamen, quæcunque aderant in corpore vires,
  Regales manicas rupit utraque manu:
Inde Cithæronis timido pede currit in arces.
  Nox erat, & ſparſo triſte cubile gelu.
Sæpe vago Aſopi ſonitu permota fluentis,
  Credebat dominæ pone venire pedes.
Et durum Zethum, & lacrymis Amphiona mollẽ
  Experta eſt ſtabulis mater abacta ſuis.
Ac veluti magnos cum ponunt æquora motus,
  Eurus in adverſos deſinit ire notos:

Littore

J. SCALIGER.

Regales manicas rupit utraque manu) Apollodorus contra: τῶν δεσμῶν αὐτομάτως λυθέντων.

VARIORUM.

Sola tamen, &c.) Hygin. Fab. VII. contra. Poſtquam partus inſtabat, effugit e vinculis Jovis voluntate in montem Cytheronem. & Apollod. lib. III. τῶν δεσμῶν αὐτομάτως λυθέντων. vinculis ultro ſolutis ad filiorum, ait, ſe domicilium recepiſſe.

Cytheronis) Supr. El. II. hoc libro.

Sæpe vago.) Aptius ad ſententiam fuerit. *vaga. Douſa F.*

Aſopi.) Aſopus fluvius, juxta Strab. lib. VIII. eſt præter Thebas fluens, & Cythœronis radices alluens.

Et durum Zethum, & lacrymis Amphiona mollem, &c.) Duro fuit ingenio Zethus, ut Amphion miti. Ille paſtor, hic cytharœdus. Apollod. Ζῆθος ἐπεμελεῖτο βουφορβίων: curam gerebat armentorum, ſive armentarius erat. Horat. Ep. XVIII. lib. I. *Abacta ſtabulis.* Nam Zethus recipere noluit, quia fugitivam arbitraretur. Hygin. Fab. VIII.

Litore

Littore ſi tacito ſonitus rareſcit arenæ:
Sic cadit inflexo lapſa puella genu.
Sera tamen pietas, natis eſt cognitus error.
Digne Jovis natos qui tueare ſenex.
Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bovis.
Antiope cognoſce Jovem. tibi gloria Dirce
Ducitur, in multis mortem habitura locis.
Prata cruentantur Zethi, victorque canebat
Pæana Amphion rupe Aracynthe tua.
At tu non meritam parcas vexare Lycinnam.
Neſcit veſtra ruens ira referre pedem.
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures.
Te ſolam & lignis funeris uſtus amem.

XV.

Nox media, & dominæ mihi venit epiſtola noſtræ,
Tibure me miſſa juſſit adeſſe mora,

Candida

J. Scaliger.

Litore ſic tacito) Lege. *Litore ſi tacito.*

Digne, Jovis pueros qui tueare, ſenex) Bubulce, qui Zethum & Calaim expoſitos ſuſtuliſti, & matrem tandem tecto recepiſti.

Variorum.

Vinxerunt Dircen &c.) Sic Plaut. Pſeud. Sc. II. Act. I. -- *Cras te, quaſi Dircen olim (ut memorant) duo gnati Jovis, ad Taurum devinxere, item hodie te ſtringam ad carnarium, id tibi profecto taurus fiet.* Hygin. Fab. VII.

Pæana.) Suidas Pæanum duo genera facit: unum quod Marti ante victoriam canebatur, alterum poſt prælium Apollini. Plato vero lib. II. de legibus Pæana teſtem veritatis dictorum ac factorum jubet a ſecundo choro invocari. Jul. Pollux, & in averſione & depulſione malorum & in victoria docet Pæana cani ſolitum Apollini. *Taſſer.*

Aracynthe.) Aracynthus mons Bœotiæ. Plin. in Acarnania Ætoliæ parte ponit Aracynthum. lib. IV. cap. II.

Candida qua geminas oſtendunt culmina turres,
Et cadit in patulos lympha Aniena lacus,
Quid faciam? obductis committam mene tenebris?
Ut timeam audaces in mea membra manus?
At, ſi hæc diſtulero noſtro mandata timore,
Nocturno fletus ſevior hoſte mihi.
Peccarim ſemel, & totum ſum pulſus in annum.
In me manſuetas non habet illa manus.
Nec tamen eſt quiſquam, ſacros qui lædat amantes:
Scironis media ſic licet ire via.
Quiſquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris:
Nemo adeo, ut noceat, barbarus eſſe volet.
Luna miniſtrat iter, demonſtrant aſtra ſalebras:
Ipſe amor accenſas percutit ante faces.

Sæva

J. SCALIGER.

Candida qua geminas oſtendunt culmina turres) Miſeret me Beroaldi, qui turres interpretatur columbaria. Atqui fallitur, quũ hic tantũ intelligatur de Tibure. Ait Tibur oſtentari prope Cataracten Anienis. Strabo: ἐν ὄψει δέ εἰσι τοῖς ἐν Ῥώμῃ Τίβουρά τε καὶ Τοῦσκλον, καὶ Πραίνεστος. Τίβουρα μὲν, ἥ τε Ἡράκλειον, καὶ ὁ καταῤῥάκτης, ὃν ποιεῖ πλωτὸς ὢν ὁ Ἀνίων ἀφ' ὕψους μεγάλου καταπίπτων εἰς φάραγγα βαθεῖαν καὶ κατάλσῆ πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει. ἐντεῦθεν δὲ διέξεισιν εὐκαρπότατον πεδίον παρὰ τὰ μέταλλα τοῦ λίθου τοῦ Τιβουρτίνου. Quæ diſertim auctorem noſtrum interpretantur, ut Beroaldo nugas deſinere per me quidem liceat.

Et cadit in patulos) Cataractas Anienis intelligit, de quibus jam diximus. quo nomine præceps Anio dicitur Horatio:
Et præceps Anio & Tiburni lucus.

VARIORUM.

Et cadit.) Ex ſcriptis exemplaribus *Et cadit in patulos Nympha Aniena lacus.* ubi *patulos ſpecus* reponendum eſſe cenſeo. In rupem enim cavatam Anienus ruit. idem ex antiquis membranis lib. 3. Eleg. 21.
Potaque Pollucis Nympha ſalubris equo.
N. Heinſius in Addendis ad Ovid.

Scyronis media ſi licet ire via) i.e per mediam viam infeſtam latrociniis. Sciron ſive Scyron latro famoſus, obſidens viam, quæ ab Iſthmo in Atticam & Megara ducit, ubi anguſtæ rupes. quæ ab eo *Scyronides petra*, ubi Scyron viatores jubebat ſibi pedes abluere, quos dum proni ad id miniſterium accingerentur os pede percuſſos præcipitabat in mare. Plut. in Theſ. Diod. lib. v. Pauſan. In Attic. Junius Prov. XVII. Cent. IX.

Percutit ante faces) *Præcutit* opinor ſcribendum. N. Heinſius ad Metam. l. 2. verſ. 757.

Pacato

Sæva canum rabies morſus avertit hiantes,
Huic generi quovis tempore tuta via eſt.
Sanguine tam parvo quis enim ſpargatur amantis
Improbus? excluſis fit comes ipſa Venus.
Quod ſi certa meos ſequerentur funera caſus;
Talis mors pretio vel ſit emenda mihi.
Afferet huc unguenta mihi, ſertiſque ſepulcrum
Ornabit cuſtos ad mea buſta ſedens.
Di faciant, mea ne terra locet oſſa frequenti,
Qua facit aſſiduo tramite vulgus iter.
Poſt mortem tumuli ſic infamantur amantum
Me tegat arborea devia terra coma,
Aut humet ignotæ cumulis vallatus arenæ.
Non juvat in media nomen habere via.

XVI.

NUnc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris;
Da mihi pacato vela ſecunda pater.
Tu potes inſanæ Veneris compeſcere faſtus;
Curarumque tuo ſit medicina mero.
Per te junguntur, per te ſolvuntur amantes.
Tu vitium ex animo dilue Bacche meo.
Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus ad cælum vecta Aria dna tu i s.
Hoc mihi, quod veteres cuſtodit in oſſibus ignes,
Funera ſanabunt, vel tua vina malum.

Hoc

VARIORUM.

Pacato.) Forte *pacatus. Douſa P.*

Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis.) Hygin. Fab. 224. inter eos qui ex mortalibus immortales facti, numerat Ariadnam, quam a Baccho Liberam vocatam ait. unde Propertius hic innuit ipſam Ariadnam in cœlum vectam. Ceteri de corona ejus id tantum ſcribunt. *Paſſerat.*

Hoc mihi, quod veteres cuſtodit in oſſibus ignes,
Funera ſanabunt, vel tua vina malum.
Semper enim vacuos nox ſobria torquet amantes;
Speſque timorque animos verſat utroque modo.
Quod ſi Bacche tuis per fervida tempora donis
Arceſſitus erit ſomnus in oſſa mea:
Ipſe feram vites, pangamque ex ordine colles,
Quos carpant nullæ, me vigilante, feræ;
Dummodo purpureo ſpument mihi dolia muſto,
Et nova preſſantes inquinet uva pedes.
Quod ſupereſt vitæ, per te, & tua cornua vivam,
Virtutiſque tuæ Bacche poëta ferar.
Dicam ego maternos Ætneo fulmine partus,
Indica Nyſæis arma fugata choris,

Veſa-

VARIORUM.

Vacuos.) i. e. amica carentes. Sic. lib. 1. Eleg. 13.

Galle, quod abrepto ſolus amore vaces.

Sed & *vacare* pro viro carere apud eundem. lib. 2. Eleg. 9.

At tu non una potuiſti nocte vacare.

Hinc explicandus, id quod alii non notarunt, Martianus juriſconſultus, cum *vacantem mulierem* pro *vidua* ſumit in l. 5. §. 2. ad leg. Jul. de vi publ. Tacitus quoque eodem ſenſu Annal. 13, *Sed ubi mulier vacua fuit nectere moras. Douſa F.*

Quos carpant &c.) Alluſum ad fabulam illam multo notiſſimam de capro qui vitem arroſerat, de quo Ovidius in Faſtis. *Douſa P.*

Per te & tua cornua.) Diodor. lib. III. cornua bina Baccho tribui ſcribit, ut duplex ejus natura ſignificetur, & ob inventionem vomeris, & aratri. Feſtus· *Cornua Liberi ſimulacro adjiciuntur quod homines nimio vino truces fiant.* Scribit etiam Diodorus Ammonem Dionyſi patrem habuiſſe pro inſigni galeę arietinum caput; & revera veluti cornua geſtaſſe, unde & ejus filio tribuuntur. Apollodorus lib. III. ſcribit Jovem vertiſſe Dionyſum in hœdum, ut Junonis vitaret inſidias. Lambin. addit ex Athenæo. lib. II. tauro ſimilem & pardali ſeu pardo fingi Bacchum, quod poti ad vim ſe conferant, ſintque iracundi, protervi & petulci, ut tauri. Euſtat. in II. Iliad. *Ταῦρον κερασφόρον*, quod ebrii ad arma parati. *Idem.*

Maternos Ætneo fulmine partus.) Ovid. Met. lib. XLII.

Indica &c.) Plin. lib. VIII. c. II. ait, primum Bacchum victa India triumphaſſe junctis elephantis.

Nyſæis choris.) Noti ſunt chori Satyrorum & thyrſi, Silenorumquè & Mænadum comitum Bacchi, ex iis quæ ſupra attigimus.

Et

Veſanumq; nova nequicquam in vite Lycurgum,
Pentheos in triplices funera grata greges:
Curvaque Tyrrhenos delphinum corpora nautas
In vada pampinea deſiluiſſe rate:
Et tibi per mediam bene olentia flumina Naxon,
Unde tuum potant Naxia turba merum,

Candida

J. SCALIGER.

Et tibi per mediam bene olentia flumina Naxon) Lege *beneolenti flumine*. Naxos beneolenti flumine, ut — *domus ſanie dapibuſque cruentis*. Ita autem interpungendum:

Et tibi per mediam beneolenti flumine
Naxon,
Vnde tuum potant Naxia turba merum.
Cãdida laxatis onerato colla corymbis, &c.

VARIORVM.

Lycurgum.) Apollodorus lib. III. ſcribit, Lycurgum Dryantis filium regem Edonorum Bacchum affeciſſe contumelia & ejeciſſe: unde furorem illi objectum. Dryantem filium bipenni interfecit cum ſe vitis palmitem crederet amputare & a ſuis in vincula conjectus, equis demum laniatus interiit. Homer. Iliad VI. Lycurgum ait fugaſſe nutrices Bacchi, & ipſum perterritum in mare compuliſſe, atque ita ira Deorum ſibi exitium creaſſe. Lege in eum locum Euſtath. ubi Homerus excœcatum a Jove ait, Hygin. Fab. CXXXII. In monte Thraciæ Rhodopa pantheris Baccho objectum fuiſſe ait, cum ſibi alterum pedem excidiſſet pro vite. Vites autem voluiſſe excidere, quod malum diceret, medicamentum ferre. Servius in illud III. Æn. *Acri quondam regnata Lycurgo*, ſibi ait, crura pro vitibus amputaſſe. *Paſſerat.*

Pentheos, &c.) Meminit Penthei Horat. oda XIX. lib. II. Ep. XVI. lib. I. Apollod. lib. III. Hygin. Fab. CLXXXIV. Tres greges, Inus & Autonoës, materterarum. & Autonoës matris.

Curvaque Tyrrhenos &c.) De Tyrrhenis nautis viginti, qui Bacchum excipere conati, ut venderent, quorum novendecim mutati in Delphinas Ovid. Met. lib. III. ſub finem. Apollod III. ait, conduxiſſe Liberum navim prædatoriam Tyrrhenorum. ut ex Icaria inſula Naxon tranſmitteret. Illos relicta Naxo voluiſſe aſportare in Aſiam ut venderent; ſed furore actos in mare deſiluiſſe, & Delphinas factos. unde *Tyrrhenus piſcis* pro Delphine Senecæ in Agamem. vide Hygin. Fab. CXXXIV. & lib. II. Aſtron. in *Delphin.* in hymno Bacchi & latronum ſcribitur, Leonis & urſæ ſpecie territos ſe præcipites dediſſe. Hyginus metu leonum & Pantherarum territos ait.

Beneolentia flumina Naxon) Apud Hygin. Fab. CXXXIV. Liber rogat nautas Tyrrhenos ut ſe Naxon devehant, & apud eundem Naxos inter Cycladas numeratur. Plin. cap. XII. lib. IV. ait, Strongylen dictam olim Naxon, poſtremo Dionyſiada, a vinearum fertilitate. Hinc ergo fabulæ occaſio de fluminibus vini. De ea & Strabo lib. X. *Idem.*

Fun-

Candida laxatis onerato colla corymbis
  Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas.
Lævis odorato cervix manabit olivo,
  Et feries nudos veſte fluente pedes.
Mollia Dircææ pulſabunt tympana Thebæ,
  Capripedes calamo Panes hiante canent.
Vertice turrigero juxta Dea magna Cybelle
  Tundet ad Idæos cymbala rauca choros.
Ante fores templi crater antiſtitis auro
  Libatum fundens in tua ſacra merum.
Hæc ego non humili referã memoranda cothurno,
  Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.
Tu modo ſervitio vacuum me ſiſte ſuperbo:
  Atque hoc ſollicitum vince ſopore caput.

XVII.

Plauſus ab umbroſo qua alludit Pontus Averno
  Fumida Bajarum ſtagna tepentis aquæ.
Qua jacet & Trojæ tubicen Miſenus arena,
  Et ſonat Herculeo ſtructa labore via,

Hic

J. SCALIGER.

Fundet ad Idæos) Lege, *Tundet.*

Clauſus ab umbroſo) Melius liber noſter, *Plauſus.* quoniam per Lucrinum lacum mare influit in Avernum. Virgilius:

Tyrrhenuſque fretis immittitur æſtus A-(*vernis.*

Quæ Propertium illuſtrant. *Fumida* autem potius, quam *Humida* legerim.

VARIORUM.

Baſſaricas) Cornutus Grammaticus ad illud Perſii;

Baſſaris & Lyncen Mænas flexura corymbis.

Baſſarides, inquit, Bacchæ, & Bacchus Baſſareus, a genere veſtis, qua Liber pater utitur demiſſa ad talos, quam Thraces Baſſaram vocant. vel a vulpibus, quarum pellibus Bacchæ ſuccingebantur, ut & Lyncum pellibus, & pantherarum. vulpes inde Thraces Baſſares dicunt.

Clauſus ab umbroſo, &c.) Bajarum ſitum deſcribit & deſignat Averno, Miſeno & via Herculea. Strabo lib. v. docet in Cumano littore, proximum Cumis eſſe Miſenum, deinde ſub rupe lacus, mox ſinum Baianum, ubi aquæ calidæ & amœnæ & ſalutares, continuus lacus Lucrinus, intra quem Avernus eſt, ubi χεῤῥόνησος & ἰσθμὸς paucorum ſtadiorum, id eſt inſula & collum quoddam freta dividens. Legendus Serv. in 4. Georgor. ad illos verſus *An memorem portus,* &c. & nos alibi de his diximus.

Troja Tubicen Miſenus.) Vid. lib. 1. Eleg. xi.

Herculeo ſtructa labore via.) Sup. lib. 1. Eleg. xi.

Dex-

Hic ubi mortales dextra cum quæreret urbes,
Cymbala Thebano concrepuere Deo:
At nunc inviſæ magno cum crimine Bajæ,
Quis deus in veſtra conſtitit hoſtis aqua?
His preſſus Stygias vultum demiſit in undas,
Errat & in veſtro ſpiritus ille lacu.

Quid

J. SCALIGER.

Dextra quum quæreret urbes) Hic cenſebat legendum *conderet urbes* Beroaldus. Sed ejus hæc cenſura non obtinuit. & merito. Nam *quæreret urbes*, eſt, quum domaret, reciperet. Ad verbum Galli, *conqueſtoit les villes.*

His preſſus Stygias) Mirum eſt Propertium contra receptam opinionem, atque adeo contra verum ſcribere Marcellum in aquis Bajanis ſubmerſum interiiſſe, quum conſtet ab Antonio Muſa medico aquarum frigidarum lotionlbus enectum fuiſſe. Dio libro tertio & quinquageſimo loquens de Auguſto ægroto: *καὶ αὐτὸν μηδὲν ὅ, τι μηδὲ τῶν ἀναγκαίων ποιεῖν δυνάμενον Ἀντώνιός τις Μούσας ψυχρολουσίαις ἀνέσωσε.* Infra poſt: *ὁ δὲ δὴ Μάρκελλος νοσήσας οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μούσα τρόπον θεραπευόμενος ἀπέθανε.* Nam Muſæ & ejus fratris Euphorbi inventum fuit, ab alineis frigida multa corpora adſtringi, inquit Plinius libro quinto & viceſimo, capite ſeptimo. Quare Horatius ſcribit:

— nam mihi Bajas
Muſa ſupervacuas Antonius. & tamẽ illis
Me facis inviſum, gelida quũ perluor unda
Per medium frigus. ſane murteta relinqui,
Dictaque ceſſantem nervis elidere morbum
Sulfura contemni vicus gemit, invidus ægris,
Qui caput, & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis, Gabioſq; petunt, & frigida rura.

In quibus vides Antonii Muſæ *ψυχρολουσίας*, quas ipſe inſtituit. Quare credibile iiſdem frigidis Marcellum quum curare vellet, occidiſſe. Sane Servius diſertim ſcribit eum in Stabiano periiſſe. Quod quum ipſe dicat, ſuſpicor, quum ex præſcripto Antonii frigida lavaret, enectum fuiſſe in eo fonte, qui Dimidia vocabatur, frigidiſſimo. Plinius libro uno & triceſimo: *Et quæ vocatur Acidula ab Theano Sidicino quatuor M paſſ. hac frigida item in Stabiano, quæ Dimidia vocatur.* Quid ergo? tam illuſtris capitis interitus ignoratus fuiſſet & Propertio, viro & proceribus ipſis atque adeo Auguſto ipſi notiſſimo? Minime. quid ergo? voluit gratificari ei, quæ de ejus morte ſuſpecta fuit, Liviæ Auguſtæ: quæ quum videret Marcellum ita omnibus carum eſſe, ut deſcribitur a Virgilio in ſexto magni operis, muliebriter atque impotenter ζηλοτυπήσασα curavit eum clandeſtino mortis genere de medio tollendum. Dio *αἰτίαν μὲν οὖν ἡ Λιβία τοῦ θανάτου τοῦ Μαρκέλλου ἔσχεν, ὅτι τῶν υἱέων αὐτῆς προετετίμητο.* Scribit Dio id; quod ego nõ dubito. QuinCæſar ipſe in oratione in tralatione funeris Marcelli, illum in Minture monte devotum fuiſſe dicit. Auctor vetus Virgilii interpres, quem habet P. Daniel meus. En igitur *εὐβλάβεια*. aut *κακοήθεις* Propertii: ſed potius *εὐβλάβεια*, qui mortẽ Marcelli deflens, maluit mendax Liviæ adulari, quam verum dicendo ſibi periculum creare. Beroaldus autem, qui jactat ſe primum omnium hujus Elegiæ ſenſum aperuiſſe, quam recte eam gloriam ſibi vindicet ſine iis, quæ nunc nos primi protulimus, omnibus palam eſt.

Ad

Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi
Mater, & amplexum Cæſaris eſſe focos?
Aut modo tam pleno fluitantia vela theatro.
Et per maternos omnia geſta manes?
Occidit, & miſero ſteterat vigeſimus annus:
Tot bona tam parvo clauſit in orbe dies.
I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos.
Stantiaque in plauſum tota theatra juvent:
Attalicas ſupera veſtes, atque omnia magnis
Gemmea ſint ludis, ignibus iſta dabis.
Sed tamen huc omnes, huc primus, & ultimus ordo.
Eſt mala, ſed cunctis iſta terenda via eſt.

Exoran-

J. SCALIGER.

Aut optima profuit illi Mater --) Non otioſum eſt quod injicit de matre: quia omnium magnorum virorum informatio attribuebatur matri. ita quantus quantus erat Marcellus, hoc debebat matri. Sic Gracchi eloquentiam in gremio Corneliæ matris didiciſſe dicuntur Sic Calpurnius:

Maternis cauſſam qui luſit in ulnis.

id eſt, qui jam in ulnis & gremio matris ſuæ proludebat declamationibus. Manilius

— matriſque ſub armis
Miles Agrippa ſuæ --

Quod Calpurnius dixit *in ulnis*, eadem ratione Manilius *ſub armis*. Nam armos & ulnas idem eſſe, id eſt, quod poëtæ Græci ἀγκάλας dicunt, nemo neſcit. Significat igitur Manilius Agrippam tantum militem in ulnis ipſius matris inſtitutum fuiſſe. Ita igitur eum locum interpretabimur apud Manilium, quem minus aſſequuti ſumus, quia *arma*, non *armos* a Manilio dictum interpretabamur. Et quidem locus eſt egregius.

Mater & amplexum) Noſter *amplexos*. Lego, *amplexo*. Quid profuit illi amplexo. Intelligit adoptatum a Cæſare. Nam ante larem domeſticum & adoptiones fiebant, & libera toga ſumebatur, & alii ejuſmodi ritus obibantur.

VARIORUM.

Aut modo tam pleno fluitantia vela theatro) de velis theatrorum Plinius lib. XIX. cap. II. ubi etiam ait, hunc Marcellum forum velis inumbraſſe, quo ſalubrius litigantes conſiſterent. Nunc poëta intelligit de theatro, quod ſub ejus nomine Auguſtus fecit. Plutarch. lege extrema Marcelli vita. Ovid. de Arte lib. I. verſ. LXIX. *Livin.*

Occidit & miſero ſteterat vigeſimus annus.) Servius falſum annorum numerum recenſet, qui ait Marcellum incidiſſe in valetudinem anno decimo ſexto, & periiſſe anno decimo octavo. Ovidius abſorbet ejus ætatem, cum ait,

Oſtendent terris hunc tantū fata, nec ultra
Eſſe ſinent.

Neque Dio lib. LIII. neque Plutarchus in Marcello ætatem numerant. Et Cornel. Tacitus lib. II. Annal. *Marcellum*, inquit, *flagrantibus plebis ſtudiis intra juventam ereptum*. Paſſerat.

Hic

Exoranda canis tria ſunt latrantia colla:
  Scandenda eſt torvi publica cymba ſenis.
Ille licet ferro cautus ſe condat, & ære,
  Mors tamen incluſum protrahit inde caput.
Nirea non facies, non vis exemit Achillem,
  Crœſum aut Pactoli quas parit humor opes.
Hic olim ignaros luctus populavit Achivos,
  Atridæ magno cum ſtetit alter amor.
At tibi nauta pias hominum qui trajicis umbras,
  Huc animæ portent corpus inane tuæ,
Qua Siculæ victor telluris Claudius, & qua
  Cæſar ab humana ceſſit in aſtra via.

XVIII.

OBjicitur toties a te mihi noſtra libido.
  Crede mihi, vobis imperat iſta magis.
Vos ubi contempti rupiſtis fræna pudoris,
  Neſcitis captæ mentis habere modum.
Flamma per incenſas citius ſedetur ariſtas,
  Fluminaque ad fontis ſint reditura caput,
Et placidum Syrtes portum, & bona littora nautis
  Præbeat hoſpitio ſæva Malea ſuo;
Quam poſſit veſtros quiſquam reprendere curſus,
  Et rapidæ ſtimulos frangere nequitiæ.

Teſtis

J. SCALIGER.

Hic olim ignaros) Iſtud diſtichon ſatis nobis conſtat alieno loco poſitum. Putamus reponendum libro II. Elegiæ, *Eripitur nobis.* vide locum.

VARIORUM.

Nirea non facies.) De Nirei excellenti forma Homer. Iliad. lib. II.

Sicula victor telluris Claudius.) M. Claudius Marcellus, cujus de rebus in Sicilia geſtis Livius lib. XXIV. & ſequen. & Plut. in Marcello.

Reprehendere) Hic ſiſtere compeſcere ac remorari ſignificat; ut & apud Lucret. lib. 6.

Quod niſi reſpirent venti, non ulla refrenet
Res, neque ab exitio poſſit reprehendere euntem.

Douſa F.

Tan-

Teſtis Cretæi faſtus quæ paſſa juvenci,
Induit abiegnæ cornua falſa bovis:
Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo,
Quæ voluit liquido tota ſubire deo.
Crimen & illa fuit, patria ſuccenſa ſenecta,
Arboris in frondes condita Myrtha novæ.
Nam quid Medeæ, referam, quo tempore matris
Iram natorum cæde piavit amor?
Quidve Clytæmneſtræ, propter quam tota Mycenis
Infamis ſtupro ſtat Pelopea domus?
Tuque o Minoa venundata Scylla figura;
Tondens purpurea regna paterna coma.
Hanc igitur dotem virgo deſponderat hoſti:
Niſe tuas portas fraude recluſit amor.
At vos innuptæ felicius urite tedas;
Pendet Cretæa tracta puella rate.
Non tamen immerito Minos ſedet arbiter orci:
Victor erat quamvis, æquus in hoſte fuit.

XIX.

CRedis eum jam poſſe tuæ meminiſſe figuræ,
Vidiſti a lecto quem dare vela tuo?
Durus qui lucro potuit mutare puellam.
Tantiſne in lacrymis Africa tota fuit?

At

VARIORUM.

Teſtis Cretai faſtus) Supra lib. II. el. 23.

Teſtis Theſſalico) Supra lib. I. el. 13.

Myrrha) vide Appollod. lib. III. Ovid. X. Meta. Hygin. fab. 58. ubi Smyrna dicitur.

Clytamneſtra) vid. Hom. IV. & IX. Virg. XI. Æn. Sophoc. in Electra. Eurip. in Oreſte.

Tantiſne) Sic paſſim editur: Scriptum, tamen a Poëta Umbro exiſtimo. *Tantin in lacrymis.* Scaliger nihil hic contulit. Paſſeratius ingenue fatetur, ſi legas *Tanti* ſe non intelligere, & aquam hærere. Mihi proverbii ſpeciem præferre videtur: *Fuit tanti, Non eſt tanti*, frequens Ciceroni, atque adeo ipſi Propertio. Hunc vero ſenſum Poëtæ attribuo. *Durus ait, ac dirus videatur, quiſquis amori lucrum anteponit. Ergone pluris apud illū Africana merces quam lachryma amantis fuerunt? Scottus Obſerv. l. 2. C. 26.* *Tantine* veriſſime a Scotto reſtitutum cenſeo, & orationem eſſe interrogantem eidem aſſentior, jam reliquæ vulgatæ non aliter conſtat ſenſus, quam ut dicamus amato-

rem

At tu ſtulta deos, tu fingis inania verba.
Forſitan ille alio pectus amore terit.
Eſt tibi forma potens, ſunt caſtæ Palladis artes,
Splendidaque a docto fama refulget avo.
Fortunata domus, modo ſit tibi fidus amicus.
Fidus ero; in noſtros curre puella toros.
Nox mihi prima venit, primæ data tēpora noctis.
Longius in primo Luna morare toro.
Tu quoque, qui æſtivos ſpatioſius exigis ignes,
Phœbe moraturæ contrahe lucis iter.
Fœdera ſunt ponenda prius, ſignandaque jura,
Et ſcribenda mihi lex in amore novo.
Hæc amor ipſe ſuo conſtringit pignora ſigno.
Teſtis ſidereæ torta corona deæ, Quam

rem; quid vela dedit, tām inſane ab Africa fuiſſe deſideratum, ut ſi ille prætuliſſet amorem puellæ, nec navigaſſet, graviſſimo illos dolore adficeret. Ergo potuit hoc facere? & tanti fuit, quod non dico pauci Africani, ſed tota Africa in lacrimas ibāt deſiderio abſētis, hoc, inquā, fuit tanti ut puellā desereret? non potius fuerat illā flendo interire? Nam: *tanti eſt, non eſt tanti*, formulæ ſūt quibus utimur, cum ſignificare volumus aliquod malum vel incommodum magno bono, magno prētio nobilem rem vel mercem, inſano labore excellens opus compenſari vel non compenſari. Habet exempla Schottus & nullo negotio poſſūt coacervari. Sic Propertius diceret, *Africa tota in lacrimis*, Africam totam plorare, *non fuit tanti*, ut puellam deſereret. Pro deſertione puellæ non fuit dignum pretiū Africam totam luctu bevare. Hic ſenſus nec ullus alius *illius Tantine in lacrymis* eſſe poteſt. Atque ille ut tolerari poteſt, ſi verſum hunc ſolum audias, ita non poteſt probari, ſi ſimul audias cum præcedentis: nam illud *lucro mutare puellam*, magis indicat ulto ab deſertore appetitā navigationem & Africam, quam eum ab Africa fuiſſe expetitū. Proper. ſcripſerat:

Durus qui lucro potuit mutare puellam,
Tantum in lucris Africa tota fuit.

Hoc eſt, non debuit deſerere puellam, etſi ea deſerenda tota Africam lucrari, & vectigalem reddere poſſet. Vide Schottum refutantē & fuſe de hoc loco diſſerentem Gronovium lib. 3. cap. 17. Obſerv.

J. SCALIGER.

Splendidaque a docto) Is eſt, ni fallor, Hoſtius, qui bellum Iſtricum carmine ſcripſit, a quo multa accepit Virgilius, ut teſtimonio Macrobii cognoſcimus. Cynthia autem iſta, ut nos docent Apulejus, & Sidonius, Hoſtia vocabatur.

Tu quoque qui æſtivos) Præpoſtere hoc legitur. Nam diſticho, *Nox mihi prima venit* ſubiiciendum eſt.

Hæc amor) Et hoc quoque præpoſtero ordine legitur. Nam ſubjungendum itidem diſticho, *Quam multa ante meis.*

VARIORUM.

Teſtis ſiderea torta Corona Dea.) Alii de corona Ariadnea, alii de Luna accipiunt aut Venere; nihil horum. Lege.

Teſtis ſiderii tota corona chori.

Aſtra deſignat. ſic Tibullus lib. 2. Eleg. 1.

Ludite: jam nox jungit equos currumque ſequuntur
Matris laſcivo ſidera fulva choro.

N. Heinſius ad 1. Faſt. verſ. 287.

Extremo

Quam multæ ante meis cedant ſermonibus horæ,
Dulcia quam nobis concitet arma Venus.
Namque, ubi non certo vincitur fœdere lectus,
Non habet ultores nox vigilanda deos:
Et quibus impoſuit, ſolvit mox vincla libido.
Contineant nobis omnia prima fidem.
Ergo qui tactas in fœdera ruperit aras,
Pollueritque novo ſacra marita toro,
Illi ſint, quicunque ſolent in amore dolores;
Et caput argutæ præbeat hiſtoriæ;
Nec flenti Dominæ pateſiant nocte feneſtræ.
Semper amet fructu ſemper amoris egens.

XX.

MAgnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas;
Ut me longa gravi ſolvat amore via.
Creſcit enim aſſidue ſpectando cura puellæ.
Ipſe alimenta ſibi maxima præbet amor.
Omnia ſunt tentata mihi, quacunque fugari
Poſſit, at ex omni me premit ipſe deus.
Vix tamen aut ſemel admittit, cum ſæpe negavit;
Seu venit, extremo dormit amicta toro.
Unum erit auxilium mutatis, Cynthia, terris.
Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.
Nunc agite o ſocii propellite in æquora navem,
Remorumque pares ducite ſorte vices.
Jungiteque extremo felicia lintea malo.
Jam liquidum nautis aura ſecundat iter.

Romanæ

J. SCALIGER.

Extremo dormit amica) Lege, *amicta*.

Demoſt-

Romanæ turres, & vos valeatis amici,
  Qualiſcunque mihi tuque puella vale.
Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hoſpes,
  Cogar & undiſonos nunc prece adire deos?
Deinde per Ionium vectus cum feſſa Lechæo
  Sedarit placida vela phaſelus aqua:
Quod ſupereſt, ſufferte pedes, properate laborem,
  Iſthmos qua terris arcet utrinque mare.
Inde ubi Piræei capient me littora portus,
  Scandam ego Theſeæ brachia longa viæ.
Illic vel ſtudiis animum emendare Platonis
  Incipiam a aut hortis docte Epicure tuis;
Perſequar aut ſtudium linguæ, Demoſthenis arma,
  Librorumque tuos docte Menandre ſales:
Aut certe tabulæ capient mea lumina pictæ,
  Sive ebore exactæ, ſeu magis ære manus:
Aut ſpatia annorum, aut longa intervalla profundi
  Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.

J. SCALIGER.

Demoſthenis arma) Petronius : *& ingentis quatiat Demoſthenis arma.*

VARIORUM.

Iſthmos, &c.) *Iſthmos*, anguſtiæ unde procedit Peloponeſſus, vocantur, inquit Plin. lib. IV, cap. IV.

Theſea brachia longa via.) Sic appellat longos muros conſilio. Themiſtoclis ab urbe ad mare uſque ductos XL. ſtadiorum ſpatio, ut Piræeus urbi conjungeretur. Thucydides lib. I. &c. II. Strabo lib. IX. qui veluti crura fuiſſe ait, non brachia. *Paſſerat.*

Hortis docte Epicure tuis.) in hortis Philoſophatus Epicurus, quorum meminerunt plurimi. Vide Meurſii Athen. Att. lib. 3. c. 10.

Perſequar aut ſtudium linguæ Demoſthenis arma.) Huc pertinet, quod Orpheus in hymnis appellat Mercurium γλώσσης δεινὸν ὅπλον. Hinc Cicero lib. 1. de invent. *Qui vero ita ſeſe armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriæ, ſed pro his pugnare poſſit, is mihi vir & ſuis & publicis rationibus utiliſſimus atque amiciſſimus civis fore videtur.* & alibi de eloquentia loquens, *quid tam neceſſarium, quam tenere ſemper arma, quibus vel tectus eſſe poſſit, vel provocare improbos, vel te ulciſci laceſſitus :* Sed & *telis diſciplinarum armari*, dixit Vitruvius libro 1. *artibus armari* Tacitus ſive Quinctilianus in Dialogo de Orat. *Legibus armari* Juſtinianus in procemio Inſtit. Id quod quam inepte reprehendatur a Florido quodam hinc patet. *Douſa F.*

Seu moriar fato, non turpi fractus amore;
Atque erit illa mihi mortis honeſta dies.

XXI.

FRigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Propontiaca qua fluit Iſthmos aqua,
Dindymus, & ſacræ fabricata inventa Cybebæ,
Raptoriſque tulit qua via Ditis equos.
Si te forte juvant Helles Athamantidos urbes,
Et deſiderio, Tulle, movere meo;
Tu licet aſpicias cælum omne Atlanta gerentem,
Sectaque Perſea Phorcidos ora manu,

Gery-

J. SCALIGER.

Dindymus & ſacræ fabricata inventá Cybebes) Intelligit fabricas: quę pulcherrimę erant in eo oppido. περιφραστικῶς enim fabricata inventa ſunt Fabricæ ipſæ. Strabo de Cyzico τρεῖς δὲ ἀρχιτέκτονας τοὺς ἐπιμελουμένους οἰκοδομημάτων τε δημοσίων, καὶ ὀργάνων, τρεῖς δὲ καὶ θησαυροῖς κέκληται, &c. Cybelæ autem fabricas vocat: quia oppidum illud Cybelen colebat. unde Cyzicon Nicander vocat ὀργαστήριον ἄστυ, quod corporati fabrorum Cyzicenorum videntur ſacri Cybelæ, & Atti fuiſſe. ὀργαστήριον enim, eſt ἐργαστήριον, ut ὀργάνη Ἀθηνᾶ, eſt ἐργάνη. At interpres vetus Nicandri ignoravit, quid eſſet ὀργαστήριον. Qui locus hunc Propertianum interpretatur.

Raptoriſque tulit qua via Ditis equos) Proſerpinæ tutela Cyzicum. quod ex Plutarcho in Lucullo cognoſcimus. item ex Epigrammate:

Ennea Cererem nurus frequentant
Raptam Cyzicos oſtreoſa divam.

VARIORUM.

Cyzicus) De Cyzico inſula, & urbe Propontidis, juncta continenti duobus pontibus Cicero pro lege Manilia, pro Muræna, & Archia. Plutarchus in Lucullo. Strabo libro. XII. *Paſſer.*

Propontiaca qua fluit Iſthmos aqua.) Iſthmon Cimmerium intelligit, inter Euxinum & Caſpium mare, & Tauricam Cherroneſum, ut ſuperiore Elegia Peloponeſiacum ſive Achaicum. Hunc Iſthmon Seleucus Nicanor perfodere conatus. *Idem.* Eſt gravis error. Intelligitur Iſthmus in quo ſita Cyzicus. P. Mela l. 19. *Trans amnem ſedet in cervice peninſulæ Cyzicum.* Cervices enim ſunt Iſthumi. *Graevius.*

Helles Athamantidos urbes.) Vide ſupra lib. II. Eleg. XX. Athamantida vocat, quia fuit filia Athamantis & Nepheles.

Cælum omne Atlanta gerentem.) Atlas Latine Telamon, inquit Servius in IV. Æn. ut Nilus, Melo. Deſcriptio ejus eſt apud Herodotum in Melpomene. Virgil. IV. Æn. Ovid. IV. Metamorph. Servius Aſtrologum fuiſſe ſcribit, & Herculem Aſtrologiam docuiſſe. Plin. lib. II. cap. VII. Sphæram ab eo repertam ſcribit. Idem lib. VII. c. LVII. Aſtrologiæ inventorem fuiſſe ait, Libyæ filium. Hygin. Fab. [illegible] Atlanti Cœlo fornicem ſuper humeros impoſitum a Jove ſcribit, quod

Geryonæ ſtabula, & luctantum in pulvere ſigna
Herculis Antæique, Heſperidumque choros;
Tuque tuo Colchon propellas remige Phaſin,
Peliacæque trabis totum iter ipſe legas,
Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba
In faciem proræ pinus adacta novæ;

Et

quod dux Titanum fuiſſet in bello contra Jovem. *Paſſerat.*

Sectaque Perſea Phorcydos ora manu.) Amputatum Meduſæ caput harpe, ſive falcato enſe. Hygin. Phorcum unum Gigantum facit, ex quo & Ceto natę Phorcydes. Idem facit Heſiodus in Theog. & Virgil. v. Æn. *Nereidum Phorciques chorus.* Ab aliis Phorcys vel Phorcyn dicitur, unde Phorcynides, ejus tres filiæ, qua de re multa Palæphatus. Vide Hygin. lib. II. Aſtronom. in Perſeo. Apollod lib. I. Idem lib. II. Gorgonum ſorores facit, & nominat; Ento; Pemphredo, & Dino. Ab his oculum mutuum ſumpſit Perſeus iturus ad Gorgonas. *Idem.*

Geryonæ.) De eo Heſiod. in Theogon. Servius ait; quod eum *tricipitem finxerunt & trimembrem, quia Rex Hiſpaniæ tribus inſulis proximis præfuit. Balearica majori & minori & Ebuſa.* Plin. lib. IV, cap. penult. Pauſan. Attic. Diodor. Sic. lib. IV. Juſtinus lib. ult. Tres fratres tantæ concordiæ fuiſſe ait, ut animo uno regi viderentur. Vide & Apollod. lib. II. Hyg. Fab. XXX. & CLI. Strabo lib. III. Palæphatus tricipitem fictum, ait, quod civitatem Tricarina dictam incoluerit. *Idem.*

Signa Herculis Antæique, &c.) *Signa*, an ſtatuas & ſimulacra? Plin. cap. VIII. lib. III. a Polycleto factum memorat Herculem Antæum procul a terra ſuſtinentem. Sed quia addit *in pulvere*: *ſigna* veſtigia ſunt palæſtræ, impreſſa pulveri pedibus, genibus, totoque corpore. nam pulvis luctatorum eſt. Plin. lib. V. cap. I. In Mauritania: *Idem.*

Heſperidumque choros.) Videntur circa illam arborem aurea malaferentem Heſperides choros duxiſſe. Sane ceciniſſe ait Apollon. lib. IV. Servius ad illud IV. Æn. *Heſperidum templi cuſtos.* Revera nobiles puellas fuiſſe ait, quarum greges abegerit Hercules, earum paſtore interfecto. Unde locus fabulæ de malis aureis Heſperidum. nam & *μῆλα oves.* & *μηλονόμος, paſtor.* Apud Diodor lib. V. tres Heſperides, Arethuſa, Heſperethuſa, & Ægle, ab Heſpero fratre Atlantis ita dictæ. Heſiodo in Theogonia & Ciceroni III. de Nat Deor. filiæ Erebi & Noctis ſunt. Apollod. lib. II. Heſperidas quatuor nominat, Æglen & Erythiam, Veſtam & Erethuſam. Hæ in Hyperboreorum Atlante ſervabant aurea mala, quæ Juno Jovi donarat ipſo nuptiarum die. Apud Apollon. lib. IV. Heſperides adventu Argonautarum in terræ pulverem verſæ, ac mox in arbores. ubi tres nominantur. Heſpera, Erytheis & Ægle. De Horto Heſperidum Plin. lib. XIX. cap. IV. lib. XXXVII. cap. II. lib. V cap. I. & V. *Idem.*

Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba.) Phineus enim Argonautas monuerat, ut ad Symplegadas viæ ducem columbam emitterent, quod factum ab Euphemo. *Idem.*

 Et

Seu moriar fato, non turpi fractus amore,
Atque erit illa mihi mortis honeſta dies.

XXI.

FRigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Propontiaca qua fluit Iſthmos aqua,
Dindymus, & ſacræ fabricata inventa Cybebæ,
Raptoriſque tulit qua via Ditis equos.
Si te forte juvant Helles Athamantidos urbes,
Et deſiderio, Tulle, movere meo;
Tu licet aſpicias cælum omne Atlanta gerentem,
Sectaque Perſea Phorcidos ora manu,

Gery-

J. SCALIGER.

Dindymus & ſacra fabricata inventa Cybebes) Intelligit fabricas: quæ pulcherrimæ erant in eo oppido. [illegible] enim fabricata inventa ſunt Fabricæ ipſæ. Strabo de Cyzico. τρεῖς δὲ ἀρχιτέκτονας τοὺς ἐπιμελουμένους οἰκοδομημάτων τε δημοσίων, καὶ ὀργάνων, τρεῖς δὲ καὶ θησαυροὺς κέκτηται, &c. Cybelæ autem fabricas vocat: quia oppidum illud Cybelen colebat. unde Cyzicon Nicander vocat ὀργαστήριον ἄστυ, quod corporati fabrorum Cyzicenorum videntur ſacri Cybelæ, & Atti fuiſſe. ὀργαστήριον enim, eſt ἐργαστήριον, ut ὀργάνη ἀθηνᾶ, eſt ἐργάνη. At interpres vetus Nicandri ignoravit, quid eſſet ὀργαστήριον. Qui locus hunc Propertianum interpretatur.

Raptoriſque tulit qua via Ditis equos) Proſerpinæ tutela Cyzicum. quod ex Plutarcho in Lucullo cognoſcimus. item ex Epigrammate:

Ennea Cererem nurus frequentiant
Raptam Cyzicus æſtroſa divam.

VARIORUM.

Cyzicus) De Cyzico inſula, & urbe Propontidis, juncta continenti duobus pontibus Cicero pro lege Manilia, pro Muræna, & Archia. Plutarchus in Lucullo. Strabo libro. XII. *Paſſer.*

Propontiaca qua fluit Iſthmos aqua.) Iſthmon Cimmerium intelligit, inter Euxinum & Caſpium mare, & Tauricam Cherroneſum, ut ſuperiore Elegia Peloponeſiacum ſive Achaicum. Hunc Iſthmon Seleucus Nicanor perfodere conatus. *Idem.* Eſt gravis error. Intelligitur Iſthmus in quo ſita Cyzicus. P. Mela l, 19. *Trans amnem ſedet in cervice peninſulæ Cyzicum.* Cervices enim ſunt Iſthumi. *Graevius.*

Helles Athamantidos urbes.) Vide ſupra lib. II. Eleg. XX. Athamantida vocat, quia fuit filia Athamantis & Nepheles.

Cælum omne Atlanta gerentem.) Atlas Latine Telamon, inquit Servius in IV. Æn. ut Nilus, Melo. Deſcriptio ejus eſt apud Herodotum in Melpomene. Virgil. IV. Æn. Ovid. IV. Metamorph. Servius Aſtrologum fuiſſe ſcribit, & Herculem Aſtrologiam docuiſſe Plin. lib. II. cap. VII. Sphæram ab eo repertam ſcribit. Idem lib. VII. c. LVII. Aſtrologiæ inventorem fuiſſe ait, Libyæ filium. Hygin. Fab. [illegible] Atlanti Cœlo fornicem ſuper hume[illegible] impoſitum a Jove ſcribit, quod

Geryonæ ſtabula, & luctantum in pulvere ſigna
Herculis Antæique, Heſperidumque choros;
Tuque tuo Colchon propellas remige Phaſin,
Peliacæque trabis totum iter ipſe legas,
Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba
In faciem proræ pinus adacta novæ;

Et

quod dux Titanum fuiſſet in bello contra Jovem. *Paſſerat.*

Sectaque Perſea Phorcydos ora manu.) Amputatum Meduſæ caput harpe, ſive falcato enſe. Hygin. Phorcum unum Gigantum facit, ex quo & Ceto natę Phorcydes. Idem facit Heſiodus in Theog. & Virgil. v. Æn. *Nereidum Phorcique choros.* Ab aliis Phorcys vel Phorcyn dicitur, unde Phorcynides, ejus tres filiæ, qua de re multa Palæphatus. Vide Hygin. lib. II. Aſtronom. in Perſeo. Apollod lib. I. Idem lib. II. Gorgonum ſorores facit, & nominat; Enio; Pemphredo, & Dino Ab his oculum mutuum ſumpſit Perſeus iturus ad Gorgonas. *Idem.*

Geryonæ.) De eo Heſiod. in Theogon. Servius ait; quod eum *tricipitem finxerunt & trimembrem, quia Rex Hiſpaniæ tribus inſulis proximis præfuit. Balearica majori & minori & Ebuſa.* Plin. lib. IV, cap. penult. Pauſan. Attic. Diodor. Sic. lib. IV. Juſtinus lib. ult. Tres fratres tantæ concordiæ fuiſſe ait, ut animo uno regi viderentur. Vide & Apollod. lib. II. Hyg. Fab. XXX. & CLI. Strabo lib. III. Palæphatus tricipitem fictum, ait, quod civitatem Tricarina dictam incoluerit. *Idem.*

Signa Herculis Antæique, &c.) *Signa,* an ſtatuas & ſimulacra? Plin. cap. VIII. lib. III. a Polycleto factum memorat Herculem Antæum procul a terra ſuſtinentem. Sed quia addit *in pulvere: ſigna* veſtigia ſunt palæſtræ, impreſſa pulveri pedibus, genibus, totoque corpore. nam pulvis luctatorum eſt. Plin. lib. v. cap. I. In Mauritania: *Idem.*

Heſperidumque choros.) Videntur circa illam arborem aurea malaferentem Heſperides choros duxiſſe. Sane ceciniſſe ait Apollon. lib. IV. Servius ad illud IV. Æn. *Heſperidum templi cuſtos.* Revera nobiles puellas fuiſſe ait, quarum greges abegerit Hercules, earum paſtore interfecto. Unde locus fabulæ de malis aureis Heſperidum. nam & *μῆλα oves.* & *μηλονόμος, paſtor.* Apud Diodor lib. v. tres Heſperides, Arethuſa, Heſperethuſa, & Ægle, ab Heſpero fratre Atlantis ita dictæ Heſiodo in Theogonia & Ciceroni III. de Nat Deor. filiæ Erebi & Noctis ſunt. Apollod. lib. II. Heſperidas quatuor nominat, Æglen & Erythiam, Veſtam & Erethuſam. Hæ in Hyperboreorum Atlante ſervabant aurea mala, quæ Juno Jovi donarat ipſo nuptiarum die. Apud Apollon. lib. IV. Heſperides adventu Argonautarum in terræ pulverem verſæ, ac mox in arbores. ubi tres nominantur. Heſpera, Erytheis & Ægle. De Horto Heſperidum Plin. lib. XIX. cap. IV. lib. XXXVII. cap. II. lib. v cap. I. & v. *Idem.*

Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba.) Phineus enim Argonautas monuerat, ut ad Symplegadas viæ ducem columbam emitterent, quod factum ab Euphemo. *Idem.*

Et qua Gygæi viſenda eſt ora Cayſtri;
 Et qua ſeptenas temperat unda vias;
Omnia Romanæ cedent miracula terræ.
 Natura hic poſuit, quicquid ubique fuit.
Armis apta magis tellus, quam commoda noxæ,
 Famam Roma tuæ non pudet hiſtoriæ.
Nam quantum ferro, tantum pietate potentes
 Stamus: victrices temperat ira manus.

Hic

J. SCALIGER.

Et qua Gygæi) Neſcio quis auctor fuit tam ineptæ lectionis. ut neque illius, quam Beroaldus, ait ſe inveniſſe in ſuo libro, *Si qua olorigeri*. Hæc omnia ſtolidorum & oſcitantium hominum commenta ſunt. Noſter liber: *Et ſi qua origa*: minima licentia lego:

Et ſi quadriga viſenda eſt ora Cayſtri.

Quadrigam Cayſtri vocat quatuor nobiliſſimas urbes, Epheſum, Smyrnam, Colophonem, Miletum. Hæc enim quatuor illo tempore nobiliſſimæ urbes Aſiæ erant. Et quia Epheſus earum clariſſima eſt, ſita ad Cayſtrum, propterea Cayſtri quadrigam dixit ab earum principe Epheſo. Non eſt novum quadrigam, bigam, trigam a Latinis numeros quaternarium, binarium, ternarium more Græcorum vocari, qui eodem modo *συνωρίδα, τετρωρίδα* dicunt. Sic Marcellus Empiricus quadrigam vocat *τὸ τετραφάρμακον* medicorum. Sic vetus poëta:

Triga mihi paucos inter dilecta ſodales,
 Triga ſodalitii pars bene magna mei.

Apulejus:

Et Critias mea delitia, & Sol alme, Charine,
 Par in amore meo biga tibi remanens.

Scriptum fuerat *viga* ſolenni errore librariorum, pro quo *vita* ſuppoſuerant Correctores. Biga remanens par in amore, id eſt æqualiter jugum trahens, cui contrarium *ἑτεροζυγεῖν*: quando alter equorum aut boum altero plus trahit. Quod & noſter alibi intelligit:

Tu bene conveniens non ſinis eſſe jugum.

id eſt. Tu es cauſſa *τῆς ἑτεροζυγίας*. Non enim biga par remanet, te in diverſa jugum trahente. Varro. *Igitur initiorum quadriga, locus, & corpus, tempus, & actio. Initiorum quadriga*, hoc eſt quatuor initia. & in vita Probi Imperatoris, *quadriga tyrannorum*. Vide quam elegantem locum corruperant.

VARIORUM.

Et ſi quadriga.) Ita legendus ille verſus, qui ſummos hactenus viros exercuit,

Et ſi qua Ortygii viſenda eſt ora Cayſtri.

Ortygius enim vocatur, quia Epheſus prius Ortygia fuit dicta. Recte Mela Epheſo ſubjungit Cayſtrum fluvium: is enim Epheſo eſt vicinus. *Iſ. Voſſius ad Melam. pag.* 85.

Et qua ſeptenas temperat unda vias.) *Vnda*, id eſt, fluvius, ſive Rheſus, ſive Nilus, ſive Ganges, ſive Tanais, niſi *una* legendum ſit. *Vna (via) ſeptenas temperat.* id eſt cum in ſeptem vias, & alveos unus alveus dividitur, curſum ſuum moderatur, & minus rapidum reddit. Septenæ viæ, vel Rheſi fluvii Phrygiæ ſunt aut Nilum ſignificat, de quo ſupr. lib. II. El. I. aut Tanaim, de quo Seneca initio Troadis. Aut Gangem potius, de quo Virg. IX. Æn.

Hic

Hic Anio Tiburte fluis, Clitumnus ab Umbro
Tramite & æternum Martius humor opus:
Albanus lacus & ſocii Nemorenſis ab unda,
Potaque Pollucis nympha ſalubris equo.
At non ſquamoſo labuntur ventre ceraſtæ,
Itala portentis nec furit unda novis.
Non hic Andromedæ reſonant pro matre catenæ
Nec tremis Auſonias Phœbe fugare dapes.

Nec

J. SCAIGER.

Hic Anio Tiburte) Repone ex antiqua ſcriptura, *Tiburne*. Eſt adjectivum, Tiburnus Anio: ut Tuſcus Tiberis, Carnutus Liger Tibullo.

Clitumnus ab Umbro Tramite) Servius: *Tramites ſunt convalles, quæ de lateribus utrinque pervia limitant montes: quæ ſolent etiam ſaltus nuncupari.* Recte Servius. Nam quos Græci αὐλῶνας, Latini eos Saltus vocant, & tramites. Sed hic Trames eſt ſilva, ut aliquando apud ſcriptores. Supra:

Et ſi forte meo tramite quæris avem.

A ſilva ait oriri Clitumnum: quod egeſtus a Vadimonis lacu abſorbetur intra ſpecum ſilvis obſitum: & aliquanto poſt oculis redditur. atque illud putatur eſſe caput Clitumni. Unde alibi dixit umbroſæ flumina ſilvæ. Vide quid ſupra de eo diximus.

Albanus lacus & ſocii) Vetus ſcriptura: *Albanuſq; lacus ſocii Nemorenſis ab unda.* Et recte. nam uterque lacus, Albanus, & Nemorenſis ab iiſdem fontibus. Nemorenſis autem lacus vulgo vocabatur Speculum Dianæ, auctore Servio.

Potaque Pollucis) Juturnam recte his adjungit, cujus ſcaturigines cum aliis fontibus communes ſunt lacubus Albano, & Nemorenſi. Strabo: *τὰς μὲν οὖν πηγὰς ὁρᾶν ἐστὶν ἐξ ὧν ἡ λίμνη πληροῦται· τούτων δ' ἔστιν ἱέρεια καλουμένη δαίμονός τινος ἐπώνυμος.* Lege: *ἑτέρα καλουμένη.* Sic vocat Juturnam. Salubrem vocat, quod ex ea valetudinis cauſſa biberent, unde a juvando dictam putat Varro. *Nympha Juturna*, inquit, *quæ juvaret. itaque multi ægroti propter id nomen hinc aquam petere ſolent.*

At non ſquamoſo) omnino hic locus germanus eſt illius ex ſecundo Georgico: *Nec rapit immenſos orbes per humum* --
Lege totum locum.

Italia portentis nec fuit) Lego. *furit.* Ita & liber noſter. Hoc argumentum perſequitur maximus Maro in Georgicis:

Illis & tigres abſunt, & ſæva leonum
Semina --

VARIORUM.

In nemore Albano lacus dictus Albanus, cujus aquæ intumeſcentis prodigio capti Veji. Livius lib. 5.

Hæc

Nec cuiquam abſentes arſerunt in caput ignes,
Exitium nato matre parante ſuo.
Penthea non ſævæ venantur in arbore Bacchæ,
Nec ſolvit Danaas ſubdita cerva rates,
Cornua nec valuit curvare in pellice Juno,
Aut faciem turpi dedecorare bove:
Arboreaſque cruces Sinis, & non hoſpita Grajis
Saxa, & curvatas in ſua fata trabes.
Hæc tibi Tulle parens, hæc eſt pulcherrima ſedes.
Hic tibi pro digna gente petendus honos.
Hic tibi ad eloquium cives, hic ampla nepotum
Spes, & venturæ conjugis aptus amor.

XXII.

ERgo tam doctæ nobis periere tabellæ?
Scripta quibus pariter tot periere bona.

Has

J. SCALIGER.

Hæc tibi Tulle parens) Hic Tullus, ut apparet, proconſul Bithyniæ fuit. unde ſupra:

Tu patrui meritas conare anteire ſecures.

Conjugis aptus amor) Noſter. *altus amor.* Catullus:

Sed tuus altus amor baratro fuit altior illo.

VARIORUM.

Nec cuiquam abſentes, &c.) De fato Meleagri, fatalique ejus titione; & matris Altheæ impia pietate hi capiendi verſus. Ovid. VII. Met. pluribus rem narrat. Homer. Iliad. IX. Meleagri meminit irati matri ſuæ; nihil de titione. Vide Apollod. lib. I. qui & varie narrat de morte Meleagri Hygin. Fab. CLXXIV. Apul. lib. VII. in fine Aſin. Aur. *Paſſerat.*

Cerva) De hac fabula alibi. Tangit Ovid. XII. Met.

Arboreaſque cruces Scinis, &c.) Pauſanias in Corinthiacis narrat ut Scinis flexis pinis alligarit homines, quibus in ſublime renitentibus diſcerperentur. Legendus Plut. in Theſeo & Alexandro. Sed apud Plut. legitur, *Sinnis.* & apud Euripidem in Hyppolyto, aliis, *Sinis* & Pauſan. in Atticis *Sinim* propinquum Theſei fuiſſe ait ob avum maternum Pittheum. *Paſſerat.*

Non hoſpita Grajis Saxa) Scironidas petras ſignificat, de quibus ſupra hoc libro.

Curvatas in ſua fata trabes.) Nam ea pœna Scinin affecit Theſeus, qua ipſe alios affecerat. Pauſan. Cor. & Plut. in Theſeo.

Et

Has quondam noſtris manibus detriverat uſus,
Qui non ſignatas juſſit habere fidem.
Illæ jam ſine me norant placare puellas,
Et quædam ſine me verba diſerta loqui.
Non illas fixum caras effecerat aurum;
Vulgari buxo ſordida cera fuit.
Qualeſcunque mihi ſemper manſere fideles;
Semper & effectus promeruere bonos.
Forſitan hæc illis fuerant mandata tabellis:
Iraſcor, quoniam es lente moratus heri.
An tibi neſcio quæ viſa eſt formoſior? an tu
Non bona de nobis crimina ficta jacis?
Aut dixit, venias hodie ceſſabimus una,
Hoſpitium tota nocte paratus amor.
Et quæcunque dolens reperit non ſtulta puella;
Garrula cum blandis ducitur hora dolis.
Me miſerum, his aliquis rationem ſcribit avari,
Et ponit duras inter ephemeridas,

Quas

J. SCALIGER.

Et ponit duras inter ephemeridas) Ovidius imitatus eſt:

Inter ephemeridas melius, tabulaſque jacerent,
In quibus abſumtas fleret avarus opes.

ἡμερητικαὶ δέλτοι. Calendarium etiam vocari nemo ignorat exemplo Calendarii fœneratorum. Sic etiam Calendarium, & Ephemerides etiam hodieque vulgo, pro tabulis faſtorum, aut Lunaribus aſtrologorum. Unde ea Manaca aliquando dicta oſtendimus, articulo Arabico, & voce Græca, quam tamen Latini inflexione ſuam fecerant. μανιακὸς, Manicus, ſeu Manactis. Βαρδιακὸς, Bardiacus. σπαρτιακὸς, Spartacus. Nam Spartiæum etiam in quibuſdam hiſtoricis in manu ſcriptis libris ſemper legitur. At illa vox *Almanac*, quamvis Arabes ſuam uſu fecerunt. tamen non hodie atque heri eam agnoverunt, ſed diu eſt, poſtquam hoc factum eſt. Porphyrius in Epiſtola ad Anebum Ægyptium, citante Euſebio: τοὺς τε εἰς δεκανοὺς τομὰς καὶ τοὺς ὡροσκόπους. καὶ τοὺς λεγομένους κραταιοὺς ἡγεμόνας. ὧν καὶ τὰ ὀνόματα ἐν τοῖς ἀλμενιχιακοῖς φέρεται. Hæc igitur Ephemeridas etiam vocabant, ut & hodie. Juvenalis:

In cujus manibus ſeu pinguia ſuccina tritas
Cernis ephemeridas --

Itaque riſu excipiendus Cardanus, qui miratur Haly Rodoan potuiſſe conſtruere Thema cujuſdam Cometæ, quum, inquit, eo tempore nullæ eſſent

Quas ſi quis mihi rettulerit, donabitur auro.
Quis pro divitiis ligna retenta velit?
I puer, & citus hæc aliqua propone columna,
Et dominum Eſquiliis ſcribe habitare tuum.

XXIII.

FAlſa eſt iſta tuæ, mulier, fiducia formæ,
Olim oculis nimium facta ſuperba meis.
Noſter Amor tales tribuit tibi Cynthia laudes.
Verſibus inſignem te pudet eſſe meis.
Miſtam te varia laudavi ſæpe figura,
Ut quod non eſſes, eſſe putaret amor.
Et color eſt toties roſeo collatus Eoo,
Cum tibi quæſitus candor in ore foret.

Quod

Ephemerides, Sed hunc jocularem errorem diluimus in Prolegomenis Carminis Maniliani. Alioqui ut diximus, Ephemerides ſunt quotidianæ familiæ. Juvenlis:

-- *longi relegit tranſacta diurni.*

VARIORUM.

Vulgari buxo ſordida cera fuit) De ceris tabellarum Plautus Curcul. Bacchid. & pſeud. Sueton. in Cæſare & Nerone unde Titinnius apud Chariſ. lib. 1. *Velim ego oſſe arare campum cereum.*

Me miſerum his aliquis Rationem ſcribit avari.

Et ponit duras inter Ephemeridas.) Moris olim fuit, unumquemque domeſticam rationem ſibi totius vitæ ſuæ per dies ſingulos ſcribere, ex quo appareret, quid de reditibus ſuis, quid de arte, fœnore, lucrove ſepoſuiſſet quoque die, & quid item ſumptus damnive feciſſet, quemadmodum Aſconius in III. contra Verrem orat. tradit.

Non bona.) Legendum. *Non bene de nobis crimina ficta jacis?* N. Heinſius. 1. Triſt: Eleg. 6.

Avari.) in Modiano Cod. erat *avarus* quod placet & confirmant illa Ovidiana.

Inter Ephemeridas melius tabulaſque jacerent
In quibus abſumtas fleret avarus opes.

Douſa P.

J. SCALIGER.

Et dominum Eſquiliis) Apulejus: *Siquis a fuga retrahere, vel occultam demonſtrare potuerit fugitivam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Pſychen, conveniat retro metas Murcias Mercurium prædicatorem.*

VARIORUM.

Et dominum Eſquiliis.) Nam libellis propoſitis notabant habitationem. Ipſe autem Propertius hic & Eleg. VIII. lib. IV. initio docet ſe Exquiliis habitaſſe. *Eſquilia.* τόπος ἐν ῥώμῃ.

Ut quod non eſſes) Faceret Vet. Cod. autoritas, legerem:

Cum, quod non eſſes, eſſe putaret amor.

nam tale quid videtur ſententia poſtulare. *Douſa. F.*

Ecce

Quod mihi non patrii poterant avertere amici,
  Eluere aut vaſto Theſſala ſaga mari,
Hæc ego non ferro, non igne coactus, & ipſa
  Naufragus Ægea verba fatebor aqua;
Correptus ſævo Veneris torrebar aheno,
  Vinctus eram verſas in mea terga manus.
Ecce coronatæ portum tetigere carinæ:
  Trajectæ Syrtes, anchora jacta mihi eſt.
Nunc demum vaſto feſſi reſipiſcimus æſtu,
  Vulneraque ad ſanum nunc coiere mea.
Mens bona, ſi qua dea es, tua me in ſacraria dono.
  Exciderunt ſurdo tot mea vota Jovi.   Riſus

J. SCALIGER.

Ecce coronata) Ut:

Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Mens bona, ſiqua Dea es.) Quaſi ignoraret ædem Menti conſecratam in Capitolio VIII. Eid. Juni: ut eſt in veteri Calendario. At Ovid. VII. Eid. dicatam ædem vult temporibus Punicis. Sed & Auguſtus Juſtitiam & Mentem in eadem æde conſecravit. Ovid. III. de Ponto:

Principe nec noſtro Deus eſt moderatior ullus.
Juſtitia vires temperat ille ſuas,
Nuper eam Cæſar facto de marmore templo
Iampridem poſuit Mentis in æde ſua.

In II. de Ponto; Elegia prima:

Juſtitiamque ſui caſte placaſſe Parentis,
Illo quæ templum pectore ſemper habet.

quæ quidem, inquit, juſtitia habet ſedem in pectore, hoc eſt in mente Cæſaris; quaſi mens illa conſecrata ab Auguſto ipſius Auguſti ſit mens, in cujus æde Juſtitia ὁμόναος coleretur. Neque ille locus Ovidii bene capitur Grammaticis, neque emendate legitur in vulgatis editionib. Quare obſcuriſſimus erat.

VARIORUM.

Eluere aut vaſto Theſſala ſaga mari.) Id eſt, expiare, me in mare vaſtum immergendo. Græcanica Parœmia apud Euſtach. I. Iliad, Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. Extat apud Euripidem in Iphigenia Taurica. Laërtius vero Euripidem Platoni comitem iviſſe in Ægyptum & morbo liberatum a Sacerdotibus Ægyptiis merſum in mare ait fudiſſe eum verſum, Cic. pro Sexto Roſcio: *Ne, dum delati eſſent in mare ipſum pollucrent, quo cætera quæ violata ſunt expiari putantur.*

Mens bona) Scribo. *Mens bona, ſi qua*
Dea es. tua me in ſacraria condo,
Exciderint ſurdo tot mea vota Jovi.

Eſt enim voventis. N. Heinſius in Addendis ad Ovid.

Formula antiqua erat & conſuetudo orantium, *Mentem Bonam* ſibi optare: quo reſpicit Seneca Epiſtola XLI. initio. *Facis rem optimam & tibi Salutarem; ſi ut ſcribis perſeveras ire ad bonam mentem, quam ſtultum eſt optare, cum poſſis a te impetrare. Non ſunt ad cœlum elevandæ manus, nec exorandus æditnus, ut nos ad aures ſimulacri, quaſi magis exaudiri poſſimus, admittat.* Vide Auguſtin. de civit. Dei lib. IV. cap. XXI. Menti Deæ ædes vota eſt poſt pugnam ad lacum Thraſimenem, Livius lib. XXII. dicata tribus annis poſt ab Attilio duumviro in id creato. In Capitolio fuit ædes Veneri Erycinæ conjuncta, ut ante jam dixi. Sacrata eſt etiam a M. Æmilio Scauro bello

Quam multæ ante meis cedant ſermonibus horæ,
Dulcia quam nobis concitet arma Venus.
Namque, ubi non certo vincitur fœdere lectus,
Non habet ultores nox vigilanda deos:
Et quibus impoſuit, ſolvit mox vincla libido.
Contineant nobis omnia prima fidem.
Ergo qui tactas in fœdera ruperit aras,
Pollueritque novo ſacra marita toro,
Illi ſint, quicunque ſolent in amore dolores;
Et caput argutæ præbeat hiſtoriæ;
Nec flenti Dominæ patefiant nocte feneſtræ.
Semper amet fructu ſemper amoris egens.

XX.

MAgnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas;
Ut me longa gravi ſolvat amore via.
Creſcit enim aſſidue ſpectando cura puellæ.
Ipſe alimenta ſibi maxima præbet amor.
Omnia ſunt tentata mihi, quacunque fugari
Poſſit, at ex omni me premit ipſe deus.
Vix tamen aut ſemel admittit, cum ſæpe negavit;
Seu venit, extremo dormit amicta toro.
Unum erit auxilium mutatis, Cynthia, terris.
Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.
Nunc agite o ſocii propellite in æquora navem,
Remorumque pares ducite ſorte vices.
Jungiteque extremo felicia lintea malo.
Jam liquidum nautis aura ſecundat iter.
Romanæ

J. SCALIGER.

Extremo dormit amica) Lege, *amicta.*

Demoſte-

Romanæ turres, & vos valeatis amici,
  Qualiſcunque mihi tuque puella vale.
Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hoſpes,
  Cogar & undiſonos nunc prece adire deos?
Deinde per Ionium vectus cum feſſa Lechæo
  Sedarit placida vela phaſelus aqua:
Quod ſupereſt, ſufferte pedes, properate laborem,
  Iſthmos qua terris arcet utrinque mare.
Inde ubi Piræei capient me littora portus,
  Scandam ego Theſeæ brachia longa viæ.
Illic vel ſtudiis animum emendare Platonis
  Incipiam a aut hortis docte Epicure tuis;
Perſequar aut ſtudium linguæ, Demoſthenis arma,
  Librorumque tuos docte Menandre ſales:
Aut certe tabulæ capient mea lumina pictæ,
  Sive ebore exactæ, ſeu magis ære manus:
Aut ſpatia annorum, aut longa intervalla profundi
  Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.

Seu

J. SCALIGER.

Demoſthenis arma) Petronius: *& ingentis quatiat Demoſthenis arma.*

VARIORUM.

Iſthmos, &c.) *Iſthmos*, anguſtiæ unde procedit Peloponeſſus, vocantur, inquit Plin. lib. IV, cap. IV.

Theſea brachia longa via.) Sic appellat longos muros conſilio. Themiſtoclis ab urbe ad mare uſque ductos XL. ſtadiorum ſpatio, ut Piræeus urbi conjungeretur. Thucydides lib. I. &c. II. Strabo lib. IX. qui veluti crura fuiſſe ait, non brachia. *Paſſerat.*

Hortis docte Epicure tuis.) in hortis Philoſophatus Epicurus, quorum meminerunt plurimi. Vide Meurſii Athen. Att. lib. 3. c. 10.

Perſequar aut ſtudium linguæ Demoſthenis arma.) Huc pertinet, quod Orpheus in hymnis appellat Mercurium γλώσσης δεινὸν ὅπλον. Hinc Cicero lib. I. de invent. *Qui vero ita ſeſe armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriæ, ſed pro his pugnare poſſit, is mihi vir & ſuis & publicis rationibus utiliſſimus atque amiciſſimus civis fore videtur.* & alibi de eloquentia loquens, *quid tam neceſſarium, quam tenere ſemper arma, quibus vel tectus eſſe poſſis, vel provocare improbos, vel te ulciſci laceſſitus*: Sed & *telis diſciplinarum armari*, dixit Vitruvius libro I. *artibus armari* Tacitus ſive Quinctilianus in Dialogo de Orat. *Legibus armari* Juſtinianus in procemio Inſtit. Id quod quam inepte reprehendatur a Florido quodam hinc patet. *Douſa F.*

 Dinde

Seu moriar fato, non turpi fractus amore,
Atque erit illa mihi mortis honeſta dies.

XXI.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Propontiaca quâ fluit Iſthmos aqua,
Dindymus, & ſacræ fabricata inventa Cybebæ,
Raptoriſque tulit qua via Ditis equos.
Si te forte juvant Helles Athamantidos urbes,
Et deſiderio, Tulle, movere meo;
Tu licet aſpicias cælum omne Atlanta gerentem,
Sectaque Perſea Phorcidos ora manu,
Gery-

J. SCALIGER.

Dindymus & ſacræ fabricata inventa Cybebes) Intelligit fabricas, quę pulcherrimę erant in eo oppido. περιφραςικῶς enim fabricata inventa ſunt Fabricæ ipſæ. Strabo de Cyzico. τρεῖς δὲ ἀρχιτέκτονας τοὺς ἐπιμελουμένους οἰκοδομημάτων τε δημοσίων, καὶ ὀργάνων, τρεῖς δὲ καὶ θησαυρῶν κέκτηται, &c. Cybelæ autem fabricas vocat: quia oppidum illud Cybelen colebat. unde Cyzicon Nicander vocat ὀργαστήριον αὐτῶν, quod corporati fabrorum Cyzicenorum videntur ſacri Cybelæ, & Atti fuiſſe. ὀργαστήριον enim, eſt ἐργαστήριον, ut ὀργάνη ἀθηνᾶ, eſt ἐργάνη. At interpres vetus Nicandri ignoravit, quid eſſet ὀργαστήριον. Qui locus hunc Propertianum interpretatur.

Raptoriſque tulit qua via Ditis equos) Proſerpinæ tutela Cyzicum. quod ex Plutarcho in Lucullo cognoſcimus. item ex Epigrammate:

Ennea Cererem nurus frequentant
Raptam Cyzicos oſtreoſa divam.

VARIORUM.

Cyzicus) De Cyzico inſula, & urbe Propontidis, juncta continenti duobus pontibus Cicero pro lege Manilia, pro Muræna; & Archia. Plutarchus in Lucullo. Strabo libro. XII. *Paſſer.*

Propontiaca qua fluit Iſthmos aqua.) Iſthmon Cimmerium intelligit, inter Euxinum & Caſpium mare, & Tauricam Cherroneſum, ut ſuperiore Elegia Peloponeſiacum ſive Achaicum. Hunc Iſthmon Seleucus Nicanor perfodere conatus. *Idem.* Eſt gravis error. Intelligitur Iſthmus in quo ſita Cyzicus. P. Mela l, 19. *Trans amnem ſedet in cervice peninſulæ Cyzicum.* Cervices enim ſunt Iſthumi. *Graevius.*

Helles Athamantidos urbes.) Vide ſupra lib. II. Eleg. XX. Athamantida vocat, quia fuit filia Athamantis & Nepheles.

Cælum omne Atlanta gerentem.) At'as Latine Telamon, inquit Servius in IV. Æn. ut Nilus, Melo. Deſcriptio ejus eſt apud Herodotum in Melpomene. Virgil. IV. Æn. Ovid. IV. Metamorph. Servius Aſtrologum fuiſſe ſcribit, & Herculem Aſtrologiam docuiſſe. Plin. lib. II. cap. VII. Sphæram ab eo repertam ſcribit. Idem lib. VII. c. LVII. Aſtrologiæ inventorem fuiſſe ait, Libyæ filium. Hygin. Fab. [illegible] Atlanti Cœlo fornicem ſuper humeros impoſitum a Jove ſcribit, quod

Geryonæ ſtabula, & luctantum in pulvere ſigna
Herculis Antæique, Heſperidumque choros;
Tuque tuo Colchon propellas remige Phaſin,
Peliacæque trabis totum iter ipſe legas,
Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba
In faciem proræ pinus adacta novæ;

Et

quod dux Titanum fuiſſet in bello contra Jovem. *Paſſerat.*

Sectaque Perſea Phorcydos ora manu.) Amputatum Meduſæ caput harpe, ſive falcato enſe. Hygin. Phorcum unum Gigantum facit, ex quo & Ceto natæ Phorcydes. Idem facit Heſiodus in Theog. & Virgil. v. Æn. *Nereidum Phorciques chorus.* Ab aliis Phorcys vel Phorcyn dicitur, unde Phorcynides, ejus tres filiæ, qua de re multa Palæphatus. Vide Hygin. lib. II. Aſtronom. in Perſeo. Apollod lib. I. Idem lib. II. Gorgonum ſorores facit, & nominat; Enio; Pemphredo, & Dino Ab his oculum mutuum ſumpſit Perſeus iturus ad Gorgonas. *Idem.*

Geryonæ.) De eo Heſiod. in Theogon. Servius ait; quod eum *tricipitem finxerunt & trimembrem, quia Rex Hiſpaniæ tribus inſulis proximis præfuit. Balearica majori & minori & Ebuſa* Plin. lib. IV, cap. penult. Pauſan. Attic. Diodor. Sic. lib. IV. Juſtinus lib. ult. Tres fratres tantæ concordiæ fuiſſe ait, ut animo uno regi viderentur. Vide & Apollod. lib. II. Hyg. Fab. XXX. & CLI. Strabo lib. III. Palæphatus tricipitem fictum, ait, quod civitatem Tricarina dictam incoluerit. *Idem.*

Signa Herculis Antæique, &c.) *Signa,* an ſtatuas & ſimulacra? Plin. cap. VIII. lib. III. a Polycleto factum memorat Herculem Antæum procul a terra ſuſtinentem. Sed quia addit *in pulvere*; *ſigna* veſtigia ſunt palæſtræ, impreſſa pulveri pedibus, genibus, totoque corpore. nam pulvis luctatorum eſt. Plin. lib. V. cap. I. In Mauritania; *Idem.*

Heſperidumque choros.) Videntur circa illam arborem aurea mala ferentem Heſperides choros duxiſſe. Sane ceciniſſe ait Apollon. lib. IV. Servius ad illud IV. Æn. *Heſperidum templi cuſtos.* Revera nobiles puellas fuiſſe ait, quarum greges abegerit Hercules, earum paſtore interfecto. Unde locus fabulæ de malis aureis Heſperidum. nam & *μῆλα oves.* & *μηλονόμος, paſtor.* Apud Diodor lib. V. tres Heſperides, Arethuſa, Heſperethuſa, & Ægle, ab Heſpero fratre Atlantis ita dictæ Heſiodo in Theogonia & Ciceroni III. de Nat Deor. filiæ Erebi & Noctis ſunt. Apollod. lib. II. Heſperidas quatuor nominat, Æglen & Erythiam, Veſtam & Erethuſam. Hæ in Hyperboreorum Atlante ſervabant aurea mala. quæ Juno Jovi donarat ipſo nuptiarum die. Apud Apollon. lib. IV. Heſperides adventu Argonautarum in terræ pulverem verſæ, ac mox in arbores. ubi tres nominantur. Heſpera, Erytheis & Ægle. De Horto Heſperidum Plin. lib. XIX. cap. IV. lib. XXXVII. cap. II. lib. V cap. I. & V. *Idem.*

Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba.) Phineus enim Argonautas monuerat, ut ad Symplegadas viæ ducem columbam emitterent, quod factum ab Euphemo. *Idem.*

Et

Et qua Gygæi viſenda eſt ora Cayſtri;
Et qua ſeptenas temperat unda vias;
Omnia Romanæ cedent miracula terræ.
Natura hic poſuit, quicquid ubique fuit.
Armis apta magis tellus, quam commoda noxæ.
Famam Roma tuæ non pudet hiſtoriæ.
Nam quantum ferro, tantum pietate potentes
Stamus: victrices temperat ira manus.

Hic

J. SCALIGER.

Et qua Gygai) Neſcio quis auctor fuit tam ineptæ lectionis. ut neque illius, quam Beroaldus ait ſe inveniſſe in ſuo libro, *Si qua olorigeri.* Hæc omnia ſtolidorum & oſcitantium hominum commenta ſunt. Noſter liber: *Et ſi qua origa:* minima licentia lego:

Et ſi quadriga viſenda eſt ora Cayſtri.

Quadrigam Cayſtri vocat quatuor nobiliſſimas urbes, Epheſum, Smyrnam, Colophonem, Miletum. Hæc enim quatuor illo tempore nobiliſſimæ urbes Aſiæ erant. Et quia Epheſus earum clariſſima eſt, ſita ad Cayſtrum, propterea Cayſtri quadrigam dixit ab earum principe Epheſo. Non eſt novum quadrigam, bigam, trigam a Latinis numeros quaternarium, binarium, ternarium more Græcorum vocari, qui eodem modo συνωρίδα, τετρωρίδα dicunt. Sic Marcellus Empiricus quadrigam vocat τὸ τετραφάρμακον medicorum. Sic vetus poëta:

Triga mihi paucos inter dilecta ſodales,
Triga ſodalitii pars bene magna mei.

Apulejus:

Et Critias mea delitia, & Sol alme, Charine,
Par in amore meo biga tibi remanens.

Scriptum fuerat *viga* ſolenni errore librariorum, pro quo *vita* ſuppoſuerant Correctores. Biga remanens par in amore, id eſt æqualiter jugum trahens, cui contrarium ἑτερoζυγεῖν: quando alter equorum aut boum altero plus trahit. Quod & noſter alibi intelligit:

Tu bene conveniens non ſinis eſſe jugum.

id eſt. Tu es cauſſa τῆς ἑτεροζυγίας. Non enim biga par remanet, te in diverſa jugum trahente. Varro. *Igitur initiorum quadriga, locus, & corpus, tempus, & actio. Initiorum quadriga,* hoc eſt quatuor initia. & in vita Probi Imperatoris, *quadriga tyrannorum.* Vide quam elegantem locum corruperant.

VARIORUM.

Et ſi quadriga.) Ita legendus ille verſus, qui ſummos hactenus viros exercuit,

Et ſi qua Ortygii viſenda eſt ora Cayſtri.

Ortygius enim vocatur, quia Epheſus prius Ortygia fuit dicta. Recte Mela Epheſo ſubjungit Cayſtrum fluvium: is enim Epheſo eſt vicinus. *Iſ. Voſſius ad Melam. pag.* 85.

Et qua ſeptenas temperat unda vias.) *Unda*, id eſt, fluvius, ſive Rheſus, ſive Nilus, ſive Ganges, ſive Tanais, niſi *una* legendum ſit. *Una* (via) *ſeptenas temperat.* id eſt cum in ſeptem vias, & alveos unus alveus dividitur, curſum ſuum moderatur, & minus rapidum reddit. Septenæ viæ, vel Rheſi fluvii Phrygiæ ſunt aut Nilum ſignificat, de quo ſupr. lib. II. El. I. aut Tanaim, de quo Seneca initio Troadis. Aut Gangem potius, de quo Virg. IX. Æn.

Hic

Hic Anio Tiburte fluis, Clitumnus ab Umbro
Tramite & æternum Martius humor opus:
Albanus lacus & ſocii Nemorenſes ab unda,
Potaque Pollucis nympha ſalubris equo.
At non ſquamoſo labuntur ventre ceraſtæ,
Itala portentis nec furit unda novis.
Non hic Andromedæ reſonant pro matre catenæ
Nec tremis Auſonias Phœbe fugare dapes.

Nec

J. SCALIGER.

Hic Anio Tiburte) Repone ex antiqua ſcriptura, *Tiburne*. Eſt adjectivum, Tiburnus Anio: ut Tuſcus Tiberis, Carnutus Liger Tibullo.

Clitumnus ab Umbro Tramite) Servius: *Tramites ſunt convalles, quæ de lateribus utrinque pervia limitant montes: quæ ſolent etiam ſaltus nuncupari.* Recte Servius. Nam quos Græci αὐλῶνας, Latini eos Saltus vocant, & tramites. Sed hic Trames eſt ſilva, ut aliquando apud ſcriptores. Supra:

Et ſi forte meo tramite quæris avem.

A ſilva ait oriri Clitumnum: quod egeſtus a Vadimonis lacu abſorbetur intra ſpecum ſilvis obſitum: & aliquanto poſt oculis redditur. atque illud putatur eſſe caput Clitumni. Unde alibi dixit umbroſæ flumina ſilvæ. Vide quid ſupra de eo diximus.

Albanus lacus & ſocii) Vetus ſcriptura: *Albanusq; lacus ſocii Nemorenſis ab unda.* Et recte. nam uterque lacus, Albanus, & Nemorenſis ab iiſdem fontibus. Nemorenſis autem lacus vulgo vocabatur Speculum Dianæ, auctore Servio.

Potaque Pollucis) Juturnam recte his adjungit, cujus ſcaturigines cum aliis fontibus communes ſunt lacubus Albano, & Nemorenſi. Strabo: τὰς μὲν ὖν πηγὰς ὁρᾶν ἐστὶν ἐξ ὧν ἡ λίμνη πληροῦται· τούτων δ' ἐστὶν ἱερεῖα καλυμένη δαίμονός τινος ἐπώνυμος. Lege: ὑγιεία καλυμένη. Sic vocat Juturnam. Salubrem vocat, quod ex ea valetudinis cauſſa biberent, unde a juvando dictam putat Varro. *Nympha Juturna*, inquit, *quæ juvaret. itaque multi ægroti propter id nomen hinc aquam petere ſolent.*

At non ſquamoſo) omnino hic locus germanus eſt illius ex ſecundo Georgico:

Nec rapit immenſos orbes per humum --

Lege totum locum.

Italia portentis nec fuit) Lego. *furit.* Ita & liber noſter. Hoc argumentum perſequitur maximus Maro in Georgicis:

Illic & tigres abſunt, & ſæva leonum
Semina --

VARIORUM.

In nemore Albano lacus dictus Albanus, cujus aquæ intumeſcentis prodigio capti Veji. Livius lib. 5.

Nec cuiquam abſentes arſerunt in caput ignes,
Exitium nato matre parante ſuo.
Penthea non ſævæ venantur in arbore Bacchæ,
Nec ſolvit Danaas ſubdita cerva rates,
Cornua nec valuit curvare in pellice Juno,
Aut faciem turpi dedecorare bove:
Arboreaſque cruces Sinis, & non hoſpita Grajis
Saxa, & curvatas in ſua fata trabes.
Hæc tibi Tulle parens, hæc eſt pulcherrima ſedes.
Hic tibi pro digna gente petendus honos.
Hic tibi ad eloquium cives, hic ampla nepotum
Spes, & venturæ conjugis aptus amor.

XXII.

ERgo tam doctæ nobis periere tabellæ?
Scripta quibus pariter tot periere bona.

Has

J. SCALIGER.

Hæc tibi Tulle parens) Hic Tullus, ut apparet, proconſul Bithyniæ fuit. unde ſupra:

Tu patrui meritas conare anteire ſecures.

Conjugis aptus amor) Noſter, *altus amor*, Catullus:

Sed tuus altus amor baratro fuit altior illo.

VARIORUM.

Nec cuiquam abſentes, &c.) De fato Meleagri, fatalique ejus titione; & matris Altheæ impia pietate hi capiendi verſus. Ovid. VII. Met. pluribus rem narrat. Homer. Iliad. IX. Meleagri meminit irati matri ſuæ; nihil de titione. Vide Apollod. lib. I. qui & varie narrat de morte Meleagri Hygin. Fab. CLXXIV. Apul. lib. VII. in fine Aſin. Aur. *Paſſerat.*

Cerva) De hac fabula alibi. Tangit Ovid. XII. Met.

Arboreaſque cruces Scinis, &c.) Pauſanias in Corinthiacis narrat ut Scinis flexis pinis alligarit homines, quibus in ſublime renitentibus diſcerperentur. Legendus Plut. in Theſeo & Alexandro. Sed apud Plut. legitur, *Sinnis*. & apud Euripidem in Hyppolyto, aliis, *Sinis* & Pauſan. in Atticis *Sinim* propinquum Theſei fuiſſe ait ob avum maternum Pittheum. *Paſſerat.*

Non hoſpita Grajis Saxa) Scironidas petras ſignificat, de quibus ſupra hoc libro.

Curvatas in ſua fata trabes.) Nam ea pœna Scinin affecit Theſeus, qua ipſe alios affecerat. Pauſan. Cor. & Plut. in Theſeo.

Et

Has quondam noſtris manibus detriverat uſus,
Qui non ſignatas juſſit habere fidem.
Illæ jam ſine me norant placare puellas,
Et quædam ſine me verba diſerta loqui.
Non illas fixum caras effecerat aurum;
Vulgari buxo ſordida cera fuit.
Qualeſcunque mihi ſemper manſere fideles;
Semper & effectus promeruere bonos.
Forſitan hæc illis fuerant mandata tabellis:
Iraſcor, quoniam es lente moratus heri.
An tibi neſcio quæ viſa eſt formoſior? an tu
Non bona de nobis crimina ficta jacis?
Aut dixit, venias hodie ceſſabimus una,
Hoſpitium tota nocte paratus amor.
Et quæcunque dolens reperit non ſtulta puella;
Garrula cum blandis ducitur hora dolis.
Me miſerum, his aliquis rationem ſcribit avari,
Et ponit duras inter ephemeridas,

Quas

J. SCALIGER.

Et ponit duras inter ephemeridas) Ovidius imitatus eſt:

Inter ephemeridas melius, tabulaſque jacerent,
In quibus abſumtas fleret avarus opes.

πρακτικαὶ δέλτοι. Calendarium etiam vocari nemo ignorat exemplo Calendarii fœneratorum. Sic etiam Calendarium, & Ephemerides etiam hodieque vulgo, pro tabulis faſtorum, aut Lunaribus aſtrologorum. Unde ea Manaca aliquando dicta oſtendimus, articulo Arabico, & voce Græca, quam tamen Latini inflexione ſuam fecerant. μανιακός, Manicus, ſeu Manacus. Βαρδιακός, Bardiacus. σπαρτιακός, Spartacus. Nam Spartiacum etiam in quibuſdam hiſtoricis in manu ſcriptis libris ſemper legitur. At illa vox *Almanac*, quamvis Arabes ſuam uſu fecerunt, tamen non hodie atque heri eam agnoverunt, ſed diu eſt, poſtquam hoc factum eſt. Porphyrius in Epiſtola ad Anebum Ægyptium, citante Euſebio: τούς τε εἰς δεκανοὺς τομὰς καὶ τοὺς ὡροσκόπους. καὶ τοὺς λεγομένους κραταιοὺς ἡγεμόνας. ὧν καὶ τὰ ὀνόματα ἐν τοῖς ἀλμενιχιακοῖς φέρεται. Hæc igitur Ephemeridas etiam vocabant, ut & hodie. Juvenalis:

In cujus manibus ſeu pinguia ſuccina tritas
Cernis ephemeridas --

Itaque riſu excipiendus Cardanus, qui miratur Haly Rodoan potuiſſe conſtruere Thema cujuſdam Cometæ, quum, inquit, eo tempore nullæ eſſent

Quod mihi non patrii poterant avertere amici,
  Eluere aut vaſto Theſſala ſaga mari,
Hæc ego non ferro, non igne coactus, & ipſa
  Naufragus Ægea verba fatebor aqua;
Correptus ſævo Veneris torrebar aheno,
  Vinctus eram verſas in mea terga manus.
Ecce coronatæ portum tetigere carinæ:
  Trajectæ Syrtes, anchora jacta mihi eſt.
Nunc demum vaſto feſſi reſipiſcimus æſtu,
  Vulneraque ad ſanum nunc coiere mea.
Mens bona, ſi qua dea es, tua me in ſacraria dono.
  Exciderunt ſurdo tot mea vota Jovi. Riſus

J. SCALIGER.

Ecce coronatæ) Ut:

Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Mens bona, ſiqua Dea es.) Quaſi ignoraret ædem Menti conſecratam in Capitolio VIII. Eid. Juni: ut eſt in veteri Calendario. At Ovid. VII. Eid. dicatam ædem vult temporibus Punicis. Sed & Auguſtus Juſtitiam & Mentem in eadem æde conſecravit. Ovid. III. de Ponto:

Principe nec noſtro Deus eſt moderatior ullus.
Juſtitia vires temperat ille ſuas,
Nuper eam Cæſar facto de marmore templo
Jampridem poſuit Mentis in æde ſua.

In II. de Ponto; Elegia prima:

Juſtitiamque ſui caſte placaſſe Parentis,
Illo quæ templum pectore ſemper habet.

quæ quidem, inquit, juſtitia habet ſedem in pectore, hoc eſt in mente Cæſaris: quaſi mens illa conſecrata ab Auguſto ipſius Auguſti ſit mens, in cujus æde Juſtitia ὁμόναος coleretur. Neque ille locus Ovidii bene capitur Grammaticis, neque emendate legitur in vulgatis editionib. Quare obſcuriſſimus erat.

VARRIORUM.

Eluere aut vaſto Theſſala ſaga mari.) Id eſt, expiare, me in mare vaſtum immergendo. Græcanica Paroemia apud Euſtach. I. Iliad, Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. Extat apud Euripidem in Iphigenia Taurica. Laërtius vero Euripidem Platoni comitem iviſſe in Ægyptum & morbo liberatum a Sacerdotibus Ægyptiis merſum in mare ait fudiſſe eum verſum, Cic. pro Sexto Roſcio: *Ne, dum delati eſſent in mare ipſum pollnerent, quo cætera quæ violata ſunt expiari putantur.*

Mens bona) Scribo. *Mens bona, ſi qua*
Dea es, tua me in ſacraria condo;
Exciderint ſurdo tot mea vota Jovi.

Eſt enim voventis. N. Heinſius in Addendis ad Ovid.

Formula antiqua erat & conſuetudo orantium, *Mentem Bonam* ſibi optare: quo reſpicit Seneca Epiſtola XLI. initio. *Facis rem optimam & tibi Salutarem; ſi ut ſcribis perſeveras ire ad bonam mentem, quam ſtultum eſt optare, cum poſſis a te impetrare. Non ſunt ad cœlum elevandæ manus, nec exorandus ædituus, ut nos ad aures ſimulacri, quaſi magis exaudiri poſſimus, admittat.* Vide Auguſtin. de civit. Dei lib. IV. cap. XXI. Menti Deæ ædes vota eſt poſt pugnam ad lacum Thraſimenem, Livius lib. XXII. dicata tribus annis poſt ab Attilio duumviro in id creato. In Capitolio fuit ædes Veneri Erycinæ conjuncta, ut ante jam dixi. Sacrata eſt etiam a M. Æmilio Scauro

bello

XXIV.

Riſus eram poſitis inter convivia menſis,
  Et de me poterat quilibet eſſe loquax.
Quinque tibi potui ſervire fideliter annos.
  Ungue meam morſo ſæpe querere fidem.
Nil moveor lacrymis: iſta ſum captus ab arte:
  Semper ab inſidiis Cynthia flere ſoles.
Flebo ego diſcedens: ſed fletum injuria vincit.
  Tu bene conveniens non finis eſſe jugum.
Limina jam noſtris valeant lacrymantia verbis,
  Nec tamen irata janua fracta manu:
At te celatis ætas gravis urgeat annis,
  Et veniat formæ ruga ſiniſtra tuæ.
Vellere tum cupies albos a ſtirpe capillos,
  Ah ſpeculo rugas increpitante tibi.
Excluſa inque vicem faſtus patiare ſuperbos,
  Et, quæ feciſti, facta queraris anus:
Has tibi fatales cecinit mea pagina diras.
  Eventum formæ diſce timere tuæ.

SEXTI

bello Cimbrico. Feſtum ejus ſeptimo Idus Junii. Ovid. lib. vi. Faſt.

J. SCALIGER

Riſus eram) Noſter, *viſus*. Male vero quædam editiones, & liber noſter hæc divellunt a ſuperioribus.

Excluſa inque vicem) Horat.

Invicem mœchos anus arrogantes
Flebis in ſolo levis angiportu.

VARIORUM.

Limina jam noſtris.] De lacrymis amantium ante limina puellæ rem novi. Sed quam inſolens hoc & durum, *verbis lacrymantia limina*. Puto reponendum:

Limina jam noſtris valeant halantia ſertis

De *halandi* verbo dixi Metam. l.7.verſ. 812. apud Virgil. l. 1. Æneidos

Thure calent aræ, ſertisque recentibus halant.

Et lib. 4. Georg. *halantes floribus horti*. N. Heinſius ad 1. Faſt. verſ. 287.

Hoc

SEXTI AURELII PROPERTII,

ELEGIARUM LIBER IV.

ELEGIA I.

Hoc, quodcunque vides, hoſpes, quam maxima Roma eſt,
Ante Phrygem Æneam collis & herba fuit.
Atque ubi navali ſtant ſacra palatia Phœbo,
Evandri profugæ procubuere boves.
Fictilibus crevere deis hæc aurea templa.
Nec fuit opprobrio facta ſine arte caſa.

Tarpe-

J. SCALIGER.

HOc quodcunque vides, hoſpes) Per hoſpitem intellige Genethliacum, quem alloquitur Propertius.

VARIORUM.

Quam maxima Roma eſt.) Lege *qua maxima Roma eſt.* Quodcumque vides hodie radians fulgenſque ea parte terrarum & Latii, ubi urbs domina eſt, pro eo nihil olim niſi ſaltus & gramina. Gronovius obſerv. lib. 3. cap. 19.

Collis & herba fuit.) Dictum eadem figura, qua a Virgil. 9 Æneid. *Arma virumque ferens.* & II. Georg. *Pateris libamus & auro* Sic capio & illud Saluſtii. Hiſtor. lib. 1 *Cujus in urbem reditu decus atque ordines omnes interierunt.* Douſa F.

Navali ſtant ſacra Palatia Phœbo.) De æde Apollinis Palatini loquitur. quam libro ſecundo deſcribit, *Tum medium claro ſurgebat marmore templum.* Douſa F.

Evandri profuga procubuere boves.) De ejus in Italiam adventu Feſtus in *Rom.* Ovid. I. IV. & V. Faſt. Liv. lib. I. Dionyſ. lib. I. Varro IV. de *L* L. Ab eo etiam Romam conditam quidam putarunt. Unde Virgil. VIII. Æn.

Tū pater Evander Romanæ conditor arcis. Mercurii & Nymphæ Ladonis filium facit Pauſan. in Arcadicis. & Palatinus dicitur a Virgil IX. Æn. quia in Palatio habitavit. De Evandri exſilio Ovid. lib. I. Faſt. Et Evander ipſe apud Virgilium lib. VIII.

Me pulſū patria, pelagiq; extrēma ſequentē Fortunā omnipotens & ineluctabile fatum His poſuere locis. Paſſer.

Fictilibus crevere deis, &c.) Plin. lib. XXXIV cap VII ante devictam Aſiam Romæ ſimulacra Deorum, ait fuiſſe lignea, aut fictilia. de fictilibus vide eundem cap. XII. lib. XXXV. Cato apud Livium initio lib. XXXIV. pro lege Oppia: *Anteſixa fictilia Deorum Romanorum irridentes.*

Facta ſine arte caſa.) Supr. Tibull. lib. II. Eleg. V. Caſam Romuli

jacet

Tarpejuſque pater nuda de rupe tonabat,
Et Tiberis noſtris advena bubus erat.
Quo gradibus domus iſta Remi ſe ſuſtulit, olim
Unus erat fratrum maxima regna focus.
Curia, prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu,
Pellitos habuit ruſtica corda patres.
Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.
Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat.

Nec

intelligit procul dubio; de qua egregie Silius Baſſus declamator apud Senecam lib. I. Controv. VI. *Inter hæc tam effuſa mœnia nihil eſt humili caſa nobilius. faſtigiatis ſupra tectis auro puro fulgens prælucet Capitolium.* & apud eundem lib. II. Controv. I. Ceſtius Pius: *Colit etiamnum in Capitolio Caſam victor omnium gentium populus: cujus tantam felicitatem nemo miratur.* Eam continuo Romani reparabant, culmis tamen ſemper & ſtramine: tum quod nonnullum in eo perpetuitatis omen ſitum exiſtimarent; tum etiam ut oſtenderent tantam ac talem urbem e caſis & mapalibus enatam: quod poëtæ more ſuo libentes extollunt, maxime delicium noſtrum Propertius; *Hoc quodcunque vides, &c.* & quæ ibi ſequuntur nullo ore ſatis laudata. *Rycquius.*

Tarpejusque pater, &c.) Miror heic nudam dicere, quum nemore & dumis conſita vel ante conditam urbem fuiſſe credatur. Virgil. VIII. Æn.

Hinc ad Tarpejam ſedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim ſilveſtribus horrida dumis.

Quin & ipſe Propert. lib. IV. Eleg. IV. elegantiſſima ὑποτυπώσει ſic eam deſcribit:

Lucus erat felix &c.

Nudam autem *rupem* cum dicit, ædificiis & apparatu Sacrorum deſtitutam intelligit, queis Auguſtali, id eſt ſuo ævo, ſuper omnia urbis & orbis loca erat inſtructiſſima. *Rycquius.*

Pellitos habuit &c.] Romanos pellitos in initio, urbe jam condita fuiſſe loquitur hic noſter. Pelles iſtæ pro qualitate nobilitateve perſonarum, ita viliores pretioſioresve erant. Adrian Turneb. lib. XV. cap. ult.

Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.) Antiquitus bubuli cornus (βυκάνην Græci, Latini *bucinam* dixere) uſus erat ad convocandos boves. Atque is quidem permanſit. Columella lib. VI. cap. XXIII. *Id ſemper crepuſculo fieri debet, ut ad ſonum bucinæ pecus, ſi quod in ſilva ſubſtiterit, ſepta repetere conſueſcat.* Hioc adhibita ad convocandos cives. Unde Propertius de temporibus Romuli.

Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.

Et ne a poëta id confictum putes, ſimiliter Dion. Halic. lib. ſecundo: *Plebejos miniſtros quidam cornibus bovillis inſonantes*) q. d. bucinantes) *ad cœtus* (ſive concionem) *cogebant.* Voſſius. De eorum uſu in bello, vid. Lipſ. lib. IV. de Mil. Rom. Dial. X.

Pulpita

Nec ſinuoſa cavo pendebant vela theatro.
  Pulpita ſolennes non oluere crocos.
Nulli cura fuit externos quærere divos,
  Cum tremeret patrio pendula turba ſacro.
Annuaque accenſo celebrare Palilia fœno,
  Qualia nunc curto luſtra novantur equo.

Veſta

J. SCALIGER.

Pulpita ſolennes non oluere crocos) Omnes norunt hunc morem : ſed tamen, ut quis aut qualis fuerit, neſciant. Fiebat autem id per expreſſiones machinarum, ut hodie in Italia exprimitur aqua epitoniis verſis etiam in aridiſſimis locis, quum aquam intus antea immiſſam latentibus fiſtulis alte exprimunt. Seneca Epiſtola una & nonageſima : *Quemadmodum in immenſam altitudinem crocum latentibus fiſtulis exprimat.* Idem Quæſtionum libro ſecundo : *Numquid dubitas, quin ſparſio illa, quæ ex fundamentis mediæ arenæ creſcens in ſummam altitudinem amphitheatri pervenit, quin intentione aquæ fiat?* Sparſionem vocat, ut Gloſſarium *Sparſio* κροκέρραντος. item *Sparſio* κρόκος ὁ ῥαινόμενος. Apulejus libro nono : *Tunc de ſummo montis cacumine per quandam latentem fiſtulam in excelſum prorupit unda croco diluta, ſparſimque defluens paſcentes circa capellas odorato perpluit imbre, donec in meliorem maculatæ ſpeciem canitiem propriam luteo colore mutarent.* Exprimebatur & ſparſio illa ex ſigillis quibuſdam, quæ totis membris illam emittebant. Lucanus

Utque ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
Corycii preſſura croci. ſic omnia membra
Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine virus.

Imbres & nimbos vocant Poëtæ. Quod quare reprehendat in Mæcenate M. Seneca, neſcio, proœmio x. Declam. *Quis enim ferret hominem de ſiſonibus dicentem, Cælo Repluerunt; de ſparſionibus, Odoratos Imbres.* Quod autem Sparſio illa κρόκου ῥανσις diceretur, neſcio an ita accipiamus in Papinio:

Dives ſparſio quos agit tumultus --

Videtur enim potius de miſſilibus accipiendum, quæ Imperatores in vulgus ſpargebant. Sed & privati quoque homines teſtamento ſparſiones nucum quotannis dieb. natalib. relinquebant. In veteri Saxo : *Incrementa Pueris. Curiæ. & Sparſionem. Nucum Dent.* Nam & ex aliis inſcriptionibus apparet Incrementa pro gratuitis illis ſparſionibus dicta fuiſſe. In Actis condemnationis Marcellini Epiſcopi Romani non ſemel *Incrementum* accipitur pro oblatione : quod profecto ex hac conſuetudine derivatum. Spartianus in Adriano : *Pueris & puellis quibus etiam Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit.* Porro ſparſionem nummorum in populum Lampridius *Collatum* vocat in Alagabalo. In vita Probi Imp. *et ejus dignitas incrementis adjuvatur*, id eſt, liberalitate.

Qualia nunc curvo) Melius editiones nonnullæ, *curto.* Confudit Octobris equi ſacrificium cum Palili ſacro. Nam utroque equus immolabatur, ſed Palili quotannis, illo, quinto quoque anno, cujus cauda Cavier vocabatur. vide Feſtum *Caviares hoſtiæ;* & noſtra in illum locum. Curtus equus eſt aliqua parte ſui mutilus, ſed præſertim cauda, ut hic in Caviari ſacrificio.

Trima

Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis;
  Ducebant macræ vilia ſacra boves.
Parva ſaginati luſtrabant compita porci,
  Paſtor & ad calamos exta litabat ovis.
Verbera pellitus ſetoſa movebat arator,
  Unde licens Fabius ſacra Lupercus habet.
Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis:
  Miſcebant uſta prælia nuda ſude.
Prima galeritus poſuit prætoria Lucmo:
  Magnaque pars Tatio rerum erat inter oves.

Hinc

J. SCALIGERI.

Prima galeritus) Lege *Lucmo*. Is eſt Lucumo.

VARRIORUM.

Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis.) An Veſta dorſo aſellorum geſtari gaudebat, ut Iſis & Cybele? Nam eadem terra eſt. An ei aſelli ut inviſi immolabantur? Plutarch. *ἐν ῥωμ.* quæſt. XLVIII. Conſualibus equos & aſellos coronari ſolitos ſcribit. Ovid. VI. Faſt. de fornicalibus agens.

Ecce coronatis panis dependet aſellis,
Et velant ſcabras ſordida ſerta molas.

Vide Feſtum in *Panis coronabantur*. Paſſer.

Ducebant macræ vilia ſacra boves.) Sacra ducebantur curru ad templa. Virg. VIII. Æn.

Caſta ducebat ſacra per urbem
Pilentis matres in mollibus.

Et apud Livium lib. XXXIV. Lege Oppia cautum ne vehiculo per urbem niſi ſacrorum publicorum cauſſa matronæ veherentur, ad eam rem bubus uſi ſunt, ut Cleobis & Bitonis hiſtoria docet apud Cic. I. Tuſc. Et Virg. III. Georg.

Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæſitas ad ſacra boves Junonis; & uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Sententia poëtæ hæc eſt. Tunc boves ſacra ducebant in plauſtris paupertinis, at hodie matres ducunt ſacra in mollibus pilentis. & argumentum paupertatis eſt, quod boves macræ, attenuatæ ſcilicet opere & aratro. *Paſſerat.*

Miſcebant uſta prælia nuda ſude.) *Sudes*, lignum in capite acutum leviter, & igni duratum. Vetus id telum & plerisque gentibus ſic uſitatum. Propertius de priſcis agreſtibusque Rom. *Miſcebant.* &c. Virgil. quoque inter agreſtia numerat, lib. VII. *Non jam certamine agreſti.*

Stipitibus duris agitur, ſudibusque præuſtis.

Lipſius.

Prima Galeritus poſuit prætoria Lygmon.) Eum, quem Lygmonem vocat, Lucumonem eſſe reor, qui magna manu auxilio venit Romulo regi contra Tatium. Locomon à Dionyſio lib. II. apellatur. Ejus nominis ſpecies magis immutata eſt hoc etiam verſu Propertii Eleg. proxima. vix ut agnoſcatur, & in alium hominem prope deformatus ſit.

Tempore quo ſociis venit Lycomedius armis,
Atque Sabina feri contudit arma Tatî.

Is in eo bello etiam cecidit. *Turnebus.*

Parva

Hinc Tities, Ramneſque viri, Luceresque coloni.
Quattuor hinc albos Romulus egit equos.
Quippe ſuburbanæ parva minus urbe Bovillæ.
Et, qui nunc nulli, maxima turba Gabii:
Et ſtetit Alba potens, albæ ſuis omine nata,
Hac, ubi Fidenas longe erat ire, via.
Nil patrium, niſi nomen habet Romanus alumnus.
Sanguinis altricem nunc pudet eſſe lupam.

Huc

J. SCALIGER.

Parva minus urbe) Ita loquitur Varro Atacinus:

Indica non magna minor arbore creſcit arundo.

Hac ubi Fidenas longe erat ire vias) Lege *via.* Hac ubi longe via erat ire Fidenas. *Longe via*, longinqua via. Supra expoſuimus.

VARIORUM.

Hinc Taties, &c.) *Taties* pro Tatienſes, & *Rhamnes* pro Rhamnenſes, ut Turneb. lib. XXI. cap. I. legit & vet. lib. Apud Varronem IV. de L. L.

Quattuor hinc albos Romulus egit equos) Id eſt, a tam parvis principiis profectus Romulus triumphavit, de Cenienſibus τεθρίππῳ παρεμβεβηκώς, id eſt, quadrigis invectus, ut ait Dionyſ. lib. II. cui convenit cum Propertio. *Idem.* Vide Sup. Tibull. lib. I. Eleg. VIII. pag. 165. Huc pertinet illud Tertulliani. de ſpectaculis, *Quadrigam Romà primus oſtendit Romulus.*

Bovilla.) De Bovillis Plin. lib. III. cap. V. Dionyſ. lib. VIII. a Coriolano captas Bovillas ait oppidum Latii e principibus

Gabii) Appian. lib. I. Inter Romam & Præneſte locat, & Strabo ex æquo ab urbe Præneſte & Roma diſtare ait lib. V. Stadia centum. De iis Plin. lib. III. cap. V.

Alba ſuis omine nata.) Virgil. lib. III. Æn:

Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis undam
Littoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa jacebit
Alba, ſolo recubans, albi circũ ubera nati.
Is locus urbis erit, requies ea certa laborũ.

Fidenas.) Fidenæ oppidum Straboni lib. V. diſtans ab urbe XXX. ſtadia, Dionyſio lib. II. XL. ſtadia. De iis triumphavit Romulus. Livius lib. I.

Longe erat ire, via.) Ita præclare emendavit vir omni præconio major Joſ. Scaliger, cum antea *vias* legeretur nullo ſenſu. *longe via*, i. e. longinqua via, dictum autem *Longinqua via erat ire Fidenas*, eodem modo, quo alibi ab eodem:

Non datur ad Muſas currere lata via

Tollẽda vero diſtinctio poſt *ire* hoc modo

Hac, ubi Fidenas longe erat ire via.

via enim non auferendi, ſed nominandi caſu poſitum. *Douſa F.*

Sanguinis altricem nunc pudet eſſe lupam.) In vet. Modiano eſt, *non pudet.* Sed longe aliter concepta lectio in Editionibus antiquis.

Sanguinis altricem non putat eſſe lupam. Fuerit fortaſſe.

Sanguinis altricem nec putat eſſe lupam. ut hoc dicat, adeo degeneraſſe Romam a priſca illa & horrida ſimplicitate majorum in omne luxuriæ genus prolapſam, ut originis ſuæ pene oblita ſit, neque meminerit amplius altricis illius lupæ, cujus lacte, Romana mœnia in tantum creverunt. *Idem.*

Hæc

Huc melius profugos miſiſti Troja penates.
O quali vecta eſt Dardana puppis ave!
Jam bene ſpondebant tunc omina, quod nihil illam
Læſerat abiegni venter apertus equi,
Cum pater in nati tremulus cervice pependit,
Et verita eſt humeros urere flamma pios.
Tunc animi venere Decii, Brutique ſecures,
Vexit & ipſa ſui Cæſaris arma Venus,
Arma reſurgentis portans victricia Trojæ,
Felix terra tuos cepit Iule deos:
Si modo Avernalis tremulæ cortina Sybillæ
Dixit Aventino rura pianda Remo.
Aut ſi Pergameæ ſero rata carmina vatis
Longævum ad Priami vera fuere caput.
Vertite equum Danai, male vincitis. Ilia tellus
Vivet, & huic cineri Juppiter arma dabit.
Optima nutricum noſtris lupa Martia rebus,
Qualia creverunt mœnia lacte tuo!
Mœnia namque pio conor diſponere verſu.
Hei mihi quod noſtro eſt parvus in ore ſonus!

Sed

J. SCALIGER.

Huc melius profugos) Tibullus:
Tunc ſe Troja quidem mirabitur, & ſibi dicet
Vos bene tam longa conſuluiſſe via.
Baſſus Lollius Poëta:
ἀλλά σοι αἰνείας φίλ☉ ἱερὸς ἵππλὸν ἤδη
ὄρμον ἔχε πάτρης φέρτερον οὐρανίης.
ἐς καλὸν ὤλετο πύργ☉ ὁ τρωΐ☉. ἦ γὰρ ἐν ὅπλοις
ἠγέρθη κόσμου παντὸς ἀνάσσα πόλις.

VARIORUM.

Brutique ſecures.) quibus filio cervices amputari juſſit. Hiſtoria eſt apud Livium lib. II. Flor. cap. IX. lib. I. deinde quia Brutus Tarquinii ſecures fregit, id eſt reges ejecit. *Paſſerat.*

Aventino rura pianda Remo.) Remurium argum, vel eum locum ubi cœſus eſt. Feſtus: *Remurinus ager dictus, quia poſſeſſus eſt a Remo, & habitatio Remi Remona: Sed & locus in ſummo Aventino Remoria dicitur ubi Remus de urbe condenda fuerat auſpicatus.* Et Dionyſ. lib. I. Aventino captaſſe Remum auguria ait, unde hic eum *Aventinum* vocat. Vid. adnot. inf. Eleg. VI.

Hai

Sed tamen exiguo quodcunque e pectore rivi
  Fluxerit, hoc patriæ ſerviet omne meæ.
Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona:
  Mi folia ex edera porrige Bacche tua:
Ut noſtris tumefacta ſuperbiat Umbria libris,
  Umbria Romani patria Callimachi.
Scandentes ſi quis cernet de vallibus arces,
  Ingenio muros æſtimet ille meo.
Roma fave. tibi ſurgit opus. date candida cives
  Omina, & in tectis dextera cantet avis.
Sacra, dieſq; canam, & cognomina priſca locorum:
  Has meus ad metas ſudet oportet equus.
Quo ruis imprudens vage dicere facta Properti?
  Non ſunt a dextra condita fila colo.
Acceſſis lacrymis cantus. averſus Apollo.
  Poſcis ab invita verba pigenda lyra.
Certa feram certis auctoribus. haud ego vates
  Neſcius ærata ſigna movere pila:

Me

J. SCALIGER.

Has meus ad metas ſudet) Huc inſerendum diſtichon, quod infra legebatur: *Dicam, Troja cades & Troica Roma reſurges.* Canam, inquit, fortunam & caducæ, & reciduæ Trojæ. Canam ἰλίου ἅλωσιν, & adventum Æneæ in Italiam, quæ fuit, τροίας παλιγγενεσία.

Accerſis lacrimis cantus) Beroaldus mutavit: *Adverſis muſis cantas.* Si omnibus hoc modo omnia pervertere in bonis ſcriptoribus licet, nihil eſt quod in illorum ſcriptis difficultatem nobis pariat. Noſter, *Arceſſis lacrimis Charites.* Quod ego mutare non auſim. Proverbium eſſe videtur, ut contra mœſtis dicebant, θύε ταῖς χάρισιν. auctor Laertius, & Eunapius. Sunt autem hæc dicta ex perſona Genethliaci, ad calcem uſque Elegiæ.

VARIORUM.

Arceſſis)

Averſis Chariſin cantas. averſus Apollo. Quomodo locum illum caſtigandum eſſe alibi pluribus monemus. N. Heinſius in Addendis ad Ovid.

Ærata ſigna movere pila.) *Pila ærata*, Sphæra ex ære, quia rotundæ pilæ inſtar: dicitur *æs cavum* Varroni in Seſquiulyſſe, apud Nonium in *Explicare*, pro extendere. *Vias Stelligeras ætheris explicans ære cavo.* Vide Claudianum de *Sphæra Archimedis* Vetus Gloſſar. *Pela* (id eſt, Pila) Σφαῖρα. *Paſſerat.*

Me creat Archytæ ſoboles Babylonius Horos,
  Horos, & a proavo ducta Conone domus.
Di mihi ſunt teſtes, non degeneraſſe propinquis,
  Inque meis libris nil prius eſſe fide.
Nunc pretium fecere deos, & fallitur auro
  Juppiter, obliquæ ſigna iterata rotæ.
Feliceſque Jovis ſtellas, Matriſque rapacis,
  Et grave Saturni ſidus in omne caput,
Quid moveant Piſces animoſaque ſigna Leonis,
  Lotus & heſperia quid Capricornus aqua,
Dicam. Troja cades, & Troica Roma reſurges:
  Et maris, & terræ longa ſepulcra canam.

Dixi

J. SCALIGER.

Babylonius Horos) Non a patria, ſed a profeſſione. Babylonii & Chaldæi ſunt Genethliaci.

Feliceſque Jovis) Duo diſticha quæ hic legebantur, quo pertineant, infra ſuo loco dicemus.

Lotus & Heſperia) Capricorno partes Occidentis aſſignantur. auctor Manilius. *Horatius*:

-- quid tyrannus
Heſperia Capricornus ora.

Idem intelligit Horatius, quod Propertius, & Manilius. Et tamen argutantur homines venuſti, qui ſubtiliter hæc ſcrutantur, atque ajunt ab Horatio in honorem aut adulationem potius Auguſti dictum: quia Auguſtus natus ſub eo ſigno. unde etiam nummum Capricorni ſigno cuſum emiſerit. Quæ ſunt meræ nugæ, ne quid aſperius dicam.

Et maris & terræ) Quæ omnia exequitur Virgilius tertio.

VARIORUM.

Feliceſque Jovis ſtella Martiſque rapacis) Proſper erat & Salutaris ille fulgor, qui dicitur Jovis, inquit Cicero VI. de Rep. & *Jovis ſtella benefica* Apuleji lib. Florid. II. Horat. od. XVII. lib. II. *Jovis tutela refulgens Saturno.* Vide Macrob. cap. XIX. lib. prioris in Somnium Scipionis de ratione cur Jovis Stella benigna, Martis & Saturi malignæ.

Martisque rapacis) Vel avidi prædæ, ut ad belli naturam & militum alludat. Sic Horatius *rapacium luporum.* Catull. *Cinade Thalle turbida rapacior procella.* vel *rapacis* quarto caſu, pro rapaces ſtellas Martis, id eſt, rapidas, ſævas, violentas. De ejus ſtellæ natura Macrob. in Somnium Scipionis lib. I. Cicer. VI. de Rep. *Tum rutilus horribiliſque terris, quem Martem dicimus.* Paſſerat.

Animoſaque ſigna Leonis) De ſigno Leonis vide Hygin. lib. II. & III. Aſtr. in *Leo.* Is Leo Cleonæus fuit, primus Herculis labor. Macrub. lib. I. cap. XXI. In ſomn. Scip. in leone eſſe rudimenta naſcendi & humanæ vitæ tyrocinia ait. & cap. XXI. lib. I. Sat. Leonem Solis domicilium eſſe. Turneb. loco prænotato, cum omnes planetæ in ſigno æſtivo erunt, ut Leone aut Cancro, tunc, ait, futuram magnam æſtatem, id eſt, exuſtionem terrarum. *Idem.*

Gallus

Dixi ego, cum geminos produceret Arria natos,
(Illa dabat natis arma vetante deo)
Non poſſe ad patrios ſua pila referre penates:
Nempe meam firmant nunc duo buſta fidem.
Quippe Lupercus equi dum ſaucia protegit ora,
Heu ſibi prolapſo non bene cavit equo:
Gallus at in caſtris dum credita ſigna tuetur,
Concidit ante aquilæ roſtra cruenta ſuæ.
Fatales pueri, duo funera matris avaræ;
Vera ſed invito contigit iſta fides.
Idem ego, cum Cynaræ traheret Lucina dolores,
Et facerent uteri pondera lenta moram,
Junoni votum facite impetrabile, dixi.
Illa parit, libris eſt data palma meis.
Hoc neque arenoſum Libyci Jovis explicat antrum,
Aut ſibi commiſſos fibra locuta deos,
Aut ſi quis motas cornicis ſenſerit alas,
Umbra neque hæc magicis mortua prodit aquis.
Aſpicienda via eſt cæli, verſúſque per aſtra
Trames, & ab Zonis quinque petenda fides.

Ex-

J. SCALIGER.

Gallus at in caſtris) Inepte hæc refert ad Cor. Gallum poëtam Grammatiſta ille, qui Virgilii vitam ex multis auctoribus tanquam centonem conſarcinavit.

Idem ego quum Cynaræ) Ea eſt, quam amavit Horatius.

Trames & a zonis) Sequi debent duo illa diſticha ſupra alieno loco poſita: FELICESQUE JOVIS STELLÆ. Legendum vero arbitror, *& a ſtellis* non, *& a zonis*. Non enim zonę faciũt ad Genethliacen, ſed ſtellæ. Quod ſi quinq; zonas quinq; circulos parellelos accipis, nihilo melius ſententiæ conſuletur. Nam non magis illi ad Genethliacen faciunt, quam Tropica, aut æquinoctia. Sic Sidonius; *Quid ſidera Zodiaci obliqua, quid Planetarum vaga, quid exotica ſparſa prævaleant*. Ubi etiam notabis a Sidonio nove dictum exotica ſparſa, pro illis ſideribus, quæ ſunt extra Zodiacum.

VARIORUM.

Arenoſum Libyci Iovis explicat antrum.) Cum *arenoſum antrum* dicit ad Ammonis Jovis oraculum & nomen alludit: nam ἄμμος, *arena*, unde *Ammon Iupiter*, quaſi *arenarius*. licet a paſtore quodam dictum alii putent. Pauſan. Meſſen. De fano & oraculo Jovis Ammonis legendus Plutarchus in Alexand. Lucan. lib. IX. Curtius lib. IV. Servius ad illud IV. Æn. *Hic Ammone ſatus*. Paſſerat.

Aſpicienda via eſt cæli verſuſque per aſtra Trames & ab zonis quinque petenda fides.)

Exemplum grave erit Calchas: namque Aulide ſolvit
Ille bene hærentes ad pia ſaxa rates.

Idem

des.) Joſephus Scaliger in doctiſſimo Commentario ſuo ad Manilii lib. v. poſteriorem verſum ita citat:

> *Limes & a ſtellis quinque petenda fides.*

Sive ea ab ingenio ſive a veteri codice lectio eſt: nam neque hoc addit, neque ullam cauſſam; quæ fortaſſe hæc eſt, quod in ſtellarum apoteleſmatis quinque zonæ locum non habeant. Cæterum per *quinque ſtellas*, ſi hanc admittimus, intelliget Planetas quinque. Quum enim Planetæ ſeptem dicantur, Solem tamen & Lunam in numerum venire errantium veteres noluerunt. Sed κατ' ἐξοχὴν, φῶτα, reliquos errantes ἀστέρας appellarunt. Cauſſam habes apud Theonem Ptolomæi commentatorem. Hinc Cicero lib. I. de Nat. Deor. *Deos enim octo eſſe dicis, quinque eos, qui in ſtellis vagis nominantur; unum qui ex omnibus ſideribus quæ infixa cælo ſunt ex diſperſis quaſi membris ſimplex ſit putandus Deus, ſeptimam ſolem adjungit, octavamque Lunam.* & alibi eodem libro. *Quid? Solis numquidnam, aut Lunæ, aut quinque errantium ſiderum ſimile vidiſti?* Manil. lib. III. *Solem Lunamque vagasque Evincant Stellas* Jul. Firmicus lib. I. cap. IV. *In quo Sol & Luna, quinque etiam ſtellæ erraticæ, quæ Planetæ a Græcis vocantur, certa ac definita ſemper agitatione diſcurrunt.* Macrob. in Somnium Scipionis lib. I. cap. XVII. *His illud adjiciendum eſt, quod præter duo lumina, & ſtellas quinque, quæ apellantur vagæ.* Ex quibus omnibus liquido commonſtraſſe me puto, veteres Sole & Luna excluſis, quinque duntaxat ſtellas in errantium cenſum venire voluiſſe. Quod nobis ſubſternetur tanquam in fundamentis, ad ſuperſtruenda quædam non vulgaria, neque aliorum commentariis trita: quæ ad intelligentiam hujus loci primus obſervavi. Dux mihi ad veri cubilia lectio illa altera, quam modo protuli, quæ ſi in aliquo ſcripto codice fuerit, puto velut gloſſema fuiſſe hujus vulgatæ, & quidem doctum gloſſema: neque enim quivis intelligat *zonas* hic capi pro ipſis ſtellis, ſive potius ſtellarum orbibus, atqui id ita eſſe colligo ex iſtis: Orpheus hymno in ſtellas ait inter cætera:

> Ἑπταφαεῖς ζώνας ἐφορώμενοι ἠερόπλαγκτοι.

Proclus lib. IV. Comment in Timæum ὁ δὲ θεουργὸς οὗτος ὅστις σαφῶς εἰπὼν τὸν δημιουργὸν ἓξ ἀνακειμένας ζώνας, ἕβδομον ἡλίου μεσεμβολήσαντα πῦρ. Neque aliter explico illud Claudiani lib. III. de Laudibus Stiliconis, ubi de Roma loquitur.

> ---- *Quæ luce metalli*
> *Æmula vicinis faſtigia conſerit aſtris;*
> *Quæ ſeptem ſcopulis zonas imitatur Olympi.*

Nihil itaque in Propertio mutandum, ſed in ſententia, quam antea videbatur præ ſe ferre, & in qua miſere hallucinatus eſt Commentator alioqui doctus. Quid enim attinebat hic agere de quinque mundi plagis ambientibus diſtinguentibusque terram pro ratione calo-

ris

Idem Agamemnoniæ ferrum cervice puellæ
 Tinxit, & Atrides vela cruenta dedit.
Nec rediere tamen Danai, tu diruta fletum
 Supprime, & Euboicos reſpice Troja ſinus.
Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes,
 Et natat exuviis Græcia preſſa tuis.
Victor Oilide rape nunc, & dilige vatem,
 Quam vetat avelli veſte Minerva ſua.
Hactenus Hiſtoriæ. nunc ad tua devehor aſtra:
 Incipe tu lacrymis æquus adeſſe novis.
Umbria te notis antiqua penatibus edit.
 Mentior; an patriæ tangitur ora tuæ;
Qua nebuloſa cavo rorat Mevania campo,
 Et lacus æſtivis intepet Umber aquis.

Scan-

ris vel frigoris, quæ in prædictionibus iſtiuſmodi uſum nullum habent. Facit porro ad explicationem noſtram illud veteris poëtæ In Epigrammatis Græcis:

> Αὐλωνεῖς δ' ἑκάτερθε, καὶ ἀντηΐοντες ἀλῆται
> Ἀνθρωμίης γενεῆς πᾶσιν ἄγουσι τύχην.

Douſa F.

Calchas, namque Aulide ſolvit, &c.) De hac fabula vide Ovid. XII. Met. verſ. VI. & ſeqq. Hygin. fab. XCIX. Eurip. Iphig. in Aulid. Cic. I. & II. de divinat. & II. de Nat. Deor. & II. de Legg.

Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes.) Nauplius Palamedis pater, unde ab Ovidio dicitur *Naupliades.* XIII. Met. *Porrigit ignes ultores*, protendit, procul oſtendit, profert. Πυρσεύειν Græci dicunt, ut Euripides in Helena, igne ſublato dare ſignum e ſpecula. Hygin. Fab. CXVI. *Facem ardentem extulit.* Servius in XI. Æn. *Elata facula ſignum dedit vicini portus.* *Ultores ignes*, quibus ultus eſt Nauplius luctum, & dolorem ſuum. Auſonius, in Monoſyll. *Ultrix flagravit de rupibus Euboicis fax.* Hygin. Fab. CCXLIX. *Facem ſceleratam* vocat. *Paſſerat.*

Victor Oilide, &c.) Vide Hygin. Fab. CXVI.

Mevania.) Urbs Umbriæ ſita ad viam Flaminiam, de qua Lucanus lib. I. -- *Tauriferis ubi ſe Mevania campis Explicat.* Plin. lib. XXXV cap. XIV. Mevaniæ ait murum lateritium fuiſſe.

Scandentiſque axis conſurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.

Oſſaque

J. SCALIGER.

Scandentiſque axis) Axem pro climate aut tractu poſuit. Juvenalis: *Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.* Nam & hic axes, ut ibi pro collibus aut clivis editis. At docti viri hic neſcio quem Aſim legunt,& Aſiſium intelligunt. Quid movit eos? primum hæc eſt vitioſa ſcriptura. Nam, *anſerat, Iſsonides, fiſſa, Polyſena,* pro *annexerat, Ixionides, fixa, Polyxena* ſcribebant imperiti librarii. Itaque hic quoque *Aſis* pro *Axis.* Non ergo hac parte obtinebunt. Deinde quomodo Aſis pro Aſiſio? Hæc profecto nimis violenta eſſet apocope. neque enim Latinis, qui muſas colunt ſeveriores licet, κεῖ aut δῶ dicere. quanquam Ennius voluit eorum imitatione ſibi licere, *endo ſuam do.* Quid ergo? Proculdubio hactenus ignorata fuit patria Propertii. Nam quod Mævaniam, quæ hodie *Bevanta* dicitur, putant, falluntur. Non enim hic Mævania pro oppido ipſo, ſed pro extenſa planitie accipitur, quæ ab oppido nomen accepit. Silius lib. VI.

-- colles Umbros, atque arva petebat,
Annibal, excelſo ſummũ qua vertice monti
Devexũ lateri pẽdet Tuder, atque ubi latis
Porrecta in campis nebulas exhalat inertes.
Et ſedet ingẽtem paſcens Mævania tãpum
Dona Iovi. --

Hic Silius non pro oppido, quod in planitie ſitum eſt, ſed pro planitie ipſa, in quu oppidum Mævania eſt, accipit. Et libro octavo.

His urbes Arna, & latis Mævania pratis. Statius,

-- nec ſi vacuet Mævania valles,
Aut præſtent niveos Clitumna novalia tauros

Ubi αἰχυρολόγως novalia pro paſcuis, quæ bucera dici alibi notavimus. ad verbum βυβόσια Arato. Lucanus:

-- calidi bucета Matini,

ut habent melioris notæ ſcripti codices, non ut vulgo, buxeta. Vide quæ alibi de Bucetia primi omnium ex Gellio & Sidonio annotavimus. Sic igitur hic Mævania eſt porrecta campi planities, in qua eſt lacus Vadimonis, quem ipſe vocat lacum Umbrum. Porro quum poëta manifeſte dicat patriam ſuam in colle ſitam, quomodo Mævania, quod oppidum in planitie ſitum eſt, erit eius patria? Non igitur eſt Mævanienſis, ab oppido Mævania, ſed Mævanas a planitie Mævaniæ. Nam alii ſunt Mævanienſes, alii Mævanates. Quum igitur ipſe aperte dicat ſe Mævanatem, quia dicit patriam ſuam ad campos Mævaniæ eſſe: Mævanienſis autem eſſe non poſſit, quia Mævania, ut dixi, in plano eſt, patria autem Propertii in clivo fuit; quæramus, quænam ea eſſe poſſit. Scribit Strabo de hoc tractu: κατὰ δὲ ὕστερον μέρη Ἀμερία καὶ Τοῦδερ εὔκληις πόλις, καὶ Ἴτουρον πλησίον τούτου δὲ τῶν ὑπερβολῶν τοῦ ὄρους. Noli dubitare, quin Ameria ſit patria Propertii. primum, quod ſita in colle: deinde quod antiquam vocat. Nam Cato ſcripſit conditam ante Perſæ Macedonis bellum annis nongentis ſexaginta quatuor. auctor Plinius. Præterea & illud mire convenit, quod ait patriam ſuam deſpectare lacum Umbrum. qui lacus non alius eſt, quam ille Vadimonis lacus, veteribus celebratus. Hoc plane cognoſcitur epiſtola Plinii Cæcilii ad Gallum libro octavo: *Exegerat*, inquit, *proſocer meus, ut Amerina prædia ſua inſpicerem hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubjacens lacus nomine Vadimonis,* &c. Junius Philargyrius: *Clitumnus & Deus & lacus in finibus Spoletinorum, ex quo bibentia pecora alba fiunt.* Lacum Vadimonis Clitumnum vocat, quod ab eo lacu Clitumnus emittitur. Vides Ameriæ lacum eſſe Vadimonem. Sed quare invidit poſteritati nomen patriæ ſuæ? Feciſſet, ſi potuiſſet ſed ſyllaba contumax repugnat. Non potuit includere in Heroicum verſum *Ameria.* non enim proceleuſmaticum admitteret

genus

Oſſaque legiſti, non illa ætate legenda,
Patris, & in tenues cogeris ipſe lares.
Nam tua cum multi verſarent rura juvenci,
Abſtulit excultas pertica triſtis opes.

genus illud carminis. ſed nec Vadimon potuit hic locum habere, non magis quam Tuticanus, de quo conqueritur Ovidius. Nam *Vadimon* Creticus eſt. Sic ſiue monobibli tantum dixit:

Proxima ſubjecto contingens Umbria cāpo
Me genuit, terris fertilis uberibus.

Non enim ſatisfacit, quod ſe Umbrum dicit; quum in Umbria plura ſint oppida. ſed conjiciendum dat illis, qui gnari eorum tractuumſunt, quum dicat eſſe vicinū agro Peruſino. Sic Horatio dicente:

Venimus oppidulum, quod verſu dicere non eſt.

gnarus locorum ejus tractus non dubitabit eſſe Equotitium. Item Lucillius quum ait,

-- Servorum feſtu' dies hic,
Quem verſu hexametro non plane dicere poſſis.

non potuit dicere Sigillaria Quare & cujus eſſet Propertius, & quis ſit lacus Umber, & quæ hic accipienda ſit Mævania, primi indicavimus: ne forte quiſpiam aut vitam Propertii, quæ ab inepto homine ſcripta eſt, ſecutus, Aſiſinatem dicat: quanvis ne ita quidem efficeretur Aſiſinatem eſſe, quum aliud ſit Aſis, aliud Aſiſium. neque putet Mævanienſem eſſe, quod hic Mævaniæ ſit mentio. in montanis enim patriam ſuam ipſemet conſtituit. Denique meo periculo Amerinum Propertium omnes fuiſſe mihi concedant, neceſſe eſt. In Strabonis exemplo ſuperius a nobis producto, verba ipſius ſcriptoris emendavimus. Nam pro ὠϛλκὶς verbo nulli precii, quod hodie vulgo excuditur, εὐκλεὴς legimus, ita poſtulante ſententia, & ſubſcribente Silio, libro decimo:

-- pauperque penatum,
Sed domus haud obſcura Tuder notuſque per Umbros

Mox,
Bellator populos. --

Scandentiſque axis) Ergo axem editum collem, ut ſupra ex Juvenale: aut tractum. Statius:

-- ire polo nitidoſque errare per axes Viſus. -- Silius:

-- aut axe relicto
Heſperio patrias exul luſtraret arenas.

Supra etiam patriā ſuam in colle ponit,

Scandentes ſi quis cernet de collibus arces
Ingenio muros æſtimet ille meo

Oportet fuiſſe inſigne opus illud mœniorum Ameriæ. Nam idem prope repetit:

Scandentiſq; axis conſurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.

Quamvis nobiliſſimi muri per ſe, tamen nobiliores facti ingenio tuo. Sane hodie quædam ſuperſunt eorum murorum reliquiæ, immanibus ſaxis quadratis, qualia ſunt quæ in mole Adriani Romæ, præſtantiam eorum teſtantibus. Ameria, ut ſciunt non penitus ἀχωρογεάφητος, hodie *Amelia*, dicitur.

Et in tenues cogeris ipſe lares) Cogi in tenues lares eo modo dicitur, quo cogi in ordinem.

Extulit excultas pertica triſtis opes.) Quid doctos viros movit, ut perticam pro haſta acciperent, & inde Propertii bona haſtæ ſubjecta a ſectoribus dicerent? Nam eodem modo loquens ſua aſſignata veteranis fuiſſe Val. Cato:

Pertica quæ noſtros metata eſt impia agellos.

Non ergo Beroaldus, neque illum ſequuti, intellexerunt, quid intereſſet inter perticationem, & ſubhaſtationem. tantum profecto, quantum inter prædia proſcripta, & aſſignata. Metatos ergo agros ſuos intelligit. Sic apud Horatium accipiendum -- *metate in agello.*

VARIORUM.

Abſtulit excultas pertica triſtis opes)

Mox, ubi bulla rudi dimiſſa eſt aurea collo,
Matris & ante deos libera ſumpta toga;
Tum tibi pauca ſuo de carmine dictat Apollo,
Et vetat inſano verba tonare foro.
At tu finge elegos, fallax opus. hæc tua caſtra:
Scribat ut exemplo cetera turba tuo.
Militiam Veneris blandis patiere ſub armis,
Et Veneris pueris utilis hoſtis eris.
Nam tibi victrices, quaſcunque labore paraſti,
Eludet palmas una puella tuas;
Et bene cum fixum mento diſcuſſeris uncum,
Nil erit hoc, roſtro te premet anſa ſuo.
Illius arbitrio noctem, lucemque videbis,
Gutta quoque ex oculis non niſi juſſa cadet.
Nec mille excubiæ, nec te ſignata juvabunt
Limina, perſuaſæ fallere rima ſat eſt.
Nunc tua vel mediis puppis luctetur in undis,
Vel licet armatis hoſtis inermis eas,

Vel

Significat adſignatos agros ſuos fuiſſe, & pulſum poſſeſſionibus paternis ad paupertatem redactum. Menſum enim perticis, vel decempedis agrum ſolebant veteranis attribuere. Virg. in Viris:
Pertica quæ noſtros metata eſt impia agellos.
Turnebus. Quod autem Lipſ. lib. III. cap. XXIII. Var. ſomniat damnatum Sex. Propertium patrem, & ejus bona vendita ſub haſta, fallitur: nam delatum tantum nomen Cicero pro domo ſua ſignificat. Veriſimilius eſt ademtos illi agros Syllana proſcriptione, ut Volaterranis omnibus, & majori parti Etruriæ, qua de re Cicero pro Cæcina. *Tafferat.*

J. SCALIGER.

Matris & ante deos) Ante lares ſumebatur toga virilis, ut ſupra tetigimus. Matris lares dicit, quia patre mortuo mater vidua relicta erat.

Et bene quum fixum) Unco in gulam impacto in forum, deinde in ſcalas Tiberis abjiciebâtur nocentes. Dio de Seneca: ἐπειδὴ γὰρ τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ θανατουμένους ἀγκίστροις τισὶ μεγάλοις οἱ δήμιοι ἐς τὴν ἀγορὰν, κἀντεῦθεν εἰς τὸν ποταμὸν ἔσυρον, ἔφη τὸν Κλαύδιον ἀγκίστρῳ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνενεχθῆναι.

VARIORUM.

Cum fixum mento diſcuſſeris uncum.) Vide Turneb. lib. XIII. Adverſ. cap. IX.

Oſſipedis

Vel tremefacta cavo tellus diducat hiatu,
Octipedis Cancri terga ſiniſtra time.

II.

QUid mirare meas tot in uno corpore formas?
Accipe Vertumni ſigna paterna dei.
Tuſcus ego Tuſcis orior, nec pœnitet inter
Prœlia Volſinos deſeruiſſe focos.
Hæc me turba juvat, nec templo lætor eburno;
Romanum ſatis eſt poſſe videre forum.
Hac quondam Tiberinus iter faciebat, & ajunt
Remorum auditos per vada pulſa ſonos.

At

J. SCALIGER.

Octipedis Cancri) Terga cancri, id eſt Cancer ipſe. Siniſtrum autem cancrum intelligit, quadrata radiatione in Medio Cælo. Nam ille locus decernit totum actum vitæ. Quod ſi Cancer in eo fuerit, quum ſit ſignum femininū, & ὕψωμα Lunæ, ac præterea Medium Cælum ſit tutela Veneris, his omnibus concurrentibus, ut puto ſignificat eum *γυναικοκρατούμενον* fore, ut in antecedentibus declaravit. Neque aliter intelligendum.

VARIORUM.

Vertumni.) Vertumnus, ſive, ut alii ſcribunt, Vortumnus. Sic appellabant eum Deum, qui præerat rebus contrahendis ac vertendis, id eſt, permutandis: vel ab anno verſo nomen habebat: vel ab eo, quod anni vertentis poma acciperet. Propterea autem quod hic deus ad omnes figuras ac formas opportunus erat, credebatur etiam menteis hominum, & cogitationes in rebus emendis & vendendis, vertere, immutare, ac varias efficere, itaque mobili ingenio ac inconſtantes homines irato Vertumno natos dicebant; ut Horat. Sat. VII. lib. II. Aſconius in Verr. ait, Vertumnum deum eſſe rerum invertendarum, id eſt, mercaturæ: hujus ſignum & Templum in vico Thuſco ad Opis & Ceteris aras conſtituerunt. Feſta ejus, quæ menſe Octobri celebrabantur, Vertumnalia appellabantur.

Volſinios deſeruiſſe focos.) Relictis Volſiniis Romam migraſſe. De Volſinienſi bello cum Romanis Livius lib. V. & IX. apud quem & Volſinienſes pacem petunt, & inducias in annos quadraginta impetrant. Floro *Vulſinii*, & *Vulſinienſe bellum* dicitur lib. I. cap. XXI. Volſiniis urbe Etruriæ molas verſatiles inventas ſcribit Plin. lib. XXXVI. cap. XVIII. *Paſſerat.*

Nec templo lætor eburno.) De æde Vertumni. Feſtus in *Picta*. P. Victor in VIII regione ponit in Thuſco vico.

Sex

At poſtquam ille ſuis tantum conceſſit alumnis,
Vertumnus verſo dicor ab amne deus;
Seu quia vertentis fructum percepimus anni,
Vertumni rurſus credidit eſſe ſacrum.
Prima mihi variat liventibus uva racemis,
Et coma lactenti ſpicea fruge tumet
Hic dulces ceraſos, hic autumnalia pruna
Cernis,& æſtivo mora rubere die.
Inſitor hic ſolvit pomoſa vota corona,
Cum pyrus invito ſtipite mala tulit.
Mendax fama noces. alius mihi nominis index;
De ſe narranti tu modo crede deo.
Opportuna mea eſt cunctis natura figuris.
In quamcunque voles; verte: decorus ero.
Indue me Cois, fiam non dura puella.
Meque virum ſumpta quis neget eſſe toga?
Da falcem, & torto frontem mihi comprime fœno:
Jurabis noſtra gramina ſecta manu.

Arma

J. SCALIGER.

Seu quia vertentis) Etiam florum. Columella:

Mercibus & vernis dives Vertumnus abundet.

Nam & flores primi, & fructus primi illi delibabantur.

VARIORUM.

Vertumnus verſo dicor ab amne Deus) Sunt qui ita dictum Vertumnum putent, quod lacum Curtium in Tiberim averterit.

Indue me Cois) Quod ut de inceſſu dictum putem, Ovidiana auctoritas facit.

Molliter incedit, motu caput: altera dura eſt,
At poterit tacto mollior eſſe viro.

Dura eſt i. dure, myrmice, & moleſte incedens, vel potius vulgis nimium, aut divaricatis cruribus grallatorum in morem badiſſans, uti ego interpretor. Cui fidem indubiatam facit Coarum mentio, quæ quod tenuiſſimi ac pellucidi eſſent fili, muliebrem inceſſum maxime arguebant. Unde non niſi ab iis, quæ inceſſu erant molli, ne exoſſi dicam, vel cinædico potius, geſtari ſolitis a vero haud alienum videtur. Et hoc eſt quod ſupra voluerat. *Propertius:*

Et tenues Coa veſte movere ſinus.

Douſa P.

Da falcem & torto frontem mihi comprime fœno, &c.) Fœniſectorũ inſigne erat corona e Fœno. Unde Ovid lib. XIV. Met.

Tempora ſæpe gerens fœno religata recenti,
Deſectum poterat gramen verſare videri.

Et Propertius hoc loco, *Da falcem*, &c. *Falcem* illam vocat Cato cap. X. de R.R. *Fœnariam.* Turneb. lib. XXIII. cap. VI. Fœno revinctam frontem, ait, ad ſolis ardorem arcendam.

Cla-

Arma tuli quondam; &, memini, laudabar in illis:
  Corbis at impoſito pondere meſſor eram.
Sobrius ad lites: at cum eſt impoſta corona,
  Clamabis capiti vina ſubeſſe meo.
Cinge caput mitra: ſpeciem furabor Iacchi.
  Furabor Phœbi, ſi modo plectra dabis.
Caſſibus impoſitis venor, ſed arundine ſumpta
  Faunus plumoſo ſum deus aucupio.
Eſt etiam aurigæ ſpecies Vertumnus, & ejus,
  Trajicit alterno qui leve pondus equo.
Suppetat hoc, piſces calamo prædabor, & ibo
  Mundus demiſſis inſtitor in tunicis.

Pa-

J. SCALIGER.

Clamabis capiti vina ſubiſſe meo) Ita melius, quam *ſubeſſe*, quod ſcriptum extat in noſtro: Nam ſubire eſt aptum illi rei, quod Græci ἀντιοῦ In monobiblo:

Acrius illa ſubit, Pontice, ſi qua tua eſt.

Item alibi:

Neu ſubeant labris pocula nigra tuis.

Ovidius libro primo μεταμορφώσεως.

Nyctileū patrem nocturnaq; ſacra precares
Ne juberam capiti vino nocere tuo.

Lege

Ne ſubeant capiti vina nociva tuo.

Nam vulgata lectio inepta.

Eſt etiam auriga ſpecies Vertumnus) Deſultorem aurigam ait Vertumnum appellari. quod nuſquam leges:

VARIORUM.

Corbis & impoſito pondere, meſſor eram.) Meſſores corbe inſignes erant. Ovid. lib. XIII. Met.

O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit. verique fuit meſſoris imago.

Dixit Cicero pro Sextio, *Meſſoria ſe corbe contexit.*

Clamabis.) vera lectio.

Clamabis capiti vina ſubiſſe tuo.

Idem. lib. 2. Eleg. 27.

Neu ſubeant labris pocula nigra tuis.

Heinſius ad Ovid. artē amat. l. 1. verſ. 568.

Faunus.) Hunc in diis venationis præſidibus numerat Horatius, cum ſcribit: *Et Latii cultor qui Faunus amœni.* Propertius aucupio eum præficit, quod venationis genus eſt. *Turneb.*

Eſt etiam auriga ſpecies Vertumnus.) Vult Vertumnum varias ſpecies induere, modo aurigam videri, modo deſultorem. Homerus iſtos agnovit, & fuſe deſcripſit, ſed quatuor etiam equis alternantes. Nec mirum tibi nimis, ac fabuloſum de quaternis Homeri equis videatur, ecce Florus de ſenis etiam in hiſtoria dicit libro III. cap. III. *Rex ipſe* (Theutonum) *Theutobochus quaternos ſenoſque equos tranſilire ſolitus, vix unum, cum fugeret, aſcendit.* Vide Lipſium lib. III. de Mil. Rom. cap. VIII.

Suppetat, hoc piſces calamo prædabor: & ibo
Mundus demiſſis inſtitor in tunicis.) Ex quo colligit Turnebus lib. XI cap. XXIII. elegantiæ, cultusque ſtudioſos demiſſas, longasque tunicas geſtaſſe. Quod ſi verum eſſet, non eas Horatius, non reliqui ſcriptores tantopere damnaſſent, tanquam parum virorum proprias. Non ea eſt Propertii mens. Vertumnus Deus narrat ibi ſuam naturam cunctis figuris opportunam, ſeque in quam libuiſſet verti. Sic fœminam, vi-

rum,

Paſtorem ad baculum poſſum curare, vel idem
    Sirpiculis medio pulvere ferre roſam.
Nam quid ego adjiciam, de quo mihi maxima fama eſt,
    Hortorum in manibus dona probata meis?
Cæruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre
    Me notat, & junco braſſica vincta levi.
Nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter
    Impoſitus fronti langueat ante meæ.
At mihi, quod formas unus vertebar in omnes,
    Nomen ab eventu patria lingua dedit.

At

rum, meſſorem, & militem fieri, venatorem, aurigam deſultorem, poſſe etiam piſcatorem eſſe, mox & inſtitorem. *Suppetat, hoc piſces calamo prædabor*: poſt autem fiam inſtitor. *& ibo mundus demiſſis inſtitor in tunicis.* Senſus eſt, ſi velim ex piſcatore fieri inſtitor, mutanda mihi ſchema, & altius ſubductæ ſordenteſque tunicæ, quales ſunt piſcatorum, more reliquorum demittendæ, & quidem mundæ. Piſcatoribus enim qui ſæpe ſe in aquam demittebant, ſuccinctæ altius, & ad inguen ſubductæ tunicæ, ne fluctibus madeſcerent; Quare Vertumnus ait, ſi ex piſcatore inſtitor fieri velim patiar tunicas more aliorum cadere dempto ſqualore; nec demiſſæ hic valent talares, ut apud Horatium, ſed longiores, quam ut a piſcatoribus ferrentur. *Ferrarius.*

Mundus demiſſis.) *Inſtitorem diſcinctum* intelligo ex Ovidio

Inſtitor ad dominam venit diſcinctus emacem.

Neceſſe erat, ut qui diſcincti, h.e. Zonis ſolutis ambulabant, tunicas ad talos uſque demiſſas, *ſinuſque* (ut ait Pædo) *venoſos* oppido, ne dicam pœne undantes haberent. Cujus rei mollitiem ac laxitatem Satyrice ſugillat Horatius. *Douſa P.*

VARIORUM.

Paſtorem ad baculum poſſum curare.) *Curare paſtorem* idem eſt, quod *curare in grege*. Paſtorem ſcilicet eſſe. Salluſtio ſimile, *curare in agmine*, pro ducem eſſe. *Palmerius.*

Sirpiculis medio pulvere ferre roſam.) *Sirpicula*, ſeu *Sirpiculum*, cophinus vimine textus, ſive caniſtri genus, quod virgis ſirpetur, id eſt alligetur. Varro lib. IV. Analog. Lucil. Sat. lib. XV.

Tintinnabulum abeſt hinc ſirpiculaque olitorum.

Varro lib. II. de R. R. cap. II. Columell. lib. X. de cultu hortorum.

Hortorum in manibus dona probata meis) Apparet ab olitoribus cultum fuiſſe Vertumnum, & ab eis ipſi libata fuiſſe hortorum munera. Quare ſcribit in horto Columella.

Mercibus & vernis dives Vertumnus abundat.

Turnebus.

Hæc

At tu Roma meis tribuiſti præmia Tuſcis,
Unde hodie vicus nomina Tuſcus habet.
Tempore quo ſociis venit Lucomedius armis,
Atque Sabina feri contudit arma Tati.
Vidi ego labentes acies, & tela caduca,
Atque hoſtes turpi terga dediſſe fugæ.
Sed facias divum ſator, ut Romana per ævum
Tranſeat ante meos turba togata pedes.
Sex ſuperant verſus. te, qui ad vadimonia curris,
Non moror: hæc ſpatiis ultima creta meis.

J. SCALIGER.

Hæc ſpatiis ultima meta meis) Noſter, *ultimâ creta*. Ac neſcio an in monobiblo ita legendum ſit:

Illa fuit lacrimis ultima creta meis.

Et ſane aliter Propertium ſcripſiſſe non puto. Seneca: *Hanc quam nunc in Circo cretam vocamus, antiqui calcem vocabant*, Putat Seneca, ut apparet, cretam poſtea dictam eſſe, quæ antea calx erat, quia & creta & calx apta ſunt deſignandis albo ſpatiis. At mihi non ita videtur. Nam Calx ultima in homine, a quo ultimum quodque calx. Sic Græcis πτέρνη. In Gloſſis Græcorum: πτέρνης, τῆς πορείας τοῦ βίου. Marcellinus non ſemel proverbialiter dixit, ultra calcem currere. Et libro viceſimo octavo, ultra plantam evagari, pro eodem dixit, eadem metaphora, quaſi cognata ſint Planta, & Calx. Sed cretam Circenſem λευκὴν vocant Græci Chryſoſtom. de Circo: οὐχ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνην μελλοδρομῶν. Gloſſæ, λευκίτης ἱπποδρομίας, *Creta* Lege: λευκὴ τῆς ἱπποδρομίας. Item *Spartum*, λευκρία ἐν θεάτροις. & λευκρίαν, quam alii λευκὴν, & θέατρον Pro amphitheatro accipit. In veteri inſcriptione de Diocle agitatore legitur *Spartor*, quod neſcio, an ad Spartum pertineat. Si divinare licet, ego acceperim Spartum pro fune cretato, quo coërcebantur in ſedibus ſuis ſpectatores, ne ſpectaculo ſibi inter ſe officerent, de quo fortaſſe Ovidius:

-- *cogit nos linea jungi.*

Huc pertinet ex Ariſtophane χοῖνος μεμιλτωμένος.

VARIORUM

Unde hodie vicus nomina Thuſcus habet.) Dionyſ. lib. v. narrat: Aruntis Porſenæ regis copias a Cumanis fractas, cum in agrum Romanum veniſſent, plerosque ſaucios deportatos Romam, ubi convaluiſſent, illic manere voluiſſe; datumque locum in urbe ad ædificandum, vallem ſcilicet inter Palatinum, & Capitolinum colles, qua tranſitur a foro in Circum maximum, dictumque Romana lingua Vicum Thuſcum. At Feſtus Thuſcum vicum dictū ait a Thuſcis: qui recedente ab obſidione Porſena Romæ remanſerunt. Varro autem iv. de *L.L.* (quod & Feſtus illic tangit in litura) eos cum Cœle Vibenno Thuſco in auxilium Romuli adverſus Tatium venerant, & Cœlium collem incolerent, quod nimis munita loca tenere dicerentur, deductos eſſe in planum, & ab iis Vicum Thuſcum nominatum. Idem narrat Servius in v. Æn. ad illud *Tres equitum numero turmæ*, niſi quod Cœlem non nominat, ſed quendam Thuſcum. *Paſſerat.*

Stipes

Te

Stipes acernus eram, properanti falce dolatus,
  Ante Numam grata pauper in urbe deus.
At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ
  Tellus artifices ne terat Oſca manus;
Qui me tam dociles potuiſti fundere in uſus.
  Unum opus eſt, operi non datus unus honos.

III.

HÆc Arethuſa ſuo mittit mandata Lycotæ,
  Cum toties abſis, ſi potes eſſe meus.
Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit,
  Hæc erit e lacrymis facta litura meis:
At ſi qua incerto fallet te littera tractu,
  Signa meæ dextræ jam morientis erunt.
Te modo viderunt iteratos Bactra per ortus,
  Te modo munito Sericus hoſtis equo,
Hibernique Getæ, pictoque Britannia curru,
  Uſtus & Eoa diſcolor Indus aqua.

Hæc

J. SCALIGER.

Te modo munito Sericus) Hæc eſt Beroaldi emendatio, quum editiones haberent, *Henricus hoſtis*, at noſter, *Beticus*. Quod quare mutemus? Omnes enim provincias orbis Romani luſtraſſe militia ſua dicit.

VARIORUM

Tellus artifices ne terat Oſca manus.) Signum ahenum Vertumni cum a Mamurio factum ſit, gratus Deus ipſe Vertumnus optat, ne unquam Mimurius e luto fictilia ſigna faciat, ſed ſemper nobiles ex ære ſtatuas & formas ducat, ne figlinæ luteæ vilitate tantus artifex dedecoretur. Oſci populi erant Campaniæ, ubi figlinæ erant, unde ab Horatio ſcriptum eſt. lib. 1 Sat. VI. *Vilis cum patera guttus Campana ſupellex*, id eſt fictilis. *Turnebus.*

Hæc Arethuſa ſuo mittit mandata Lycotæ.) *Arethuſa*, notum Nymphæ Siculæ & fontis nomen Virgilio, Ovidio. Theocrito. Sub eo nomine fortaſſe Gallam, & Lycotæ Poſtumum intelligit. *Paſſerat.*

Beticus Hortis.) ita in Scaligeri Codicerat. in Moditano *Duricus*. Beroaldus *Sericus* correxit, cum antea *Henricus* legeretur, ex quibus mihi in mentem venit ſcribendum *Perſicus*, vel, ſi id minus alicui arridet *Parthicus* hoſtis, & quidem aut vera eſt reſtitutio noſtra, aut proxime veram. *Douſa F.*

Hibernique Getæ.) Vide Cambdeni v. cl. Britanniam pag. 57.

Pictoque Britannia curru.) Sup. lib. II, Eleg. 1. pag: 532.

Et

Hæcne marita fides, & pactæ ſunt mihi noctes,
Cum rudis urgenti brachia victa dedi?
Quæ mihi deductæ fax omen prætulit, illa
Traxit ab everſo lumina nigra rogo:
Et Stygio ſum ſparſa lacu, nec recta capillis
Vitta data eſt. nupſi non comitante Deo.
Omnibus heu portis pendent mea noxia vota.
Texitur hæc caſtris quarta lacerna tuis.
Occidat, immerita qui carpſit ab arbore vallum,
Et ſtruxit querulas rauca per oſſa tubas:
Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternuſque tuam paſcat aſelle famem.

Dic

VARIORUM.

Vitta data eſt, nupſi non comitante deo) Tria hic infelicium nuptiarum omina ponit. primum cum ait; *Stygio ſum ſparſa lacu*, Feſtus; *Aqua dicitur, a qua juvamur. Aqua & igni interdici ſolet damnatis: quam accipiunt nuptæ, quia hæ duæ res humanam vitam maxime continent.* Idem in *Facem*: *Facem in nuptiis in honorem Cereris praeferebant, aquaque aſpergebatur nova nupta, ſive ut caſta, puraque ad virum veniret, ſive ut aquam atque ignem cum viro communicaret* Secundum; *Nec recta capillis vitta data eſt.* Erant aliæ virginum, aliæ nuptarum vittæ. Virg. 11. Æn. *Virgineas auſi diva contingere vittas.* Ipſe Eleg. ult. Infra.

Sed poſtquam facibus ceſſit prætexta maritis,
Vincit & acceptas altera vitta comas.

Diſcrimen, quod virginum vittæ quodammodo jacentes & reſidentes erant, Nuptæ autem vittas rectas geſtabant, ut hic locus indicat. Tertium, *Nupſi non comitante Deo.* id eſt, non deducente Hymenæo. de quo ſupra ad Catullum.

Omnibus heu portis pendent mea noxia vota.) Qui militatum ibant, eorum uxores aut propinqui vota in portis urbis ſuſpendere, id eſt ſuſpenſa tabella voto ſe obligare interdum ſolebant, reditum optantes & ominantes: ſed iis reducibus vota ſolvebant, quæ ſuſpenſa tabella ſuſceperant, illi portæ per quam redierant: Propertius infra,

Armaque cum tulero porta votiva Capena
Subſcribam; Salvo Grata Puella Viro.

Turnebus.

Et ſtruxit querulas rauca per oſſa tubas.) Vult oſſeas fuiſſe tubas, quæ poſtmodum ex ære. Ovid. 1. Met. Veget. cap. v. Oſſea tuba ſignificatur a Varrone Eumenidibus, apud Nonium in *Anima*. *Phrygios per oſſa cantus liquida canit anima.* Et Plut. in convivio ſeptem ſapientum ex oſſibus cervorum fieri tibias ait, ſed optimas ex oſſibus & tibiis aſinorum. *Paſſerat.* Vide Juſt. Lipſium lib. IV. de Mil. Rom. Dial. x.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Dignior &c.) Ita hodie leguntur, ex Politiani tamen, viri laude majoris, correctione, ſi Titio credimus. is enim prius *Orne* non *Ocno*, ſcriptum fuiſſe & ſcribi debere contendit. Per obliquam enim ornum intelligi voluiſſe Propertium inſtrumentum illud, quo ſpartum ſeu cannabis, aliave materia, in funes contrahi

O 4 ſolet

Dic mihi, num teneros urit lorica lacertos?
Num gravis imbelles atterit haſta manus?
Hæc noceant potius, quam dentibus ulla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas.
Diceris & macie vultum tenuaſſe: ſed opto
E deſiderio ſit color iſte meo.
At mihi cum noctes induxit veſper amaras,
Si qua relicta jacent, oſculor arma tua.
Tum queror in toto non ſidere pallia lecto,
Lucis & auctores non dare carmen aves.
Noctibus hibernis caſtrenſia penſa laboro,
Et Tyria in gladios vellera ſecta ſuos:

Et

ſolet ſed ego Politiani conjecturam amplector, & omnino de Ocno Poëtam ſcripſiſſe perſevero, quia & aſelli meminit, laqueum ab Ocno tortum arrodere ſoliti. Poſteriorem certe verſum ad fabulam illam alludere nemo negat, quare prior, de Ocno præceſſiſſe oportet. Obliquum vero Ocnum dici non potuiſſe, contradicit Titius: ego vero, potuiſſe, ut ſtatum torquentis exprimeret. vel ſi mavis, paulula mutatione legamus, *oblito*. Semper enim ſpartum torquebat Ocnus, & obliviſcebatur incaſſum magnum ceeidiſſe laborem, & adſtare aſinum, tortumque funem arrodere. Quare nec repulit eum. *Scioppius Veriſimil. l.* 1. *c.* 14.

Æternuſque tuam paſcat aſelle famem.) *Pictus enim fuerat*, ut Plinius lib. XXXV. cap. XI. ſcribit, *a Socrate piger qui appellatur Ocnus, ſpartum torquens, quod aſellus arrodebat.* Quis autem non videt magnæ pigritiæ fuiſſe in torquendo ſparto laborare, nihilque proficere, arrodente quicquid tortum erat aſino, nec tamen abigendi aſini laborem ſuſcipere? Sed alium in ſenſum videtur dici a Propertio, de eo qui ſupplicio non diſſimili Danaidum pœnæ afficitur, aut qui in ignem lanam trahit, qui ſcilicet perpetuo ſine effectu laborat: quomodo apud inferos puniri Ocnum opinio erat. Videtur, ut hoc addam, Ariſtoteles exiſtimare hunc Ocnum in erodii genus omnium pigerrimum mutatum fuiſſe *Turnebus.* Vide Politian. Miſcell. cap. LXXXI. & Leopardum Emendat. lib. X. cap. XI.

J. SCALIGER.

Et Tyria in gladios) Vocat gladios κατάγματα, & tracta lanea, a ſimilitudine.

Quos

Et diſco qua parte fluat vincendus Araxes,
Quot ſine aqua Parthus millia currat equus.
Cogor & e tabula pictos ediſcere mundos,
Qualis & hæc docti ſit poſitura dei:

Quæ

J. SCALIGER.

Quot ſine aqua Parthus millia currat equus) Aut *eques* legendum eſt, ut intelligatur de tolerantia Parthorum in expeditionibus aut ſi *equus* legimus, aliter interpretandum. Sane optima videtur lectio, ſi *eques* legamus. Intelligit enim ſicciſſimum eſſe Parthorum cælum, & tempore anni ſicco ipſorum equites multa millia percurrere. Dio de Parthis libro quadrageſimo: *καὶ ὁ οὐρανὸς ὁ ὑπὲρ αὐτῶν ξηρότατός τε ὢν, καὶ ἰκμάδα οὐδ' ἐλαχίστην ἔχων ἐντονωτάτας σφίσι τὰς τοξείας, (πλὴν τοῦ πάνυ χειμῶνος) παρέχεται. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ὥραν ἐκείνην οὐδαμῇ στρατεύονται), τὸ δὲ δὴ λοιπὸν ἔτει δυσμαχώτατοι ἔν τε τῇ σφετέρᾳ, καὶ ἐν τῇ ὁμοιοτρόπῳ εἰσί. τόν τε γὰρ ἥλιον φλογωδέστατον ὄντα ἀνέχονται τῇ συνηθείᾳ, καὶ τῆς ὀλιγότητος τῆς τε δυσχερείας τοῦ ποτοῦ πολλὰ ἀλεξιφάρμακα ἐξευρήκασιν, ὥστε καὶ ἐκ τούτου μὴ χαλεπῶς τοὺς εἰς τὴν χώραν αὐτῶν εἰσβάλλοντας ἀμύνεσθαι.* Hæc mirifice mentem poëtæ aperiunt, ſi EQUES legamus quod puto verum eſſe. Nam ſi equus legamus, audiamus equiſones noſtros, qui dicunt nihil eſſe periculi equo exercito a ſiti, ut a fame. Aliter puto, ſi *equus* retinemus, interpretandum. hoc eſt: Quot millia equus Parthorum curtat ſine ſtrigatione. hoc eſt, ut interquieſcat. Nam ſtrigant, ſeu interquieſcunt equi in longis itineribus urinæ emittendæ. veteres vero aquam honeſte pro urina poſuerunt. Petronius: *Nec fefellit hoc Githona. Extra cellam proceſſit, tanquam aquam peteret.* Hoc eſt, tanquam veſicam exoneraret, Sic agaſones Germani, & Itali honeſte equos non urinare, ſed ſtallare dicunt. Equorum fatigatio ex itinere egeſtione urinæ levatur: Contra equas inter currendum prohibemus ſtrigare mejendi cauſſa Langueſcunt enim aquæ emiſſione. Sic vulgo honeſte Aquam urinam dicimus. Et mirum, veteres dicebant ſumere ſe aquam, quando ibant ad ſeceſſum: Ovidius libro tertio Artis:

Scilicet obſtabit cuſtos, ne ſcribere poſſis,
Sumenda detur quum tibi tempus aqua?

Id eſt, quum tibi detur tempus ad exonerandam veſicam. Et alibi:

Et tamen alla viro mulier non expedit, inquit.
Quid niſi quam ſumis, dic mihi, perdis aquam?

Aperte urinam intelligit, quanquam ibi urina in eum ſenſum accipienda, in quem illud:

Auribus, atque oculis concepta urina movetur.

In Gloſſario vetuſto Latinoarabico: *Lacus: Aqua virile.* אלמני vox Arabica Hebraico Charactere deſignata a nobis, ſignificat τὸ γονὸν, τὴν γονὴν, τὸ σπέρμα. Itaque Aqua virilis ἀντὶ τοῦ ἀνδρείου γόνου. Unde illud:

Dedecus hoc ſumpta diſſimulavit aqua.

quod non ignoro aliter ab aliis exponi. Hinc, quia proprie ſumere aquam, eſt in os aquam accipere, honeſte lotium dicitur: quia aqua in os colluendum ſumitur. Martialis:

Novit loturas Daſius numerare. poposcit
Mammoſam Spatalê. pro tribus illa dedit.

Hic ſimpliciter loturæ ſunt οὐρήσεις. ſed tralatitie pro eo, quod jam dixi: & quod non nominabo. Locus ille Martialis aliter, & vitioſe editus eſt.

Quæ tellus ſit lenta gelu quæ putris ab æſtu,
Ventus in Italiam qui bene vela ferat.
Aſſidet una ſoror, curis & pallida nutrix
Pejerat hiberni temporis eſſe moras.
Felix Hippolite nuda tulit arma papilla,
Et texit galea barbara molle caput.
Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis;
Eſſem militiæ ſarcina fida tuæ.
Nec me tardarent Scythiæ juga, cum pater altas
Africus in glaciem frigore nectit aquas.
Omnis amor magnus, ſed aperto in conjuge major.
Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipſa facem.
Nam mihi, quo Pœnis tibi purpura fulgeat oſtris,
Cryſtalluſque tuas ornet aquoſa manus,
Omnia ſurda tacent; rariſque aſſueta calendis,
Vix aperit clauſos una puella lares.
Graucidos & catulæ vox eſt mihi grata querentis.
Illa tui partem vindicat una tori.

Flore

J. SCALIGER.

Graucidos & Catula) Lege. *Glaucidos*. ita vocat ab oculis. Glaucos oculos intelligit, quos Galli vulgo vocant Veronos. quales ſunt in pleriſque catellis. Quin & multos catellos vidimus, qui altero ravo, altero glauco erant. Glaucopides, qui utroque glauco ſunt Græci vocant. Tales aves nocturnæ. Omnes enim una appellatione γλαυκωπίδων comprehenduntur. Martialis:

Si meus aurita gaudet glaucopide Flaccus.

In qua lectione etiam in manuſcriptis exemplaribus menda inolevit, ut pro *glaucopide Lagopode* legatur. Atqui tria abſurda conſequantur, neceſſe eſt. Primum, lagopodem non eſſe auritam. Eſt enim lagopus, quam perdicem albam Inalpini vocant. Deinde prima ſyllaba corripitur. Poſtremo avis illa pulcherrima eſt. ideoque non videtur inter monſtra & deformia portenta naturæ annumeranda: quum tamen hoc agat Martialis, ut oſtendat monſtra placuiſſe illis viris, quos ordine recenſet. At contra glaucopis, ſeu bubo & aurita eſt, & ſane non inter venuſta illa animalia numeranda. Porro quam caræ fuerint illæ Catellæ veteribus feminis, oſtendit proverbium, μελιταῖον κυνίδιον, & inſcriptio vetus, in qua eſt, *Curatrici Cateliæ*. ut videas etiam in miniſterio, aut famulitio id munus fuiſſe.

VARIORUM.

Pallida nutrix) perperam. lege *callida*. Vafra, inquit, nutrix pejerat moram reditus tui hibernæ tempeſtati eſſe imputandam. N. Heinſius ad Metam. l. 6. verſ. 576.

Hyppolyte.) Martis & Otriræ reginæ filia.

Flore ſacella tego, verbenis compita velo,
  Et crepat ad veteres herba Sabina focos.
Sive in finitimo gemuit ſtans noctua tigno,
  Seu voluit tangi parca lucerna mero:
Illa dies hornis cædem denuntiat agnis,
  Succinctique calent ad nova lucra popæ.

No

filia. victa ab Hercule, cui Baltheum ademerit: Hygin. Fab. XXX. & CLXIII. numerat Hippolytem inter Amazonas. Pauſan. in Atticis. illam a Theſeo ſuperatam, aufugiſſe Megara ait, ibique mortuam & ſepultam. Apollod. lib. II. Amazonum reginam facit, quæ Martis baltheum habuerit, & ab Hercule necata ſit. Alii nupſiſſe ajunt Theſeo, unde ſuſceperit Hippolytum.

Et texit.) Membr. Palat. *mole*, unde proclivis emendatio ſub elegantes numeros cadit.

Et texit galea barbara mole caput.

Moles galea, quia ærata & gravis caſſis. *Gebhardus.*

Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis.) Fœminæ exſules a caſtris. Vide Lipſium lib. V. de Mil. Rom. Dial. XVIII.

J. SCALIGER.

Seu metuit tangi) A crepitu flammæ mero obrutæ omina captabant. quod omnino voluit Epigramma Græcum:

ἤδη φίλτατε λύχνε τρὶς ἐπέπταρες. ἦ τάχα τερπνὴν
ἐς θαλάμους ἥξειν Ἀντιγόνην προλέγεις.
εἰ γὰρ, ἄναξ, εἴη τόδ' ἐτήτυμον, οἷος Ἀπόλλων,
θνητοῖς μάντις ἔση καὶ σὺ παρὰ τρίποδι.

quæ plane hunc locum illuſtrant.

Illa dies hornis) Ait, niſi hæc occurrerint non eſſe locum ſacrificio. ſic boves alloquuntur imperatorem Antonium. Te jubemus ſalvere imperator. ſed ſi vincis, omnino actum de nobis:

οἱ βόες οἱ λευκοὶ μάρκῳ τῷ καίσαρες χαίρειν.
ἂν δὲ σὺ νικήσῃς, ἄμμες ἀπωλόμεθα.

Quod epigrammation omnino explicant illa verba apud Senecam III. de Beneficiis: *Rufus vir ordinis ſenatorii inter cœnam optaverat, ne Cæſar ſalvus rediret ex ea peregrinatione, quam parabat: & adjecerat idem omnes & tauros, & vitulos optare.* Hornus autem in epigrammate, ut alibi indicamus, eſt ὧρος. Annotinus, περυσινός. ab adverbiis horno, & anno. Lucillius: *utrum anno an horno te abſtinuerit a viro.* Varro Eumenidibus: *Quum in eo eſſem occupatus, atque in ſchola curarem inſcribi:* T. SCANTIUS HORNO PER DIONYSIA: *quod ea die mea erat prabitio, in janua* CAVE CANEM, *inſcribi jubeo.* Locum autem Varronis apud Nonium divulſum conjunximus. Proverbium enim illud etiam apud Petronium legitur. *Non longe, inquit, ab oſtiarii cella canis ingens catena vinctus in pariete erat pictus: ſuperque quadrata litera ſcriptum:* CAVE CAVE CANEM.

VARIORUM.

Seu voluit tangi &c.) interpretatio hujus moris ab Ovidianis exemplis petenda, ſicut

Ut ſolet infuſo creſcere flamma mero.

Item altero:

Ecce meri nutrix fauſtos inſtillat in ignes.

Douſa P.

Succinctique calent ad nova lucra popæ.) Popas hoſtias percuſſiſſe conſtat ex Spartiano in Geta. Ideoque *Succincti*

Ne precor aſcenſis tanti ſit gloria Bactris,
 Raptave odorato carbaſa lina duci,
Plumbea cum tortæ ſparguntur pondera fundæ,
 Subdolus & verſis increpat arcus equis.
Sed tua ſic domitis Parthæ telluris alumnis
 Pura triumphantes haſta ſequatur equos:
Incorrupta mei conſerva fœdera lecti.
 Hac ego te ſola lege rediiſſe velim.
Armaque cum tulero portæ votiva Capenæ,
 Subſcribam, Salvo grata puella viro.

IV.

TArpejum nemus, & Tarpejæ turpe ſepulcrum
 Fabor, & antiqui limina capta Jovis,
Lucus erat felix, ederoſo conditus antro;
 Multa ubi nativis obſtrepit arbor aquis;

Silvani

Epitheton additum eſt ab Ovidio, quoniam is erat habitus poparum. Sueton. in Calig. cap. XXXII. *Admota altaribus victima, Succinctus poparum habitu, elato alte malleo cultrarium mactavit.* Briſſonius. Vide Turneb. lib. XVIII. cap. V.

Pura triumphantes haſta ſequatur equos.) Feſtus, *Romani viros fortes ſæpe haſta donarunt.* Cato apud eundem; *Haſtas donaticas, alioſque honores.* Iſtæ ſine ferro erant, eoque *puræ* Latinis dictæ: ſicut *Argentum purum* cui nihil inſculptum. *Veſtis pura* cui nihil e purpura adtextum. Sueton. Claudio; *Quem Britannico triumpho inter militares viros haſta pura donavit.* Virgilius, *Ille, vides, pura juvenis qui nititur haſta* Ibi Servius: *ſine ferro.* Lipſius.

Porta Capena.) Quia Deorum ſimulacra in portis.

Subſcribam: Salvo grata puella viro.) de ſubſcriptionibus in votis & dicatis donariis vide ſupr. lib. II. Eleg. VII. Et Eleg. XXI, item Briſſon. lib. I. de Form.

Tarpejum nemus & Tarpeja turpe ſepulcrum.) Leg. Feſtum in *Tarpeja.* & in *Saxum Tarpejum*, qui ſepulturam illic ſcribit. Varro IV. de L. L. Plut. in Rom. Livius lib. I. Dionyſ. lib. II. ubi honoris cauſſa illi ſepulcrum conditum ſcribit ex Piſone, & quotannis ad id inferias ſolvi, crimenque proditionis reſolvit. Leg. & Servius in VIII. Æn. fuit & altera Tarpeia Veſtalis tempore Numæ. Plut. in Numa.

Tarpejum nemus.) Legebat parens meus.

Tarpejum nemus & Tarpeja in rupe ſepulchrum.

non *Tarpeja turpe.* N. Heinſius in Epiſt. I. ex Ponto. lib. 2.

Silvani ramoſa domus, quo dulcis ab æſtu
  Fiſtula poturas ire jubebat oves.
Hunc Tatius fontem vallo præcingit acerno,
  Fidaque ſuggeſta caſtra coronat humo.
Quid tum Roma fuit, tubicen vicina Curetis
  Cum quateret lento murmure ſaxa Jovis?
Atque ubi nunc terris dicuntur jura ſubactis,
  Stabant Romano pila Sabina foro.
Murus erant montes. ubi nunc eſt curia ſepta.
  Bellicus ex illo fonte bibebat equus.
Hinc Tarpeja Deæ fontem libavit: at illi
  Urgebat medium fictilis urna caput.
Et ſatis una malæ potuit mors eſſe puellæ,
  Quæ voluit flammas fallere, Veſta, tuas?

Vi-

VARIORUM.

Hunc Tatius fontem vallo præcingit acerno.) Vid. Lipſius lib. v. de Mil. Rom. Dial. v.

Curetis.) Sabini Curetes dicti ab urbe Sabinorum Curibus. Varro iv. de L.L. *Collis Quirinalis, ubi Quirini fanum, qui a Curetibus, qui cum T. Tatio Curibus venerunt Romam: quod ibi habuerunt caſtra.* ergo *Curetes* & *Cures* dicuntur.

Murus erant montes, ubi nunc eſt Curia ſepta.) Ingenioſe Scioppius hunc verſum ita emendat.

Mirus erat fons hic, ubi nũc eſt curia ſepta.

Sequitur enim Pentameter, qui Hexametri emendationem eã poſtulare videatur.

Bellicus ex illo fonte bibebat equus.

Quod licet non improbem, tamen, quia plura mutantur & adduntur elementa, retinendam vulgatam lectionem eſſe cenſeo, præſertim cum referri poſſit hujus pentametri ſententia ad ſuperiores verſus.

Hunc Tatius fontem vallo præcingit acerno,
Fidaque ſuggeſta caſtra coronat humo,

Aliter ſi legis, cum proximis ſuperioribus verſibus cohærere minime poteris. Sic enim ſupra.

Quid tum Roma fuit? tubicẽ vicina Curetis
Cum quateret lento murmure ſaxa Jovis.
Atq; ubi nunc terris dicuntur jura ſubactis,
Stabant Romano pila Sabina foro.

Romanæ urbis exiguitatem, & anguſtias circumvallante exercitu Sabino deſcribit Propertius. Huc pertinet quod de tenui primordio urbis Romæ Ovidius lib. Faſt. i. Scribit.

Dum populus pauper dũ nova Roma fuit,
Dum caſa Martigenam capiebat parva Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis ulva torum.

Quæ ſequuntur inde ſunt petenda. Loquitur autem Propertius de Capitolii ſaxo undique prærupto, quod inſtar muri eſſet, quare legendum ita.

Murus erant montes.

Poſterior quoque pars hujus hexametri diſtinctione ſic legenda eſt, ubi nunc, Propertii ſcilicet ætate, eſt Curia, ſub Romulo Rege bello Sabino ſepta, nimirum caſtra, & munitiones Sabinorum fuerant, nihil igitur mutandum aut corrigendum hoc verſu eſſe arbitror. *Joſ. Caſtalio.*

Dum

Vidit arenoſis Tatium proludere campis,
Pictaque per flavas arma levare jubas.
Obſtupuit regis facie, & regalibus armis;
Interque oblitas excidit urna manus.
Sæpe illa immeritæ cauſſata eſt omina Lunæ,
Et ſibi tingendas dixit in amne comas:
Sæpe tulit blandis argentea lilia nymphis,
Romula ne faciem læderet haſta Tati,
Dumque ſubit primo Capitolia nubila fumo,
Rettulit hirſutis brachia ſecta rubis.
Et ſua Tarpeia reſidens ita flevit ab arce
Vulnera, vicino non patienda Jovi:
Ignes caſtrorum, & Tatiæ prætoria turmæ,
Et formoſa oculis arma Sabina meis,
O utinam ad veſtros ſedeam captiva penates,
Dum captiva mei conſpicer eſſe Tati.
Romani montes, & montibus addita Roma,
Et valeat probro Veſta pudenda meo.

Ille

J. SCALIGER.

Dum captiva mei conſpicer) ἑλληνισμὸς. hoc eſt, dum me conſpicer eſſe captivam. Supra:

Viſura & quamvis nunquam ſperaret Achillem.

Catullus:

Ait fuiſſe navium celerrimus.

VARIORUM.

Tati.) Scribendum cenſeo *Titi*; & mox:

Dum captiva mei conſpicer eſſe Titi.

niſi quod *conſpicer ora* cum Gronovio reponi placet pro *eſſe. Titi*, quod, Tatio prænomen, malo :] ne Tatii nomen inconcinne repetatur. nam Tatii nomen paulo ante præceſſerat & mox ſequitur. N. Heinſius ad Faſt. l. I. verſ. 260.

Ignes Caſtrorum.) Stat. lib. IV.

---- *Noctisque per umbras*
Nunciat excubiis vigiles arſiſſe plateas.

Tacit. I. Ann. *Apud Romanos invalidi ignes.* Liv. XXI. *Pluribus ignibus quam pro numero manentium, in ſpeciem factis.* Ac poſſis ad ignes referre; quibus cœnæ & corporum curandorum cauſſa utebantur, quo Diodorus ducit. lib. XIX. de Eumene: *Juſſiſſe ſuos luculentam flammam facere, per intervalla circiter viginti cubitorum, tanquam ad cœnam curamq; corporis; ſecunda vigilia minorem; tertia minimam; ut procul ſpectantibus vera caſtra viderentur.* Quos ſcilicet ignes ita ſtructos, in noctem & vigilias producebant, donec paullatim extinguerentur. Vid. Lipſium lib. v. de Mil. R. Dial. IX.

Repone

Ille equus ille meos in caſtra reponet amores,
Cui Tatius dextras collocat ipſe jubas.
Quid mirum in patrios Scyllam ſæviſſe capillos?
Candidaque in ſævos inguina verſa canes?
Prodita quid mirum fraterni cornua monſtri,
Cum patuit lecto ſtamine torta via?
Quantum ego ſum Auſoniis crimen factura puellis,
Improba virgineo lecta miniſtra foco!
Pallados extinctos ſi quis mirabitur ignes;
Ignoſcat: lacrymis ſpargitur ara meis.

Cras,

VARIORUM.

Reponet amores.) *Reportet* malim, ut per amores ſuos haud aliud, quam ſemet ipſam regio amore ſauciam deſignet. *Douſa P.*

Scyllam.) Permiſcet duas fabulas Scyllæ Niſi, & Scyllæ Phorci. Vid. Sup. lib. II. Eleg. XX.

Pallados extinctos ſi quis mirabitur ignes.) Multos incertos certare hanc rem vidimus, quid ſibi Propertius velit hoc loco. Quid enim Palladi cum Veſta? inquiunt, qui ſciant velim id ipſum ex ultimæ antiquitatis penu depromptum eſſe. quod ut aliquando perſpicue planum ac clarum fiat, locum quendam Ovidianum adferemus, ubi de Palladis ſimulacro, ſive Palladio agitur, quod Romæ in templo, Veſtæ aſſervari, inque ejus tutela eſſe ſcribit. Unde quid de Propertianæ lectionis veritate in poſterum ſtatuendum ſit, vel cœco, Veſtale igne clarius, paticurum confidimus. Sic itaque poeta iſte Pelignus lib. Faſt. V.

Creditur armifera ſignum cæleſte Minerva
Urbis in Iliaca deſiluiſſe jugo,
Forte *jugum*, vel *juga*.
(Cura videre fuit: vidi templumque locumque
Hoc ſupereſt illic; Pallada Roma tenet)
Conſulitur Smintheus; lucoque obſcurus opaco
Hoc non mentito reddidit ore ſonos:
Æthereum ſervate Deam, ſervabitis urbem,
Imperium ſecum transferet illa loci.
Servat, & incluſam ſumma tenet Ilus in arce:
Curaque ad hæredem Laomedonta venit,
Sub Priamo ſervata parum: ſic ipſa volebas,
Ex quo judicio forma revicta tua eſt.
Seu genus Adraſti, ſeu furtis aptus Ulyſſes,
Seu pius Æneas eripuiſſe ferunt.
Auctor in incerto eſt. Æs eſt Romana: tuetur
Veſta, quod aſſiduo lumine cuncta videt.

Vides hic ſignum Palladis ab æterno omnituente & Pervigili Veſtæ lumine, in urbe Æterna, tanquam ab æditua ſedulo cuſtodiri aſſervarique metuente ſcilicet ne quis ſecundus Ulixes forte obrepat, qui doctis dolis fatalis ſe theſauro intervortat denuo. Idem lib. III. Triſt. confirmatur aliquanto clarius:

Hic locus eſt Veſta, qui Pallada ſervat & ignem

Sed & *Palladios focos* vocitat Prudentius lib. II. In Symmachum. eſt enim ignis ille Veſtæ æternus vel teſte Servio lib. 4. Æneid. *Douſa P.*

 O utinam

Cras, ut rumor ait, tota pugnabitur urbe:
Tu cape ſpinoſi roſcida terga jugi.
Lubrica tota via eſt, & perfida; quippe tacentes
Fallaci celat limite ſemper aquas.
O utinam magicæ noſſem cantamina muſæ;
Hæc quoque formoſo lingua tuliſſet opem.
Te toga picta decet, non quem ſine matris honore
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.
Sic hoſpes pariamne, tua regina ſub aula:
Dos tibi non humilis prodita Roma venit.
Sin minus, at raptæ ne ſint impune Sabinæ
Me rape, & alterna lege repende vices.
Commiſſas acies ego poſſum ſolvere, nuptæ
Vos medium palla fœdus inite mea.
Adde Hymenæe modos, tubicen fera murmura conde,
Credite, veſtra meus molliet arma torus.
Et jam quarta canit venturam buccina lucem,
Ipſaque in Oceanum ſidera lapſa cadunt.
Experiar ſomnum: de te mihi ſomnia quæram.
Fac venias oculis umbra benigna meis.
Dixit, & incerto permiſit brachia ſomno,
Neſcia ſe furiis accubuiſſe novis.

Nam

J. SCALIGER.

O utinam magica noſſem cantamina Muſe) Imp. Conſtantius Cod, Theod. de malef. mathem, *magicis cantaminibus adſuetus.*

Sic hoſpes patiare) Varie cruciarunt hunc locum βιβλιοσρίβλαιisti. Sed germana lectio eſt in noſtro,

Sic hoſpes pariamne, tua regina ſub aula. Utrum apud te futura ſim hoſpes an regina, hoc eſt, concubina an materfamilias.

Neſcia neſariis) Lege, *ne furiis.* quæ negationes unius vicem. Hoc ſuperius exemplis confirmavimus. Terentius: *Faciunt ne intelligendo ut nihil intelligãt.*

VARIORUM.

Tu cape.] Redde Propertio verbum *cave. Tu cave ſpinoſi. cave* a verbo antiquo *cavo* tertiæ conjugationis. ita ſcribendum eſſe ſequentia evincunt. Neque aliter exſtat in nonnullis membranis. N. Heinſius ad Ovid. Artem. l. 2. p. 538.

Rapta ne ſint] Sup. lib. II. Eleg; VII.

Strymonis

Nam Veſta Iliacæ felix tutela favillæ
  Culpam alit, & plures condit in oſſa faces.
Illa ruit, qualis celerem prope Thermodoonta
  Strymonis abſciſſo fertur aperta ſinu.
Urbi feſtus erat, dixere Palilia patres.
  Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.
Annua paſtorum convivia, luſus in urbe,
  Cum pagana madent fercula delitiis.
Cumque ſuper raros fœni flammantis acervos
  Trajicit immundas ebria turba dapes.
Romulus excubias decrevit in ocia ſolvi,
  Atque intermiſſa caſtra ſilere tuba.
Hoc Tarpeja ſuum tempus rata, convenit hoſtem,
  Pacta ligat, pactis ipſa futura comes.
Mons erat aſcenſu dubius, feſtoque remiſſus.
  Nec mora, vocales occupat enſe canes.
Omnia præbebant ſomnos, ſed Juppiter unus
  Decrevit pœnis invigilare tuis.
Prodiderat portæque fidem, patriamque jacentem:
  Nubendique petit, quem velit ipſa, diem.

At

J. SCALIGER.

Strymonis] Quomodo Strymonis prope Thermodoontem. An ibi Thermodoon ubi & Strymon? Itane Amazon dicetur Strymonis? Abſciſſum ſinum, mammam intelligit. Unde Titianus unimammas vocavit, referente Servio

Omnia prabebant ſomnos) Verſus ſunt Varronis Atacini ex Argonauticis, quæ ad verbum vertebat ex Apollonio:

Deſierant latrare canes, urbeſque ſilebant.
Omnia noctis erant placida cōpoſtaquiete.

quæ Poëta Græcus antea dixerat lib. III.

οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν,
οὐ θρόος ἦεν (ὄρφνην.
ἠχήεις, σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν

Ovidius dicebat meliorem fieri ſententiam. ſi poſterioris verſus prius membrū abſcinderetur ita: *omnia noctis erant*. Cui ſane valde ſimile hoc Propertianum:

Omnia præbebant ſomnos.

Sed ſi melior fieret ſententia, non tamen ad mentem Appollonii.

VARIORUM.

Palilia) Vide ſupra ad eleg. v. lib. II

Trajicit immundas ebria turba dapes.] leg: *immundos pedes.* Varro apud antiquum Perſii interpretem ad Sal. I. *Palilia tam privata quam publica ſunt apud ruſticos ut congeſtis cum fœno ſtipulis ignem magnum tranſiliant, his Palilibus ſe expiari credentes.* ſed ſic hunc locum emendandum eſſe vidit quoque N. Heinſ. ad IV. Faſt. Ovid. v. 781. & Paſſeratius ad hunc loc. *Grævius.*

A dap.

At Tatius(neque enim ſceleri dedit hoſtis honorē)
Nube, ait, & regni ſcande cubile mei.
Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis.
Hæc virgo officiis dos erat apta tuis.
A duce Tarpeio mons eſt cognomen adeptus.
O vigil, injuſtæ præmia ſortis habes.

V.

TErra tuum ſpinis obducat Lena ſepulcrum;
Et tua, quod non vis, ſentiat umbra ſitim;
Nec ſedeant cineri manes; & Cerberus ultor
Turpia jejuno terreat oſſa ſono;
Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem,
Concordique toro peſſima ſemper avis.

Pene-

VARIORUM.

A duce Tarpejo mons eſt cognomen adeptus.) Qui ſæpe habitatores, ſæpe etiam nomen mutavit Mons Saturnius. uti

Sapius & nomen poſuit Saturnia tellus

Nam qui a Saturno *Saturnius*, a Carmenta *Carmentalis*, a Sp. Tarpejo arcis præfecto, ut quidam credidere, vel a Tarpeja Sp. filia veſtali, ut aliis traditum, *Tarpei* appellationem ſortitus eſt. Ταρφαῖον notat corrupte Stephanus de Urbibus: reliqui Græcorum caſtigatius Ταρπαῖον, ταρπεῖον, aut Ταρπήιον. Propertius diſerte ab illis partibus:

A duce Tarpejo &c.

Sed reliqui omnes Tarpejæ Virgini magis patrocinantur. Tertiam hujus Etymi cauſſam adducit Verrius Flaccus, vel eius potius abbreviator Feſtus: *Tarpejam appellatum ajunt partem montis, qui ob ſepultam Tarpejam ibi virginem qua eum montem Sabinis prodere pacta erat, ita nominatus eſt. Vel ab eo, quod quidam nomine L. Tarpejus Romulo Regi, cum propter raptas virgines adverſaretur, in ea parte, qua Saxum eſt, de noxio pœna ſumta.* Vide omnino Juſt. Rycquii Comment. de Capitolio Romano. cap. 11. ubi multa de origine nominis Tarpeji montis habet, Fabulamque Tarpejæ diſcutit, ejusque innocentiam ex ſcriptoribus probat.

Terra tuum.) Ita locum mendoſum eſſe ſcribendum opinor.

Terra tuum ſpinis obducat, lena, ſepulchrum,
Et vetula inviſam ſentiat umbra ſitim.

N. Heinſius ad 2. Faſt. verſ. 572.

Concordique toro peſſima ſemper avis] Videtur, quum ait, *peſſima avis*, alludere ad ſolitariæ cornici occurſum, qui ſiniſtri ominis erat in nuptiis, eoque auſpicato concordiæ ſocietatisque præſagio accinere identidem conſueviſſe veteres ipſo nuptiarum die, ἐκκόρει κορώνην, teſtatur Orus Apollo in Hieroglyphicis. *Douſa F.*

Quippe

Penelopen quoque, neglecto rumore mariti,
  Nubere laſcivo cogeret Antinoo.
Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum;
  Et volucris nidis eſſe noverca ſuis.
Quippe & Collinas ad foſſam moverit herbas,
  Stantia currenti diluerentur aqua:
Audax cantatæ leges imponere Lunæ,
  Et ſua nocturno fallere terga lupo.
Poſſit & intentos aſtu cæcare maritos.
  Cornicum immeritas eruit ungue genas,
Conſuluitque ſtryges noſtro de ſanguine, & in me
  Hippomanes fœtæ ſemina legit aquæ.

Exor-

J. SCALIGER

Quippe & Collinas) Collinas Beroaldus non vult a Collina porta dictas, ſed a collibus. in quo nimio argutior eſt. Nam extra portam procul hominum frequentia id faciebant, ut apud Horatium Canidia ad Exquilinam portam. De foſſa magica habes apud Horatium in Epodo quinta, item in Satyra octava libri primi.

Et ſua nocturno) Tale illud:

-- His ego ſilvis
Sæpe lupum fieri memini.

VARIORUM.

Antinoo.) Homer. lib. II. Odyſſ. Epithei filium eſſe ait, & lib. XVII. ſuperbum inducit, & lib XXII. Primum omnium eum Ulyſſes interfecit.

Cornicum immeritas eruit ungue genas.) Id eſt cornicibus oculos effodit, & exſculpſit, non revera, ſed allegoricos, ut recte notat Beroaldus: Proverbium eſt: *Cornicum oculos configere*, quo utitur M. Tullius pro Muræna & pro Flacco. Macrob. cap. V. lib. VII. Satur. *Græcum Græco eripiat hinc plauſum, & tanquam cornix cornici oculos effodiat.* De aſtuto eluſo a callidiore. Sumptum Pierius in Cornice putat ex hiſtoria, qua dicuntur Areopagitæ puerum capitis damnaſſe, quod oculos cornicum ſtudioſius erueret, rati id ſignum improbiſſimæ mentis. *Paſſer.*

Hippomanes) Vide Plin. lib. VIII. cap. XLII. & XVIII. cap. XI. Virgilius putat eſſe virus Georg. lib. III.

Hinc demum Hippomanes, vero quod nomine dicunt
Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus.

Aliter vetus interpres Juvenalis; *Hippomanes, quod de equarum partu rapitur a fronte pulli, ſtatim ut naſcitur, quod mater ab eodem lambit.* Utebantur eo olim ad amores inducendos. Virgilius loco citato.

Hippomanes quod ſæpe malæ legere novercæ,
Miſcueruntque herbas & non innoxia verba.

Juvenalis Sat. VI.

Hippomanes carmenque loquar, coctumque venenum,
Privignoque datum?

Interpres ejus. (*Hippomanes*) *datum in poculis ad amatorias res facit.* Meurſius.

Eayi

Exornabat opus verbis, ſeu blanda perurat,
Saxoſamque terat ſedula culpa viam.
Si te Eoa Dorixanium juvat aurea ripa,
Et quæ ſub Tyria concha ſuperbit aqua,
Eurypylique placet Coæ textura Minervæ,
Sectaque ab Attalicis putria ſigna toris,
Seu quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ,
Murrheaque in Parthis pocula cocta focis:

Sperne

J. SCALIGER.

Exornabat opus) Inſinuatione utebatur, tanquam de re difficillima dicere aggreſſura eſſet; Proverbium eſt terere ſaxoſam viam: hoc eſt ire per ſaxoſam viam. Horatius. *Et Appiam mannis terit.* Et Propertius, ipſe:

Cui ſape immundo ſacra conteritur via ſocco.

Quare Beroaldus fallitur, qui terere hic interpretatur, lævigare. quum ſit proverbium, ut diximus, terere ſaxoſam viam, pro eo quod eſt, in difficultatibus verſari. Plautus alluſit in alia re:

Non meus ſcrupoſam victus commeat viam.

Si te eoa Dorizantium) Hæc eſt ſcriptura libri noſtri. legendum vero, *Dorixanium.* δορξάνιον. Finxit nomen puellæ, comice, ut Philocomaſium, & ſimilia.

Seu quæ palmifera) Vitreos calices Ægyptios intelligit. Martialis,

Aſpicis ingenium Nili: quibus addere plura
Dum cupit, o quoties perdidit auctor opus.

Dicebantur hi calices ἀλλαςόντες, quia ut Palumborum colla ad omnem motum diverſos colores efficiebant. Imperator Adrianus in Epiſtola ad Servianū: *Calices tibi allaſſontes verſicolores miſi.*

Murreaque) Nullus veterum melius expreſſit, quid eſſent murrea pocula, quam noſter Vmber, qui dicit eſſe pocula cocta, non autem gemmea, ut Virgilius, Seneca, Plinius. Virgilius: *ut gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.* Seneca de Benef. lib. VII. Cap. IX. *Video murrina pocula. Parū ſcilicet luxuria magno fuerat, niſi quod vomant, capacibus gemmis inter ſe propinarent.* Quomodo cryſtallus & vitrū vocatur gēma a Martiali & aliis, ita murrina gemmea dicuntur. Sed de veris gemmis Plinius lib. 37. cap. 2. ſcribens inter eas murrina annumerat, ſcilicet quod ignoraret eſſe pocula ex Signino cocto apud Sinas facta, quæ nos Porcellana vocamus. Quare ridiculi ſunt, qui ex Plinio gammea hariolantur. Mirum vero Plinium ignoraſſe, quod tam perſpicue Propertius dixit. Videtur autem murra vox Latina pro gemma antiquitus uſurpari ſolita. Nam μόῤῥινα Arriano ἐν περίπλῳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης eſt Latinum. Sane Caſſius Juriſconſultus negat vaſa murrina in gemmis eſſe. l. 9. §. 6. de auro & arg. leg.

In Parthis) Plinius: *Oriens murrina mittit. Inveniuntur enim ibi in pluribus locis, nec inſignibus, maxime Parthici regni.* Sane his indicat murrina inveniri, & gemmas non coqui.

VARIORUM.

Euripylique) Meminit Strabo lib. X. & XIII. Is Evæmonis filius Homero ιλ. β. & λ. cujus meminit & Pauſanias Laconicis & Achaicis. Fuit & alter Telephi filius, de quo Strabo lib. XIII. Virg. II. Æn.

Murreaque.) Murrhina pocula hic ſignificantur, quę Propertius fictilia fuiſſe videtur exiſtimaſſe, quum in Parthorum caminis coqui ea ſcribat, diſſentien-

te

Sperne ſidem, provolve deos, mendacia vincant.
Frange & damnoſæ jura pudicitiæ.
Et ſimulare virum pretium facit. utere cauſſis:
Major dilata nocte recurret amor.
Si tibi forte comas vexaverit utilis ira,
Poſt modo mercata pace premendus erit.
Denique ubi amplexu Venerem promiſeris empto,
Fac ſimules puros Iſidis eſſe dies.
Ingerat Apriles Iole tibi, tundat Amycle
Natalem Maijs idibus eſſe tuum.
Supplex ille ſedet. poſita tu ſcribe cathedra
Quidlibet, has artes ſi pavet ille, tenes.
Semper habe morſus circa tua colla recentes,
Litibus alternis quos putet eſſe datos.
Non te Medeæ delectent probra ſequacis,
Nempe tulit faſtus auſa rogare prior;
Sed potius mundi Thais pretioſa Menandri,
Cum ferit aſtutos Comica mœcha Getas.

In

te Plinio, qui humorem putat ſub terra concreſcere, denſarique calore, eumque lapidem erui & in vaſa celari. *Douſa P.* videndus omnino *Bulengerus* de Conviviis lib. IV. cap. XIII. *Turnebus* lib. VIII. cap. I. & Salmaſ. Exercitat. Plin.

J. SCALIGER.

Cedant damnoſa] Noſter: *Frange & damnoſa.*

VARIORUM.

Et Simulare virum &c.] h. e, aſſimulare, quaſi maritus ſuus ſuperventurus ſit operi, ac verbis uti, quæ cupido ac turgenti nimium adultero veros metus ac præſentem terrorem incutiant, qualia ſunt lib. II. Eleg. 23.

Timeo: propera jam ſurgere quaſo
Infelix: hodie vir mihi rure venit.

quo majori videl. pretio inducat amatorem, h. e. quod pretium facit, lucrum atque emolumentum parit. male proinde Canterus *amicam* ſubaudiendum cenſet. *Douſa P.*

Poſita tu ſcribe cathedra.) Cathedra, eſt ſella muliebris. Diſcretam eam fuiſſe a virili, ſatis mihi auctor Sueton: in Othone cap. VI. *Tunc abditus propere muliebri ſella in caſtra contendit.* Lipſius. Hinc *cathedralicii pueri* a cathedris fœminarum dicti ſunt. Mart. lib. X. Ep. XIII,

Cum cathedralicios portet tibi rheda miniſtros,
Et Libys in longo pulvere ſudet eques.

Pignorius.

Sed potius mundi Thais pretioſa Menandri. &c.) Lena præcipit puellæ, ut *Comicam mœcham* Menandri imitetur. Gebhardus, *Otioſa*, legebat apud Propertium

In mores te verte viri. ſi cantica jactat;
  I comes, & voces ebria junge tuas.
Janitor ad dantes vigilet: ſi pulſet inanis,
  Surdus in obductam ſomniet uſque ſeram.
Nec tibi diſpliciat miles non factus amori;
  Nauta nec, attrita ſi ferat æra manu;
Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
  Cælati medio cum ſaliere foro,

Aurum

tium, quæ ſpatio ac mora traheret amatores, ſic intendens cupiditatem & pretium noctis Sed Latinis hoc ſenſu eam vocem fuiſſe non arbitror. Neque opus corrigi, *pradoſa*. Nam *pretioſa* hæc eſt ipſa, quæ magno habebatur, quæ magna mercede conſtabat, cujus pœnitere magno emebatur ab hominibus damnoſiſſimis, ut & Paſſeratium accepiſſe video. Gronovius in Obſerv. in Eccleſ. Script. cap. II. ubi etiam de Thaide Meandri amica. Vid. Sup. lib. II. Eleg. v.

J. SCALIGER.

Aut quorum Titulus) Non intellexit morem hunc priſcum Romanorum Beroaldus. Caput erat Ædilitii Edicti: TITULUS. SERVORUM. SINGULORUM. UTEI. SCRIPTUS. SIET. COIRATO. ITA. UTEI. INTELLEGI. RECTE. POSSIET. QUID. MORBEI. VITIEIQUE. QUOIQUE. SIET. QUIS. FUGITIVUS. ERROVE. SIET. NOXAVE. SOLUTUS. NON. SIET. Vide etiam Titulum ad Ædilitium Edictum in Pandectis juris. Seneca de ſervis loquens: *Cui dominus titulum impegit*. Hic Propertius ſcribit titulos illos unicuique ex collo aptos fuiſſe, ego reperio etiam in venalitio pingi ſolitos. Petronius: *Ego autem collecto ſpiritu non deſtiti totum parietem perſequi. Erat autem venalitium titulis pictum*. venalitium vocat δουλοπρατήριον.

Cælati medio) Cælati proculdubio ſunt ſignati, σεσημασμένοι. Nam mancipiorum pedes creta ſignabantur, ſi quidem privati hominis eſſent, heri ſigillo; ſin publica, reipublicæ. Xenophon περὶ προσόδων. ἀνδράποδα δὲ σεσημασμένα τῷ δημοσίῳ σημάντρῳ, καὶ προσκειμένης ζημίας τῷ πωλοῦντι καὶ τῷ ἐξάγοντι πῶς ἄν τις ταῦτα κλέψειεν. Cælati ergo creta ſignati. In Gloſſis: *Creta*, γνεφῖτις. Lege γῆ σφραγίς.

Quum ſaliere foro) In foro venalia proſtabant mancipia. & ſaltare ac currere circum coronam ſolebant. Meander ἐφεσίῳ:

ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ νὴ τοὺς θεοὺς
ἐν τοῖς κύκλοις ἐμαυτὸν ἐνδεδυκότα
ὁρᾶν κύκλῳ τρέχοντα καὶ πωλούμενον.

Vides, dum præco venales prædicabat, interea ſolere ſaltare in circuitum per coronam, ut cognoſceretur, qui eſſent, quos prædicabat præconium. hic κύκλους intelligo coronas circunſtantium in auctione. quanquam Harpocration vetus Grammaticus pro loco ipſo. in quo vendebatur, accipi ſcribat. quod parum refert utro modo accipias. Nævius Agitatoria:

Age, ne te mihi adverſari dicas, hunc unum diem,
Demea, ſecuros ſinam illos eſſe. tax pax. poſtea
Currentes ego illos omnes vendam, niſi tu viceris.
D. *Eho an vicimus?* A. *viciſtis.* D. *volup. quomodo?*
A. *Dicam tibi.*

Hic currentes ſervos ait vendi ſolere, ut

ſupra

Aurum ſpectato, non quæ manus afferat aurum.
  Verſibus auditis, quid niſi verba feres?
Qui verſus, Coæ dederit nec munera veſtis,
  Ipſius tibi ſit ſurda ſine ære lyra.
Dum vernat ſanguis, dum rugis integer annus,
  Utere, ne quis eat liber amore dies.
Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti
  Sub matutino cocta jacere noto.
His animos noſtræ dum verſat Acantis amicæ.

* * *

Sed cape torquatæ Venus o regina columbæ
  Ob meritum ante tuos guttura ſecta focos.
Vidi ego rugoſo tuſſim concreſcere collo.
  Sputaque per dentes ire cruenta cavos,

Atque

ſupra Mænander τρέχοντας. Quare ſalientes & currentes idem vides eſſe. & hoc ſolere facere mancipia, quum ad vocem præconis jubebantur ſaltare, & eis plaudebat præco ipſe. qui eos, ut portiſculus remiges, incentivo citabat. Canebat, enim, ut ſaltabant. Perſius:

Cappadocas rigidos pingui paviſſe catasta.

Ibi reliquiæ veteris interpretis Cornuti: *Legitur*, inquiunt, ET PLAUSISSE: *quoniam venales ante quam in catasta imponantur, cantant univerſi pariter more gentis ſuæ.* Hactenus Cornutus. Habes igitur vetuſtum morem venalium. atque adeo enarrationem iſtius diſtichi, cujus ſententiam aſſequi non poterat Beroaldus. Porro & his & ſuperioribus ſimilia invenies apud Ovidium, ut:

Nec tu, ſiquis erit capitis mercede redemtus,
Deſpice damnati nomen inane pedis.

VARIORUM.

Ianitor.) Janitores & Oſtiarii ideo fores obſervabant, quia ſordidum videbatur appenſo ut olim marculo eas pulſare. Vid. Pignorium lib. de Servis *&c.*

Calati medio.) Miror maximum interpretem maluiſſe futilem lectionem explicare, quam, quod facillimum erat ipſi, emendare. *Calati*, inquit, *Creta notati.* Quis hoc legit unquam, *calare* poni pro *creta ſignare*? Scribe confidenter: *Cretati medio*, id eſt, cretati vel ad pedes. *Gronovius.* Plin cap. XVII. lib. XXXV Pedes venalium creta denotari ſolitos ait, trans mare advectorum; unde Tibull. *gypſatos pedes* vocat Lib. II. Eleg. VI.

J. SCALIGER.

Surda ſine arte lyra) Alii, *ſine aere lyra.*

Per tenues oſſa) Quidam hunc verſum ὀβελίζουσιν. & mihi certe οὐ γνήσιος videtur.

Atq; animam in tegetes putrem expirare paternas
Horruit algenti tegula curta foco.

Exe-

J. SCALIGER.

Horruit algenti pergula curta foco.) Sic Martialis:

Alget & instincto clauſa culina foco.

Inepte vero Beroaldus hic mutaverat *pertica curva*, pro *pergula curta*. Sed ne bene quidem Turnebus, vir doctiſſimus, qui pergulas publicas interpretatur, & talem hanc ait: quum tamen pergula ſit hic tuguriolum, ut apud Auſonium:

Vilis arundineis cohibet quē pergula tectis.

neque vero ullæ unquam pergulæ publicæ, ut ipſe videtur velle: quum pergula fuerit tantum appendix ædificii, ut in Auſonianis lectionibus oſtendimus. unde Pergula ϖεριφάνη vertitur a Gloſſariis, quod quæ in ea expoſita eſſent, in conſpicuo eſſent. Pergulæ ædificiorum publicum ſpectabant. ob id artifices & magiſtri, qui minus noti erant, in illis primum ſolebant opera ſua proponere, aut docere, ut populo innoteſcerent. Juvenalis:

Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis Pergula --

Ubi pergula eſt, quod Græcis στέγος, ἤγουν οἴκημα ϖρόσγειον, quale eſt, in quo mulieres, quæ ſub lenonum imperio proſtabant, publicarum libidinum, ut Tertullianus loquitur, victimæ. Plautus Pſeudolo: *cras faciam deportere in pergulam*. Unde Græce dicuntur ἑταῖραι ἐπὶ στέγους. Ita vocatur Helena ſcortum Simonis Magi apud Juſtinum Martyrem. ἀπὸ στέγους dixit Epiphanius in Manichæis, ἀνελόμενος τοῦτο (γύναιον) ἀπὸ τοῦ στέγους. ἑστήκει γὰρ ἡ τοιαύτη ἐν τῇ πολυκοίνῳ ἀσελγότητι. Pulybius apud Suidam: ταύτην δὲ τὴν λοιδορίαν καὶ τὰς ἐμφάσεις οὐχ οἷον ἄν τις διέθετο πεπαιδευμένος ἀνὴρ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀπὸ τοῦ τέγους ἄχει τοῦ σώματος εἰργασμένων οὐδείς. Intelligit qui omnia meritoria habent & corpus & pergulam. qui ut ex cænaculis, ita ex corpore quæſtum facerent. Sybilla:

ἄρσην δ' ἄρσενι πλησιάσει, στήσουσί τε παῖδας
αἰσχροῖς ἐν τεγέεσσι -- item:
καὶ τέγεσιν πόρνας ἱστήσετε τοὺς πάλαι ἁγνάς.

VARIORUM.

Horruit algenti pergula tecta foco.) Pauperes quibus cella non erat nec domus, interdum in pergulis habitabant, in quibus etiam viliſſima ſcorta & omnium libidini proſtituta merebant. Plaut. in Pſeud. Sc. *Exite hinc.*

Te ego ipſam culeo cras faciam deportere in (pergulam.

Sic & Craſſitius libertinus pauper Grammaticus, cui per inopiam habendæ in ædibus Scholæ poteſtas non erat, docuit in pergula. Sueton. de Illuſtri Grammat. *Turneb.*

Tria ſunt pergularum genera, ut colligitur ex Scaligero in Auſonium; unum, ædificiorum appendix, vulgo *Galerie*, ſed quæ publicum ſpectaret: alterum, caſula, ſive tuguriolum, ut hic: tertium, in opere topiario, vulgo *Une treille*, quod ſub ea tecti pergimus, & inambulamus, ut apud Columellam. Ulpianus quoque *l. heres* §. Proinde. De Judiciis. *Tabernulam, pergulam, officinam, horreum conducere.* Interpres Juvenalis in Sat. XI. *Pergula, qua boletaria ponuntur.*

Horruit.] Liber vetus. *Horruit algenti tegula curta foco.* ut & recte legit Salmaſius, non *pergula*. idem Eleg. 7.

Laſit & objectum tegula curta caput.

N. Heinſius ad Ovid. 2. Faſt. verſ. 645.

Quum

Exequiæ fuerint rari furtiva capilli
  Vincula, & immundo pallida mitra ſitu,
Et canis in noſtros nimis experrecta dolores,
  Cum fallenda meo pollice clathra forent.
Sit tumulus lenæ curto vetus amphora collo:
  Urgeat hunc ſupra vis caprifice tua.
Quiſquis amas, ſcabris hoc buſtum cædito ſaxis,
  Miſtaque cum ſaxis adjice verba mala.

VI.

Sacra facit vates. ſint ora faventia ſacris,
  Et cadat ante meos icta juvenca focos.

Cera

J. SCALIGER.

Quum fallenda meo pollice clatra forent] In noſtro mendoſe, CULTA FORENT. Forſan, *clauſtra*, pro clauſtra.

Quiſquis amas ſcabris hoc buſtum cædito ſaxis.] Recte. Nam prætereuntes buſta eorum, qui in publica deteſtatione erant, lapidibus petebant. Auſonius:

-- crimen ob iſtud.
Timon Cecropiis olim lapidatus Athenis.

id eſt, publice diris inceſſitur, & ejus ſepulcrum lapidibus petitur. Argentarius poëta:

ἀλλὰ λίθους ἐπὶ τύμβον, ὁδοιπόρε, μήτε σὺ βάλλε,
μήτ' ἄλλον πείσῃς. σῆμα λέλογχε νέκυς.
φρίσσω δ' οὐχ ὅτι κέρδος ἐπήνεσεν, ἀλλ' ὅτι κοινὰς
θρέψας, μοιχιδίους σὺν ἐδίδαξε νέους.

Euripides Electra:

-- ἐνθρῴσκει τάφῳ,
πέτροις τε λεύει μνῆμα λάϊνον πατρός.

qui locus diſerte hunc Propertii interpretatur. Contra igitur ac Propertius. Deprecatur enim, ne tumulo lenonis fiat, quod ſolebat fieri, id eſt ſaxis cædi.

VARIORUM.

Caprifice.] Diſcimus hinc veteres optaſſe caprificos ſepulcris eorum quos odorant. quo & illud pertinet, *at quæ Diſcutienda valent ſterilis mala robora ficus.* Sed e tumulis eorum, quos habebant caros, ſentes & dumos excidere purgareque ſolebant. Infr. Eleg. VII. *pelle hederam tumulo.* Turneb.

Scabris hoc buſtum cædito ſaxis.) Cædere & ſaxis buſta eorum ſolebant, qui inviſi fuerant. Eodem Maronis illud pertinet,

Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus.

Addito verba mala.) Supr. lib. II. Eleg. VII.

Sint ora faventia ſacris.) Vid Tibull. lib. II. Eleg. II.

Cera Philetëis certet Romana corymbis,
Et Cyrenæas urna miniſtret aquas.
Coſtum molle date, & blandi mihi turis honores:
Terque focum circa laneus orbis eat.

Spar-

J. SCALIGER.

Cera Philetæis.) Omnino legendus, *Serta*, non *cera*. Corona, inquit, Romana certet coronæ Philetææ. Nam, cera hic locum non habet, neque ſcriptio. Sed ſacra facturi στέφανον καὶ χέρνιβας adhibebant. illum a Phileta, hanc a Callimacho perit. Sic alibi ſerta pro corona:

Quam mea propendent demiſſa in pocula ſerta.

Siquis vulgatam lectionem retinere mavult, cera erit imago poëtæ. Itaque dicit ſuam imaginem cum illa Philetæ certare: ederas ſuas cum corymbis Philetæ. Nam imagines poëtarum edera coronatæ. Ovidius:

Siquis habes noſtris ſimiles in imagine vultus,
Deme meis ederas Bacchica ſerta comis.

Perſius:

-- *quorum imagines lambunt*
Edera ſequaces --

Terque focum circa) Quid ſit, quæratur. Nam hunc ritum plane ignoro. Beroaldus hic mihi riſum ſuſtulit. Hoc unum aſſerere poſſumus, quod hic de laneo orbe dicitur, id Græcis eſſe κανοῦν κύκλῳ βωμοῦ εἱλίσσειν. Euripides Hercule furente:

-- ἐν κύκλῳ δ' ἤδη κανοῦν
εἵλικτο βωμοῦ. φθέγμα δ' ὅσιον εἴχομεν.

κανοῦν id eſt caniſtrum, in quo mola ſalſa, & quædam alia erant ad ſacrificium pertinentia, circum aram in orbem circunferebant. Semper Romæ puer ingenuus, qui Camillus dicebatur, & ipſe quoque cumerum geſtabat, quod nihil aliud eſt, quam τὸ κανοῦν Græcorum. Sed non legimus circumferri. Deinde quis eſt laneus orbis, niſi glomus? Itaque hic ritus latet penitus mihi incognitus.

VARIORUM.

Cyrenaas urna miniſtret aqua.) Strabo lib. XVII. docet Cyrenen a Theræis conditam, qui ex Laconica profecti Theram inſulam coluerunt, quæ Thera olim Calliſta dicebatur; ſubjicitque verſus Callimachi;

Nomine Calliſte primum, ſed poſtmodo Thera
Dicta fuit tellus, urbis origo meæ.

Addit Cyrenen perhiberi a Batto conditam, quem πρόγονον & proavum ſuum vocet Callimachus. Inde a Poëtis dicitur *Battiades.* Multa illic Strabo de Cyrenis. Vide & Plin. lib. v. cap. v. & ipſe Callimachus Cyrenæum ſe inſcribit, ſuæque patriæ ſæpe alias meminit. *Paſſerat.*

Terque focum circa laneus orbis erat.] Sive potius, ut Dempſtero placuit, *focum circum.* Sententia eſt, corolla, quam Ovidius *laneam vittam* ſimiliter nuncupat, ter cingat focum. *Voſſius.*

Spar-

Spargite me lymphis, carmenque recentibus aris
Tibia Mygdoniis libet eburna Cadis.
Ite procul fraudes. alio ſint aëre noxæ:
Pura novum vati laurea mollit iter.
Muſa Palatini referamus Apollinis ædem:
Res eſt Calliope digna favore tuo.
Cæſaris in nomen ducuntur carmina, Cæſar
Dum canitur, quæſo Juppiter ipſe vaces.
Eſt Phœbi fugiens Athamana ad littora portus,
Qua ſinus Joniæ murmura condit aquæ,
Actia Julææ pelagus monimenta carinæ,
Nautarum votis non operoſa via.
Huc mundi coiere manus. ſtetit æquore moles
Pinea, nec remis æqua favebat avis.

Altera

J. SCALIGER.

Spargite me lymphis) Nam ſua περιρραντήρια habebant. εἰς χέρνιβα conjecta & extincta face, aqua illa ſpargebant ſe.

Tibia Mygdoniis libet eburna cadis) Et hic quoque Beroaldo per me tacere licuiſſet. Nos in Ætnam, de Pithaulis hunc locum interpretati ſumus. qua meliorem interpretationem nemo attulerit. Sed tamen non ita amamus noſtra, ut ſi melior in mentem veniat, non eam in vulgus proferamus. ego interpretor Cados hic non πίθους ſed τὰς Κάδους populum & urbem Mygdoniæ. *tibia Mygdoniis Cadis* dictum, quomodo Plauto Hoſpes Zacyntho, Varroni vinum Lesbo. Intelligit ergo hic Phrygiam tibiam. Phrygia tibia cantet, hoc eſt tibia τὸ Φρύγιον νόμον cantet. De Cadis Mygdoniæ urbe vide Strabonem. Scribendum igitur hic majuſcula C. Niſi quis de Pithaulis intelligat, ut olim expoſuimus. De quibus Turnebus interpretatur locum Horatii:

-- *qui Pythia cantat.*

At tunc πυθαύλαι eſſent non πιθαύλαι.

VARIORUM.

Palatini referamus Apollinis ædem.) Templum, quod Actio Apollini ſtruxit dicavitque in Palatio Auguſtus. Auguſtus in breviario rerum a ſe geſtarum: Calchidicum templumque Apollinis in palatio cum porticibus. (feci.) Sueton in Aug. cap. XXIX

Actia Julææ pelagus monimenta carinæ) Feſtus in *Monimentum. Monimentum eſt quod mortui cauſſa ædificatum eſt, & quidquid ad memoriam alicujus factum eſt, ut fana, porticus, ſcripta & carmina.* Ergo recte hic *monimenta* propter templum Apollinis Actii, Urbem Nicopolin, Coloniam Actiam & Actiacos ludos. *Paſſerat.*

Huc mundi coiere manus, &c.) De hac re videndus Dion. lib. L. Virg. VIII. Æn. & Plut. in Antonio.

Altera claſſis erat Teucro damnata Quirino,
Pilaque feminea turpiter acta manu.
Hinc Auguſta ratis plenis Jovis omine velis,
Signaque jam patriæ vincere docta ſuæ.
Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus,
Armorum & radiis picta tremebat aqua;
Cum Phœbus linquens ſtantem ſe vindice Delon
(Nam tulit iratos mobilis unda notos)
Aſtitit Auguſti puppem ſuper, & nova flamma
Luxit in obliquam ter ſinuata facem.
Non ille attulerat crines in colla ſolutos,
Aut teſtudineæ carmen inerme lyræ,
Sed quali aſpexit Pelopejum Agamemnona vultu,
Egeſſitque avidis Dorica caſtra rogis,
Aut qualis flexos ſolvit Pythona per orbes
Serpentum, imbelles quem timuere lyræ.

Mox

J. SCALIGER.

Nam tulit iratos) Callimachus hymno in Apollinem, & Pindarus. Item vetus Poeta:

ἀλλ' ὅτι Λατὼ
αὐδῆς ἱερῆς λάζετο δῖον.
διδύμων τοκετῶν ἔνδοθι σηκῶν,
ἵστατο μὲν γαῖ' ἵστατο δ' αἰθήρ.
πᾶς ὀρθώνων.
πάγνυτο νῆσος, πάγνυτο κῦμα,
αἰνὰ δ' ἐξέθορες μάντι Λυκωρεῦ
τοξότα Φοῖβε,
κατὰ χρησμολάλων βασιλῆος τερπόδων.

VARIORUM.

Teucro damnata Quirino.) Quæ addicta jam & adjudicata Auguſto. Servius in illud Virgil. lib. I. Æn. *Remo cum fratre Quirinus. Adulans populus Romanus Octaviano, tria ei obtulit nomina: utrum vellet Quirinus, an Cæſar, an Auguſtus vocari. Ille ne unum eligendo partem læderet, qua aliud offerre cupiebat, diverſo tempore omnibus uſus eſt. Et primo Quirinus dictus eſt, inde Cæſar, poſtea quod & obtinuit Auguſtus. Sicut Suetonius probat & in Georg. Virgilius oſtendit.*

Acies lunarat in arcus.) De acie lunari videnda Æliani Tactica.

Solvit Pythona.) Quia Pythonem ſolvit Apollo dicitur ab Orpheo in hymnis Πυθοκτόνος. Is Python in hymno Apollinis ab Homero dicitur *Typham*, ubi fabula narratur. *Delphin* dicitur Dionyſio de ſitu orbis; unde urbs Delphi; & apud Tibullum mixto utroque nomine *Delphica Pytho*. Vide Apollod. lib. I. Et Plin. cap. VIII. lib. XXXIV. Pauſan. in Phocic. latronem fuiſſe narrat cognomento Draconem. Et Strabo lib. IX.

Im-

Mox ait, o longa mundi ſervator ab Alba
 Auguſte, Hectoreis cognite major avis,
Vince mari: jam terra tua eſt: tibi militat arcus,
 Et favet ex humeris hoc onus omne meis.
Solve metu patriam; quæ nunc te vindice freta,
 Impoſuit proræ publica vota tuæ:
Quam niſi defendes, murorum Romulus augur
 Ire Palatinas non bene vidit aves.
Et nimium remis audent, proh turpe, Latinis
 Principe te fluctus regia vela pati.
Nec te, quod claſſis centenis remiget alis,
 Terreat: invito labitur illa mari:

Quodque

J. SCALIGER.

Impoſuit proræ) Vota inſculpebantur, aut inſcribebantur in cera in genubus ſtatuarum. Juvenalis, *Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.* Apulejus: *Votum in alicujus ſtatuæ femore aſſignaſti: igitur magnus as, aut cur obſignaſti.* In prora erat tutela navis. Quid ſit tutela navis non pauci ſciunt.

Et nimium remis audent prope turpe) Scribe: *Proh turpe.*

Centenis remigat alis) Hic alas ταρσοὺς exponit. ſunt remorum ordines. Ait centenos utrinque remos fuiſſe. Non tamen ideo ἑκατήρη putes dici, ut dicitur, τριήρης, πεντήρης, ὀκτήρης, δεκήρης. Nam tum a numero remigum ad ſingulos ſcalmos dicitur.

VARIORUM.

Impoſuit proræ publica vota tuæ) Apulejus lib. XI. *Hujus alvei felicis nitens carbaſus, literis votum ingeſtans progerebat Ecce literæ votum inſtaurabant de novi commeatus proſpera navigatione.* Hic votum in carbaſo & velo navis. quomodo ergo vota in prora? quia & in prora velum, quod *Mendicum* dicitur. Feſtus in *Mendicum.* Paſſerat.

Impoſuit proræ) Alluſit ad morem navigantium, qui tabulis affigebant ſua vota. Continebat autem hæc tabella non tantum vota, ſed *mercedem.* quam Diis ſoluturos ſe vovebant, ſi voti compotes facti eſſent. Cicero ſecundo de legibus. Horat. lib. 3. Ode. 29. Et Satyrice Perſius. ſat. 2.

--- *Non tu prece poſcis emaci,*
Quæ niſi ſeductis nequeas committere divis.

Compotes autem votorum eas tabellas *Solvebant*, h. e. lacerabant, ac Diis reddebant ea, quæ daturos ſe promiſerant. Manilius lib. 5.

Atque cæleſtum cui vota reſolvit Olympus.

Rutgerſius lib. V. Var. Lect. cap. 5.

Quodque vehunt proræ Centaurica ſaxa minantes
  Tigna cava, & pictos experiare metus.
Frangit, & attollit vires in milite cauſſa:
  Quæ niſi juſta ſubeſt excutit arma pudor.
Tempus adeſt, cõmitte rates: ego temporis auctor
  Ducam laurigera Julia roſtra manu.
Dixerat, & pharetræ pondus conſumit in arcus,
  Proxima poſt arcus Cæſaris haſta fuit.
Vincit Roma fide Phœbi, dat femina pœnas,
  Sceptra per Ionias fracta vehuntur aquas.
At pater Idalio miratus Cæſar ab aſtro,
  Sum deus, & noſtri ſanguinis iſta fides.
Proſequitur cantu Triton, omneſque marinæ
  Plauſerunt circa libera ſigna deæ.
Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci,
  Hoc unum, juſſo non moritura die.
Di melius. quantus mulier foret una triumphus,
  Ductus erat per quas ante Jugurta vias?
Actius hinc traxit Phœbus monumenta, quod ejus
  Una decem vicit miſſa ſagitta rates.

Bella

J. SCALIGER.

At pater Idalio) Bæbius Macer: *Circa horam octavam ſtella ampliſſima quaſi lemniſcata corona orta eſt. quam quidam ad inluſtrandam gloriam Cæſaris juvenis pertinere exiſtimabant. Ipſe animam patris ſui eſſe voluit; eique in Capitolio ſtatuam ſuper caput auream ſtellam habentem poſuit. in ſcriptum in baſi fuit:* ΚΑΙCΑΡΙ ΗΜΙΘΕΩ. *Sed Vulcanius aruſpex in concione dixit Cometen eſſe, qui ſignificaret exitum noni ſæculi, & ingreſſum decimi. ſed quod invitis Diis ſecreta rerum pronunciaret, ſtatim ſe eſſe moriturum. Et nondum finita oratione in ipſa concione concidit. Hoc etiam Auguſtus in libro ſecundo memoria vitæ ſuæ complexus eſt.* Hactenus Bæbius Macer.

VARIORUM.

Proxima &c.) *Fuit* frigide nunc legitur, corrigo *furit*. N. Heinſius ad 2. Faſt. verſ. 751.

Triton.) Neptuni & Amphitrites filius. Higin p. 1. Heſiod. Theog. 191. Apollod. lib. 1. Servius in 1. Æn. Neptuni & Salaciæ filium facit. De ejus forma Pauſan. in Bœoticis.

Bella

Bella ſatis cecini, citharam jam poſcit Apollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.
Candida nunc molli ſubeant convivia luco,
Blanditæque fluant per mea colla roſæ:
Vinaque fundantur prælis eliſa Falernis,
Terque lavet noſtras ſpica Ciliſſa comas.

Inge-

J. SCALIGER.

Bella ſatis cecini citharam jam poſcit Apollo) Nam eidem & ſagittas & citharam attribuunt. Callimachus:

Φοῖβος ὀϊστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, Φοῖβος ἀοιδήν.

Lege:

Φοῖβος ὀϊστευτὴν ἔλαχεν ῥέα, Φοῖβος ἀοιδήν.

Blanditiaque fluant) Omnino legendum, *Blanditæque*. Plinius libro quinto & viceſimo: *Radicem ſilveſtris roſa, quam Cynorrhodon vocant, blanditam ſibi aſpectu in frutecto.* Sic Tibullus:

Blanditis vult eſſe locum Venus ipſa querelis,

Sic dictum a Propertio *blandos turis honores.* θυμήρεας, θυμηδέας.

Terque lavet noſtras ſpica Ciliſſa) Et Ovidius:

Et ſonet accenſis ſpica Ciliſſa focis.

Jam comitia Criticorum convenerunt, utrum de croco an de nardo hic intelligendum eſſet. Et tandem de nardo & prærogativæ & jure vocatæ ſuffragium tulerunt. Sed ego eorum magiſtratus vitio creatos obſervavi. Itaque eorum nullam rationem habendam cenſeo. Nam ſi apud Ovidium ſpica Ciliſſa eſt crocus, erit & hic apud Amerinum noſtrum. Quod enim de nardo intelligi non poſſit, fidem fecerit, quod nardus Cilicia ſpicam non habet. Quod autem in ara crocum incenderetur, id vero teſtatur Tertullianus libro de cultu mulierum: *Crocum capiti mulier Chriſtiana ingerit, ut in aram. quodcunque enim immundo ſpiritui excremari ſolet, id niſi probis & neceſſariis uſibus adhibeatur.* En locupletem auctorem, qui omnem evictionem præſtet. Quin in croco ſpica vocatur, id quod in allio: quanquam non id cremari ſolere certus ſim, ſed συνεκδοχικῶς ita totum crocum vocatur. Jam nardi Ciliciæ nulla ſpica, ſed Indicæ; & ſero, ut puto, in Indico ſpica vocatum eſt id, quod radix eſt verius, quam ſpica. Idque Latinum potius eſt, quam Græcum, bulbos radicum ſpicam vocare, quare puto in eo Græcos ſequutos eſſe Latinorum idioma. Nam ſane talis nulla eſt ſpica aut bulbus nardi Ciliſſæ; quæ ejuſmodi erat, ut propter brevitatem in faſciculos colligi aut conſtringi non poſſet, ſed in ſacculos congerebatur. quo nomine dicta θυλακῖτις. Nicander Alexipharmacis:

ἀλλὰ σὺ πολλάκι μὲν σταδίῳ εὐανθέα νάρδου
ῥιζίδα θυλακόεσσαν ὀπάζεο τλῶτε κίλισσαν
πρηόνες ἀλδαίνουσι περὶ πλημμυρίδα κίσσηρι.

θυλακόεσσαν intelligit, hoc eſt κίλισσαν, &, ut Dioſcorides vocat, ὀρεινήν. Quare diligenter hoc conſiderandum atque obſervandum; ſpicam Ciliſſam hic eſſe bulbum croci, quanquam pro croco ipſo accipitur, ut ſpicam nardi eſſe bulbum nardi Indicæ. Græci quidem νάρδου στάχυν dicunt, ſed non κρόκου στάχυν, neque σκορόδου στάχυν. Quare apparet, ut dixi, imitatione Latinorum ſeplaſiarios Capuæ, & eos ſequutos omnes Græ-

Ingenium potis irritet Muſa poëtis,
  Bacche ſoles Phœbo fertilis eſſe tuo.
Ille paludoſos memoret ſervire Sicambros,
  Cepheam hic Meroën, fuſcaque regna canat:
Hic referat ſero confeſſum fœdere Parthum:
  Reddat ſigna Remi, mox dabit ipſe ſua.
Sive aliquid pharetris Auguſtus parcet Eois,
  Differat in pueros iſta trophæa ſuos.
Gaude, Craſſe, nigras ſi quid ſapis inter arenas,
  Ire per Eufraten ad tua buſta licet.
Sic noctem patera, ſic ducam carmine, donec
  Injiciat radios in mea vina dies.

VII.

SUnt aliquid manes. letum non omnia finit;
  Luridaque evictos effugit umbra rogos.
Cynthia namque meo viſa eſt incumbere fulcro,
  Marmor ad extremæ nuper humata viæ:
Cum mihi ab exequiis ſomnus penderet amaris,
  Et quereret lecti frigida regna mei:

Eoſdem

ſpicæ allii alia ratio, quam reddere non poſſum. at illam recte poſſum. Nam quicquid in acumen deſinit, veteres ſpicum vocabant. unde deminutivum ſpiculum, & verbum inſpico: ut *ferroque faces inſpicat acuto.* Et ſane ὀβελισκὸς nihil aliud quam ſpicum.

Spica Ciliſſa) De croco igitur intelligendum: quod in aris cremari ſolitum oſtendimus. Ovidius quum de aromatis, quæ ſacris adolerentur, loquitur;

Nec fuerant rubri cognita fila croci.

Ingenium poſitis irritet) Lege *potis irritat.* eſt γνώμη.

VARIORUM.

Cephaam hic Meroën, &c.) De Meroë Inſularum, quas Nilus efficit, maxima, & capite Æthiopici regni, Strabo lib. I. & XVII. Plin. cap. LXXIII. lib. I. Eſt & oppidum ejuſdem nominis. Plin. cap. XXIX. lib. VI. Dicta Meroë a Gambyſis matre. *Cepheam*, in qua Cepheus pater Andromedæ regnavit.

Po:

Eoſdem habuit ſecum, quibus eſt elata capillos;
    Eoſdem oculos: lateri veſtis aduſta fuit.
Et ſolitum digito beryllon adederat ignis,
    Summaque Lethæus triverat ora liquor:
Spiranteſque animos, & vocem miſit. at illi
    Pollicibus fragiles increpuere manus.
Perfide, nec cuiquam melior ſperande puellæ,
    In te jam vires ſomnus habere poteſt?
Jamne tibi exciderunt vigilacis furta Suburræ,
    Et mea nocturnis trita feneſtra dolis?

J. SCALIGER.

At illi pollicibus fragiles increpuere manus) Non cuivis obvium, quid velit Amerinus noſter. Sed proculdubio erat geſtus componentium ſe ad dicendum. Petronius: *Intrat cinædus homo omnium inſulſiſſimus, & plane illa domo dignus, qui ut infractis manibus congemuit, ejuſmodi carmina effudit.* Idem; *Retexit ſuperbum pallio caput, & manibus interius in articulorum ſtrepitum conſtrictis, Quænam eſt, inquit, hæc audacia?* Hodieque multos id facere, antequam loquantur, videmus. At qui convocatis viris; aut alioqui ſi verba facere volebant, alia ſigna habebant, quibus ſibi audientiam faciebant: ut in actis Apoſtolorum Paulus *τὴν χ[illegible] κατασείσας* populum *κατασιγάζει*. Antiquitus prætento pollice, medico, & auriculari depreſſis, ac mediis duobus indice, & infami erectis, ſignificabant ſe verba facere velle ad populum. Apulejus Mileſia XI. *Ac ſic aggeratis in cumulum ſtragulis & effultus in cubitum, ſubrectuſque in torum porrigit dexteram: & inſtar oratorum conformat articulum, duobuſque infimis concluſis digitis, ceteros eminentes porrigit, & infeſto pollice clementer ſubridens infit.* In numiſmate conſecrationis Conſtantini anima Conſtantini nuda linteo amicta, quadrigis vehens in cælum porrecta brachio recipitur alia manu ex cœlo exiſtente ad hunc geſtum conformata, pollice ſcilicet infeſto duobus ſequentibus junctis, duobus vero reliquis depreſſis, qui eſt geſtus Epiſcoporum benedicentium. Infra ſunt literæ CONS. id eſt Conſecratio. Omnes enim Conſecrationes, illo ſæculo ita exprimebantur, ut imperatoris anima dextra Jovis porrecta exciperentur. In Panegyrico Conſtantino Magno dicto: *Vere enim profecto illi ſuperum templa patuerunt: receptuſque eſt conſeſſu cæli, tum Jove ipſo dextram porrigente.* Fulgentius Placiades libro de Continentia Virgiliana non pollice prætento, ſed compreſſo. *Itaque compoſitus in dicendi modum, erectis in jotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens ita verba exorſus eſt.* Itaque Epiſcopi eo geſtu olim in loco, qui Salutatorium dicebatur Latinis, *ἀσπαστικὸν* Græcis, alloquebantur populum, & benedicebant eum.

Vigilantis tecta Suburræ) Scribe auctore vetere libro, *Vigilacis*. quo verbo Juriſconſultus utitur.

VARIORUM.

Beryllon.) Lege Plin. lib. ult cap. V. v. Iſidor. lib. XVI. cap. VII.

Per quam demiſſo quoties tibi fune pependi,
  Alterna veniens in tua colla manu.
Sæpe Venus trivio commiſſa eſt, pectore miſto
  Fecerunt tepidas pallia noſtra vias.
Fœderis heu taciti? cujus fallacia verba
  Non audituri diripuere noti.
At mihi non oculos quiſquam inclamavit euntis:
  Unum impetraſſem te revocante diem.
Nec crepuit fiſſa me propter arundine cuſtos,
  Læſit & objectum tegula curta caput.
Denique quis noſtro curvum te funere vidit?
  Atram quis lacrymis incaluiſſe togam?
Si piguit portas ultra procedere at illud
  Juſſiſſes, lectum lentius ire meum.

Cur

J. SCALIGER.

Fecerunt tepidas) Huic pentametro ſubjungendum diſtichon: NEC CREPUIT FIXA ME PROPTER ARUNDINE CUSTOS.

Nec crepuit fiſſa) Lege FIXA. neque, inquit, propter amores noſtros evenit id, quod alias ſolet, ut aut janitor ex inſidiis vulneratus ſit a te, neque tegula a noſtris tectis in caput tuum miſſa ſit.

Fœderis heu taciti) χετλιαστικῶς cum genitivo Græco more; οἴμοι τῶν ἀπονδῶν. Plautus;

Di immortales mercimonii lepidiſſimi.

At mihi non oculos quiſquam inclinavit) Noſter, INCLAMAVIT. Tangit morem claudendi oculos morientis cum inclamatione nominis illius.

VARIORUM.

Sæpe Venus) Ex vetuſtis libris legendum;

Sæpe Venus trivio commiſſa, & pectore miſto
  Fecerunt tepidas pallia noſtra vias.

N. Heinſius ad Ovid. Remed. Amor. verſ. 407.

Euntes.) *Hiantes* opinor reponendum eſſe. quo verbo ſæpe utitur Propertius. ſic *hiantem calamum* & *hiantes flores* & *morſus hiantes* alibi. Perperam Scaliger *inclamavit* pro *inclinavit*. N Heinſius ad Metam. lib. 7. verſ. 155. Nihil mutandum: dixit *euntes.* ſicut Ovid. *fugientes*, Eleg. in Tibul. *Hic certe manibus fugientes preſſit ocellos Mater.* Gebhardus, qui & ritum mortuorum oculos claudendi illuſtrat.

Unum &c.) *unus dies Proteſilao impetratus eſt, quo ad ſuperos rediret*, Rem narrat in dialogis mortuorum Lucianus Huc alluſiſſe videtur Propertius. *Heinſius.*

Cur ventos non ipſe rogis ingrata petiſti?
Cur nardo flammæ non oluere meæ?
Hoc etiam grave erat, nulla mercede hyacinthos
Injicere, & fracto buſta piare cado.
Lygdamus uratur, candeſcat lamina vernæ.
Senſi ego, cum inſidiis pallida vina bibi. Aut

J. SCALIGER.

Cur ventos non ipſe rogis) Mos Romanus. Herodianus libro quarto. Sed id prius ex Græca ſuperſtitione. Homerus:

ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε ποδάρκης δῖος
ἀχιλλεὺς,
στὰς ἀπάνευθε πυρῆς δοιοῖς ἠρᾶτ'
ἀνέμοισι
βορέῃ καὶ ζεφύρῳ, καὶ ὑπίσχετο
ἱερὰ καλά.
πολλὰ δὲ καὶ σπένδων χρυσέῳ δέπαϊ
λιτάνευεν
ἐλθέμεν, ὄφρα τάχιστα πυρὶ φλε-
γέθοιατο νεκρὸν,
ὕλη τ' ἐσσεύοιτο καήμεναι.

Injicere & fracto) Duo diſticha quæ ſequebantur, alio pertinent.

Lygdamus uratur) μίμησις ex perſona ipſius novæ amicæ. Uratur Lygdamus, quia conſuluit ſagam Nomada ſuper nova amica, quæ fortaſſe ad ejus interitum ſpectabant: aut tale quid. Nam conſtat hoc velle Propertium, ſed cujuſmodi fuerit id, pro quo luſtrales ſalivas Nomas ſaga moverit, id vero neque ſcio, neque admodum refert utrum ſciam, an neſciam.

Senſi ego quum inſidiis pallida vina bibi.) Verba non μιμητικὰ, ſed ipſius Cynthiæ. eſt autem parentheſis, & legendum *bibi.* non *bibit.* Has voces imperioſæ pellicis audivi egomet, inquit, quum tacite ſbibi χοάς. nam inferium vinum, quod Græci vocant χοὰς, *pallida vina* dicit. *pallida* ob mortuos, ad quos pertinet id vinum. Vini autem illius odore putabant elici animas ad bibendum, ut illa bibula anus Plautina facit, cujus nares flos meraci Libyci percutit, Propterea χοὰς Euripides νεκρῶν ἀγωγοὺς vocat in Hecuba;

δέξαι χοάς μοι τὰς δὲ κηλητηρίους
νεκρῶν ἀγωγοὺς --

VARIORUM.

Cur ventos non ipſe rogis ingrate petiſti.) Rogo jam incenſo ventos petebant qui flammam ardentiorem ſuſcitarent alerentque, ut ita cadaver rogo impoſitum facilius citiusque abſumeretur. Plut. in funere Syllæ: *Sub ſolis exortum, cum nubilus dies eſſet, & pluvia exſpectarentur, nona demum hora funus elatum eſt. Ibi ventus cum procella in rogum incubuit, multaque flamma excitata corpus cremavit. Vix rogus abſumptus, ignisque ſopitus cum ingens effuſus imber uſque ad noctem duravit, ut videatur fortuna ejus viri etiam ſepulcrum præſens adjuviſſe.* Vide Herodian. lib. IV. Sed id prius ex Græca ſuperſtitione. Vid. Homer. Iliad ψ. in funere Patrocli. *Kirchmannus.*

Cur nardo flamma non oluere mea) Odores acervatim in rogum fuiſſe conjectos ex innumeris autorum locis videre eſt. Cic. II. Leg. *Sumptuoſam reſperſionem* vocat, ac XII. Tab. prohibitam aſſerit. Plin. lib. XII. cap. XVIII.

Candeſcat lamina.) Supplicii genus notat, quo antiquitas utebatur. Unde ait Valerius in Theodoro. *Hieronymus tyrannus laminas extinxit.* Quintilianus in gladiatore, *Ille accendebat laminas ignibus.* & hujus tormenti crebra eſt mentio apud Eccleſiaſticos ſcriptores. *Beroaldus.*

Sciade

Aut Nomas arcanas tollat verſuta ſalivas.
Dicet damnatas ignea teſta manus
Quæ modo per viles inſpecta eſt publica noctes,
Hæc nunc aurata cyclade ſignat humum:
Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis,
Garrula de facie ſi qua locuta mea eſt.
Noſtraq; quod Parale tulit ad monimenta corollas,
Codicis immundi vincula ſentit anus.
Cæditur & Lalage tortis ſuſpenſa capillis,
Per nomen quoniam eſt auſa rogare meum.
Te patiente meæ conflavit imaginis aurum,
Ardenti e noſtro dotem habitura rogo.

Non

J. SCALIGER.

Aut Nomas arcanas) Aut crucietur Lygdamus, aut tollat ſalivas luſtrales & incantamenta ſaga illa, quam Lygdamus conſulit. Nam quare conſulit, ſi hoc non eſt inſidiari capiti, & vitæ meæ?

Dicet damnatas) Ita liber noſter. Sed legendum, *Ducet*. ducere hic eſt filatim liquefacere: ut fit in pingui, quod igne remittitur. Hiſpanice *Pringar*, genus tormenti ex lardo igne liquefacto, & in terga mancipiorum ſtillante: dignum nō miſeris mancipiis, ſed ipſis ſemimauris carnificibus ſupplicium. Sane, inquit, teſta ignea impoſita liquatim igne tabefactæ manus ſtillabunt, niſi arcanum prodiderit. Hæc eſt, ni fallor, vera horum verſuum & ſedes, & explicatio: qui antea & alieno loco poſiti, & obſcuri erant.

Cyclade verrit humum) Virgil. *croceo velamen acanto*. Servius: *Cyclade*.

Et graviora rependit iniquis quaſillis) quia æqua penſa rependebantur heræ, niſi quum ob culpam aliquam iniquiora exigebantur. Ovidius:

Æquaque formoſæ penſa rependis heræ.

Gloſſæ: *σταθμὰ τὰ διδόμενα ταῖς γυναιξὶν, Penſa.*

Codicis immundi) Et illa eodem modo damnata eſt apud Juvenalem.

Horrida quale facit reſidens in codice pellex

Per nomen quoniam eſt auſa) Ab hoc pentametro ſequuntur duo diſticha ordine: LYGDAMUS URATUR.

Ardent e noſtro) Lege; *Ardeat*.

VARIORUM.

Garrula de facie ſi qua locuta mea eſt.] Hinc *Quaſillaria*. hoc eſt, genus ancillularum omnium ſpurciſſimum ſimul ac deſpicatiſſimum: quas *robuſtum* ad *codicem* detruſas, inibique herilibus penſis in perpetuum damnatas, interpretabamur ex Plauto, Tibullo, Propertio, Ovidio, Juvenali denique. Unde & *Codicariarum* nomine inſignitæ olim. *Douſa P.*

Codicis immundi vincula ſenſit anus.] Codicem a robore diverſum eſſe cenſeo: cum ſit ligneus ſtipes, quem alligati ſervi, qui deliquerant, trahebant, cuique inſidebant vincti, qui hodie apud nos appendi ſolet ſimiis. *Turneb.*

Una

Non tamen inſector, quamvis mereare, Properti.
  Longa mea in libris regna fuere tuis.
Juro ego fatorum nulli revocabile carmen,
  Tergeminuſque canis ſic mihi molle ſonet,
Me ſervaſſe fidem. ſi fallo, vipera noſtris
  Sibilet in tumulis, & ſuper oſſa cubet.
Nam gemina eſt ſedes turpem ſortita per amnem:
  Turbaque diverſa remigat omnis aqua.
Una Clytemneſtræ ſtuprum vehit, altera Creſſæ
  Portat mentitæ lignea noſtra bovis.
Ecce coronato pars altera vecta phaſelo,
  Mulcet ubi Elyſias aura beata roſas:
Qua numeroſa fides quaque æra rotunda Cybebes,
  Mitratiſque ſonant Lydia plectra choris:
Andromedeque & Hypermeſtre ſine fraude maritæ,
  Narrant hiſtoriæ pectora nota ſuæ.

Hæc

J. SCALIGER.

Una Clytemnaſtra ſtuprum vehit) *Clytemnaſtra ſtuprum* περιφραστικῶς, Clytemnæſtra impudica. ſic ſcelus Polymneſtoris, error Herculis, & talia multa Propertiana.

Vecta Phaſelo) Noſter *parta* phaſelo, quod non intelligo.

Quaque errat turba Cybelles) Corruptum ex ſcriptura, *Quaque æra rutunda Cybelles.* Rotundum pro rotundo veteres.

Narrant hiſtoriæ pectora) Noſter, *corpora*. Ita repone.

VARIORUM.

Juro ego &c.) Scribendum.

Iuro ego fatorum nulli revolubile ſtamen
Tergeminumque canem; ſic mihi molle ſonet.

N. Heinſius ad Ovid. Metam. lib. 1. verſ. 654.

Narrant hiſtoriæ pectora nota ſuæ.) *Pignora* puto reſcribendum, ut idem extrema Eleg. Corneliæ ad Paulum:

Quid mihi conjugium Pauli, quid currus avorum
Profuit, aut famæ pignora tanta meæ.

Pudicæ, inquit Poëta, illæ conjuges narrant nota pignora ſuæ hiſtoriæ, i. e. quæ ſibi ſuiſque acciderint. Scaliger *corpora* pro ac de Vet. libro. At aliud eſt *corpus hiſtoriæ*, ut Ciceroni dicitur *corpus orationis ac defenſionis.* Paſſeratius ad Hypallagen hic confugit: Narrant hiſtoriam notam pectoribus ſuis h. e. ſibi. Sed quid erat neceſſe? ſic enim lib. 3. clare Eleg: 22. idem canit:

Famam, Roma, tuæ non pudet hiſtoriæ.
h. e. rerum a te geſtarum.
Scottus Obſerv. l. 2. c. 57.

Hæc

Hæc ſua maternis queritur livere catenis
  Brachia, nec meritas frigida ſaxa manus.
Narrat Hypermeſtre magnum auſas eſſe ſorores:
  In ſcelus hoc animum non valuiſſe ſuum.
Sic mortis lacrymis vitæ ſanamus amores.
  Celo ego perfidiæ crimina multa tuæ.
Sed tibi nunc mandata damus: ſi forte moveris,
  Si te non totum Chloridos herba tenet.
Nutrix in tremulis nequid deſideret annis
  Parthenie: patuit, nec tibi avara fuit.
Deliciæque meæ Latris, cui nomen ab uſu eſt.
  Ne ſpeculum dominæ porrigat illa novæ:
Et quoſcunque meo feciſti nomine verſus,
  Ure mihi. laudes deſine habere meas.

Pelle

J. SCALIGER.

Hæc ſumma æternis.) Mallem ; *Hæc ſua maternis.*

Narrat Hypermneſtre) Vitioſa interpunctio ſententiæ bonæ injuriam facit. Nam ita potius:

Narrat Hypermneſtra magnum auſas eſſe ſorores.
In ſcelus hoc animum non valuiſſe ſuum.

Parthenie patuit) Ita interpunge:

Nutrix in tremulis nequid deſiderit annis
Parthenie patuit, nec tibi avara fuit.

Delitiaque mea latris) Et in veteribus inſcriptionibus ſervi, & ancillulæ dicuntur DELICIUM. Eas, ni fallor abras vocabant Attici. Juvenalis Abram intelligit.

— & flavam, quæ fert mandata puellam.

Fortaſſe *Faveam*. In Gloſſis, *Favea.* παιδίσκη. *Faveus.* παῖς. Plautus Milite: *Quaſique hunc anulum Favia ſua dederit, ea porro mihi.* ex veſtigiis ſcriptæ lectionis ita emendamus ; quod ſine dubio rectum eſt.

VARIORUM.

Hæc ſumma æternis.) Lipſius de Vet. libro Antiq. Lect. l. 2. cap. 20. reponebat. *Hæc ſua maternis.* Sed mihi non probat. Nimis enim durum eſt profecto *materna* dicere *catenas* pro *matri debitas*. At mea ſententia *ſumma brachia* eleganter vocat, quaſi extrema, qua in manum deſinunt. Et certe ſequenti verſu quaſi ſe ipſe explicans, *manus* appellat, quæ *ſumma brachia* vocarat. *Scottus ibid.*

Et quoſcunque meo feciſti nomine verſus, Vre mihi) Obteſtatur Cynthiæ umbra amatorem, ut rogalibus ignibus det omnes amatorios de ſe ſcriptos verſus tanquam hoc quoque ad ſuos placandos manes pertineret. Nec enim Cynthiam mortuam laudes ſuas omnino ſupprimi voluiſſe, ac famæ ſuæ ſuperſtiri ex carmine tanti poëtæ invaleſcenti invidiſſe exiſtimandum eſt: ſed potius ideo iſta encomia verſibus ſibi ſacrata uri ſecum voluit, quia erant gratiſſima; reſpiciens proculdubio ad morem illum quo quicquid precioſum habebant veteres, aut quæ cara fuiſſe vivis non ignorabant, ea omnia ſoliti erant conjicere in rogum ejus, quem honore ibant affectum. *Kirchmanus.*

Cito

Pelle ederam tumulo, mihi quæ pugnante corymbo
 Mollia contortis alligat oſſa comis.
Ramoſis Anio qua pomifer incubat arvis,
 Et nunquam Herculeo numine pallet ebur,
Hoc carmen media dignum me ſcribe columna,
 Sed bene quod currens vector ab urbe legat.
Hic Tiburtina jacet aurea Cynthia terra:
 Acceſſit ripæ laus Aniene tuæ.
Nec tu ſperne piis venientia ſomnia portis.
 Cum pia venerunt ſomnia pondus habent.
Nocte vagæ ferimur; nox clauſas liberat umbras,
 Errat & abjecta Cerberus ipſe ſera.
Luce jubent leges Lethea ad ſtagna reverti:
 Nos vehimur, vectum nauta recenſet onus.
Nunc te poſſideant aliæ: mox ſola tenebo:
 Mecum eris, & miſtis oſſibus oſſa teram.
Hæc poſtquam querula mecum ſub voce peregit,
 Inter complexus excidit umbra meos.

VIII.

Diſce quid Eſquilias hac nocte fugarit aquoſas,
 Cum vicina novis turba cucurrit agris. La-

J. SCALIGER.

Quum vicina meis) Noſter, *Quum vicina novis arva cucurrit agris.* quod putoverũ, modo *aura* pro *arva* legas. hic ſupra;

Publica vicina perſtrepat aura via.

Quum, inquit, aura ſtrepitus verberavit aures viciniæ. novos agros vocat exquilias, quæ eo tempore colebantur ſublato cõmuni ſepulchro plebejorũ. Horatius;

Nunc licet exquiliis habitare ſalubribus.

Mæcenas etiam ibi conceſſis ab Auguſto aliquot jugeribus cepit hortos colere qui ab eo Mæcenatiani dicti fuerunt.

VARIORUM.

Citus hac propone columna.) Supra de hoc ritu. In ſepulcris columellæ conſtructionem operis ſuſtinebant. Cic. 11. de LL. *Ne columnam quis in ſepulcro violet, dejiciat, frangat.* Ibid. *Columellam ſuper terræ tumulum in ſepulcris ſtatui.* Et v. Tuſcul. de ſepulcro Archimedis: *Animadverti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat ſphara & figura cylindri.* Vide Proverbium, *Odium novercale*, ubi Epigramma Callimachi citatur in privignum columellam novercæ coronantem, quem illapſa ea contriverit. *Paſſerat.*

Quæ vulgo diſtinguuntur octava & nona, elegia ſunt una, nequaquam ſeparanda. Et ineptiſſima inſcriptio eſt. *De Cynthia & Dracone.* Nihil enim Cynthiæ cum Dracone fuit: Sed hiſtoria hujus per occaſionem, mentione Lanuvii inlata, inſeritur, Gronovius Obſerv. lib. 3. cap. 17.

La-

Lanuvium annoſi vetus eſt tutela draconis,
Hic ubi Tartareæ non perit hora moræ,
Qua ſacer abripitur cæco deſcenſus hiatu,
Qua penetrat virgo, tale iter omne cave:
Jejuni ſerpentis honos cum pabula poſcit
Annua, & ex ima ſibila torquet humo.
Talia demiſſæ pallent ad ſacra puellæ,
Cum temere anguineo creditur ore manus.
Ille ſibi admotas a virgine corripit eſcas.
Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt.
Si fuerint caſtæ, redeunt in colla parentum;
Clamantque agricolæ, fertilis annus erit;

J. SCALIGER.

Lanuvium annoſi) Verba Plutarchi, quæ nos olim in hunc locum annotaveramus adducerem, niſi hoc jam a Turnebo factum viderem. Sed & Ælianus diſertiſſime hoc perſequitur lib. de animalib. XI. cap. XVI. Poſt alia: συνεχὲς ἐν τῷ Λαυινίῳ ἄλσος τετίμηται μέγα καὶ δασὺ, καὶ ἔχει πλησίον νεὼν Ἥρας Ἀργολίδος· ἐν δὲ τῷ ἄλσει φωλεός ἐστι μέγας καὶ βαθὺς, καὶ ἔστι κοίτη δράκοντος. Vide reliqua Ubi vides Lavinium manifeſto vocari, quod hic Lanuvium. Neque enim, quod etiam quidam docti Itali pertendunt, diverſa ſunt Lavinium & Lanuvium, neque cauſſa eſt quod locum quendam Strabonis ad hoc advocent, quum is locus nihil eos juvet. Et joculare eſt eorum commentum.

Vetus eſt tutela draconis) Junoni Lanuninæ ſacer Draco ille, de quo hic & apud Ælianum agitur In nummis L. PROCII Juno Soſpita; quæ erat tutela Lanuvii, cuſa eſt Draconem hunc calcans.

Cæco deſcenſus hiatu) Φωλεὸν vocat Ælianus, item κοίτην.

Qua penetrat virgo) Ita & noſter ſed inepte. lego:

Qua penetral. (virgo tale iter omne cave.)

Jejuni ſerpentis honor) παρθένοι τε ἱεραὶ νενομισμέναις ἡμέραις παρίασιν εἰς τὸ ἄλσος ἐν ταῖν χεροῖν φέρουσαι μᾶζαν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς πλασμᾶσι καταλημμέναι. ἄγει δ' αὐτὰς εὐθυωρὸν ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ δράκοντος πνεῦμα θεῖον, καὶ ἀπταίστως προσάγει βάδην καὶ ἡσυχῇ ὥσπερ οὖν ἀκαλύπτοις ὁρῶσαι τοῖς ὀφθαλμοῖς.

Quum temere anguineo) Repone ex fide ſcripti libri: *Quum tenera. Tenera*, hoc eſt puellaris. In monobiblo:

Ne teneras adſidua colla graventur aqua.

Tenera colla, puellaria κυρίως poëtice.

Virginis in palmis) Virginis κανηφόρου.

Si Fuerint caſtæ) Perſequitur Ælianus καὶ ἐὰν μὲν παρθένοι ὦσι, προσίεται τὰς τροφὰς ἁγνὰς ὁ δράκων καὶ πρεπούσας ζώῳ θεοφιλεῖ· εἰ δὲ μὴ, ἄπαστος μένει, ὡς προειδὼς αὐτοῦ τὴν φθορὰν, καὶ μεμαθηκώς. μύρμηκες δὲ τὴν μᾶζαν τὴν τῆς διαφθαρείσης εἰς μικρὰ καταθρύψαντες, ὡς ἂν εὔφορα αὐτοῖς εἴη, εἶτα ἐκφέρουσιν ἔξω τοῦ ἄλσους, καθαίροντες τὸν τόπον. Γνωρίζεται δ' ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων τὸ πραχθὲν, καὶ αἱ παρελθοῦσαι ἐλέγχονται, καὶ ἥγε τὴν παρθενίαν αἰσχύνασα ταῖς ἐκ τοῦ νόμου κολάζεται τιμωρίαις.

Huc mea detonſis avecta eſt Cynthia mannis,
Cauſſa fuit Juno, ſed mage cauſſa Venus.
Appia dic quæſo quantum te teſte triumphum
Egerit, effuſis per tua ſaxa rotis!
Turpis in arcana ſonuit cum rixa taberna,
Si ſine me, famæ non ſine labe meæ.
Spectaclum ipſa ſedens primo temone pependit.
Auſa per impuros fræna movere locos.
Serica nam taceo volſi carpenta nepotis,
Atque armillatos, colla Moloſſa, canes;

Qui

raram dicit, quod raro hoc ſpectaculum videre licuerit. Lanuvii autem Draco colebatur, ut in parallelis ſcribit Plut. *Turneb.*

J. SCALIGER.

Huc mea detonſis devecta eſt Cynthia mannis) Ita recte Beroaldus ex veteri lectione, *ab annis.* ſed mirum detonſos dicere, quos Ovidius jubatos facit.

Parvaque comprimunt rapientibus eſſeda mannis
Ipſa per admiſſas concute lora jubas.

Alibi de mannis:

Frenaque in effuſa laxa jacere juba.

Gloſſæ, *Mannis* βρείχοις. Ita etiam Acro in Horatii Epodum. In Panegyrico in Conſtantinum: *Cui digredienti ad annulos ſederas.* Lege: *mannulos dederas.*

Sed mage cauſſa Venus) Nam tam Veneris quam Junonis ibi celeberrimum templum. Strabo 5. λανουΐνιον ἔχον ἱερὸν τῆς Λανουΐνης Ἀφροδίτης.

Appia) Lanuvium ad partes viæ Appiæ, ut hic vides. Et Lavinium quoque ad Appiam erat, auctore Strabone. Ergo Lavinium & Lanuvium idem.

Serica nam taceo) Has nugas excogitavit Beroaldus; atque illi commentum placet. Vetus lectio: *Siriga. nam rapto.* vel *capio.* Lego: *Striga. nam capto.* μιμητικῶς ex perſona Cynthiæ. Cynthia, inquit, primo temone ſedens dixit aurigæ, Striga. nam ea re huc veni ut volſi nepotis carpenta rapiam, & armillatos canes. Strigare quid eſſet, ſatis alibi in Parodiam Virgilii diximus. Strigare equi dicuntur quum interquieſcunt: a ſtriga loco, ubi hoc ſolent facere in exercitu. auctor Chariſius. Gloſſæ falſo legunt *Triga. Triga*, τόπος, ὅπου ἵπποι γυμνάζονται. Contrarium eſt Reſtrigare. Seneca Epiſtola quarta. *Surge, & reſtriga, at clivum iſtum uno, ſi potes, ſpiritu exupera.* Hodie male in Senecæ libris, *Surge, & inſpira.*

Volſi carpenta nepotis) Volſum, ἀνδραποκιστομένον intelligo: nepotem, ἄσωτον. Seneca declamationum libro primo. *in iſtis volſis atque expolitis, & nuſquam niſi in libidine viris. volſis* πεπιλωμένοις. idem apud Juvenalem, *reſinata juventus.* Ælianus: Φασὶ δὲ αὐτοὺς τούτους παρθενῶνοι τε καὶ τυῤῥηνοὶ σοφισταὶ καλῶν δαιδάλων, ἐκεῖνο αἰνιξάμενοι τε καὶ πειρώμενοι, τὴν πίτταν εἰς ἐξ ἀνδρῶν εἰς γυναῖκας ἀποκρίνειν. Ita legi debet locus ille apud Ælianum.

Qui

Qui dabit immundæ venalia farta ſaginæ,
Vincet ubi eraſas barba pudenda genas.

IX.

CUm fieret noſtro toties injuria lecto,
Mutato volui caſtra movere toro.
Phyllis Aventinæ quædam eſt vicina Dianæ,
Sobria grata parum; cum bibit omne decet.
Altera Tarpejos eſt inter Teïa lucos,
Candida, ſed potæ non ſatis unus erit.
His ego conſtitui noctem lenire vocatis,
Et Venere ignota furta novare mea.
Unus erat tribus in ſecreta lectulus herba.
Quæris concubitus? inter utramque fui.

Lygda-

J. SCALIGER.

Qui dabit immunda) Qui ſe autorabit ludo gladiatorio. Firmicus. *Qui ſe ob aliena gratia voluntatem nundinati ſanguinis jactura ad mortis ſpectaculum vendant.* Tatianus: ἑαυτοὺς εἰς τὸ φονευθῆναι πιπράσκουσι.

Mutato volui) Scriptura *Mulctato.* & recte, dixit enim injuriam lecto factam.

Unus erat tribus in ſecreta lectulus herba) Nulla herba erat, ſed proverbialiter dictum. Supra:

Si te non totum Chloridos herba tenet.

VARIORUM

Unica eſt Elegia, ut manifeſto oſtendit ultimum Diſtichon, quo ſe dicit offenſum jam crebra Cynthiæ injuria ac contemptu amorem tranſtuliſſe, quæ ſequentibus verbis declarat. *Livinejus.*

Qui dabit immunda venalia furta ſaginæ.) Quod Propertius ait, eum immundæ ſaginæ fata venalia daturum, ubi eraſas ejus genas vicerit barba pudenda, hunc ſenſum habet: ubi glaber eſſe vulſuſque non poterit, nec in eradendo pudendam ejus barbam novacula ſuperarit, nec proinde mulieribus amabilis fuerit, operam arenæ locare cogetur, & in familia gladiatoria merere, ut habeat unde ſe turpiſſimo genere vivendi faginet. Prudent lib. II. contra Symmachum -- *& vulnera vendita paſtu ſpectatura oculis*: Turnebus.

Aventina vicina Diana) Aventinenſis Diana dicitur Feſto in *Neſi*, pro Sine; & in Servorum, ubi a Servio Tullio dicatam ait ædem eam fuiſſe Dionyſ lib. III. ſtructam ait ab Anco Marcio. At idem lib. IV. a Servio Tullio. Varro. lib. IV. de LL. *Alii ab adventu hominum* (dictum Aventinum putant) *quod commune Latinorum ibi Diana templum ſit conſtitutum.* Vide Livium lib. I & P. Victorium in XIII. Regione urbis. *Paſſerat.*

Lygdamus ad cyathos, vitrique æſtiva ſuppellex,
Et Methymnæi Graja ſaliva meri.
Nile tuus tibicen erat crotaliſtria Phyllis,
Et facilis ſpargi munda ſine arte roſa.

Nanus

J. SCALIGER.

Vtrique æſtiva ſupellex) Lege: *vitrique*. Carmen in menſes anni, quod legitur ſecundo Catalectorum noſtrorum:

Fontanos latices, & lucida pocula vitro
Cerne ut demerſo torridus ore bibat.

Loquitur de Auguſto menſe. De eodem in alio carmine:

Auguſtum penitus torret Phaëthontius ardor,
Quem recreat feſſum gello, facilla, melo,

Gello eſt vas vitreum, βαυκάλιον Græci vocant. Iſidorus in Gloſſis; *Gellonem, baucalem*. & alibi. *Baucalem, gellonem*.

Et Methymnæi grata ſaliva) In noſtro, *Græca*. recte: intelligitur enim οἶνος θαλασσίτης, quod Celſo dicitur vinum ſalſum Græcum, libro tertio, capite ſexto. item capite ſeptimo & decimo. Puto Beroaldum hoc primum mutaſſe, ut ille fuit vir quidem nulliusjudicii, ſed lectionis multæ.

Nile tuus tibicen erat) Ait ſe medium inter Tejam, & Phyllida collocaſſe. Cur igitur hic facit crotaliſtriam Phyllida? Sed ne nugis lectoris animum occupem, legendum:

Niletes tibicen erat, crotaliſtria Philis.

Hoc eſt, Ægyptius erat & Niligena tibicen, ſed crotaliſtria Memphitica, aut Syenetica. Nam Philæ inſula ad Syenem. Seneca Quæſtionum libro quarto: *Philæ inſula eſt aſpera, & undique prærupta. Duobus in unum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & nomen ferunt. Vrbs eam totam complectitur. Hanc Nilus magnus magis, quam violentus egreſſus Æthiopiam, arenaſque per quas iter ad commerica Indici maris eſt, prælabitur*. Et quæ ſequuntur. ſed vide Strabonem, qui hæc fuſius tractat. Jam Ægyptii choraulæ, & crotaliſtriæ in precio erant. Petronius:

Memphitides puellæ
Sacris Deum paratæ,
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.
Anus recocta vino
Trementibus labellis.

Nam & puer manu loquaci, eſt χειρονομῶν χορεύλης. & anus recocta vino eſt crotaliſtria. Sed idem prope eſt in epigrammate:

ἐξακριβωσαμένη τῷ πήχει χειρονομοῦντα,

Item,

ἡ κεροτύλοις ὀρχηστῆς δεξιὸν &c.

Et quid crumata eſſent, & quid ſcabilli, alibi docemus.

Nile tuus] Ineptiſſime. ſcripſimus *Niletes*. νειλείτης. niſi malis *Nilotes*, νειλώτης.

Coraliſtria) Vix ephebis egreſſi legebamus, *crotaliſtria*; tamen Turnebus videtur ſibi de Annibale victo triumphare, quum rem tritiſſimam, & puero facillimam vendirat.

Phyllis) *Philis* ſcripſimus, Φίληθεν. *Crotaliſtria Philis*, ut Hoſpes Zacyntho.

VARIORUM.

Methymnæi meri.) Lesbium vinum ſignificat. *Methymna*, inquit Servius in lib. II Georg. *civitas Lesbi habens pretioſiſſimum vinum*. Plin. lib. v. cap, XXXI.

Nanus

Nanus & ipſe ſuos breviter concretus in artus
Jactabat truncas ad cava buxa manus.
Sed neque ſuppletis conſtabat flamma lucernis,
Decidit inque ſuos menſa ſupina pedes.
Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos,
Semper damnoſi ſubſiluere canes.
Cantabant ſurdo, nudabant pectora cæco:
Lanuvii ad portas heu mihi ſolus eram:

J. SCALIGER.

Nanus & ipſe) Nanus choraules ſcilicet. Romæ in hortis Mediceis extat ſignum nani cum hac epigraphe:

Θ K.

ΜΥΡΙΠΝΩΙ. ΝΑΝΩΙ ΧΟΡΑΥΛΗΙ.

Ubi *μυρίπνους νᾶνος χοραύλης*, ut hic Propertianus quoque nanus eſt Choraules. Eſt autem choraules. qui digitis chironomus & pedib. geſtiens voce tibiarum & fiſtularum ſonum imitatur, ut in Mauritania adhuc pueri & Thymelicæ mulieres. Sidonius:

Date ravulos choraulas,
Quibus antra per palati
Crepulis reflanda buccis
Gemit aura tibialis.

Breviter concretus) Noſter, CURVATUS, non CONCRETUS. In hoc verbo *curvatus* latebat priſcus mos peſſimi mangonii, quum pueros cogerent non creſcere. Dionyſius Longinus περὶ ὕψους. ὥσπερ οὖν ἀκούω τὰ γλωττοκομεῖα, ἐν οἷς οἱ πυγμαῖοι καλούμενοι νᾶνοι τρέφονται, οὐ μόνον κωλύει τοὺς ἐγκεκλεισμένων, ἀλλὰ καὶ συνάγει διὰ τὸν περικείμενον τοῖς σώμασι δεσμόν.

Jactabat truncas ad cava buxa manus) Cava buxa, ſunt ſcabilli vel tibia. Statius libro ſeptimo Thebaidos -- *& ad inſpirata rotari Buxa* -- Ibi vetus interpres: *Buxa tibia, vel ſcabillum, quod in ſacris tibicines pede ſonare conſueverunt.* Si igitur pro ſcabillo accipiamus, referendum ad crotaliſtriam, quæ ſcabillis crumata ciet, ſcabilli autem, aut teſtarum aut lapidum crepitus. Pindarus *μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων, ἐν δὲ κεχλαδὼν κρόταλα.*

Sed neque ſuppletis) Eadem narratio de eadem re apud Petronium: *Lucerna quoque humore defecta tenue, & extremum lumen ſpargebant.*

Lanuvii ad portas) Non eſt quod doctiſſimo Turnebo aſſentiamur, qui obſcœnitatem hic vaticinatur. Nam Lanuvium ſine ulla figura eſt oppidum Laurentum. ut ſupra diſputatum, aliter Lavinium. Lavinum τρισυλλάβως dixit Silius libro VIII.

Quos celſo devexa jugo Junonia ſedes
Lavinum --

Et Juvenalis:

Atque novercali ſedes prælata Lavino.

populus in veteribus marmoribus dicuntur Laurentes Lavinates. Ovidius itaque Lanuvium cum Laurentibus conjungit.

Et populus Laurens Lanuviumq; meum.

VARIORUM.

Lanuvii ad portas hei mihi ſolus eram.) Significat poëta ſe inter ſubblandientes meretriculas jacuiſſe ita, ut Veneria obire nuſquam valuerit, quamvis ſcortilla cantillarent, quamvis ad prolectandam concubitus apperentiam, & libidinis pruritum papillas retegerent, quamvis & ipſe inſcenderet, ac jam mutonem & coleos genitalibus admoveret, quæ poëta feſtive *portas* dixit: nihilominus potuiſſe nihil, & jacuiſſe perinde ac ſolum. Nam muliebria

Cum ſubito rauci ſonuerunt cardine poſtes,
  Et levia ad primos murmura facta lares.
Nec mora cum totas reſupinat Cynthia valvas
  Non operoſa comis, ſed furibunda decens.
Pocula mi digitos inter cecidere remiſſos;
  Palluerunt ipſo labra ſoluta mero.
Fulminat illa oculis, & quantum femina, ſævit:
  Spectaclum capta nec minus urbe fuit.
Phyllidos iratos in vultum conjicit ungues:
  Territa vicinas Teïa clamat aquas,
Lumina ſopitos turbant elata Quirites,
  Omnis & inſana ſemita nocte ſonat.
Illas direptiſque comis tuniciſque ſolutis
  Excidit obſcuræ prima taberna viæ.

naturalia, nunc *portam*, nunc hoſtium dici indicant pleraque: quando veteribus traditum ſapientibus eſt, *Portam ingredi nefas, qua exieris*.. Et Terentjanus ille adoleſcens, peſſulum oſtio obdidit, non fores occludens, ſed quod acute ſolertioribus excogitatum eſt, genitalibus immiſſum mutonem præmonſtrans: quoniam ſunt medicis peſſi, auctore Celſo, qui fœminarum naturalibus ſubjiciuntur, ſive lana, ſive aliud quidvis teres ſit, digiti forma, quo medicamenta (ut Paulus inquit) contineantur. *Rhodiginus.*

Lanuvii ad portas.) i.e. nihil aliud quam Lanuvii portas. i. e. Cynthiam meam Lanuvium profectam cogitabam. *Douſa P.* Cum Propertius faſtum paſſus & alios præferri videns mutare dominam & abdicare Cynthiæ amores, ipſa alio digreſſa, conſtituiſſet, Theia & Phyllide vocatis, animum lenire voluit. Quod tamen negotium ei nequiter expetivit. Nam & mala omina ſubinde intervenientia hilaritatem convivii confuderunt, & quidquid illæ ad libidinem ſuſcitandam deliciarum facerent, Propertii animus violentæ medicinæ non opportunus & quaſi externatus, ſolus Cynthiam uſque Lanuvii portas proſequebatur. hoc eſt.

Lanuvii ad portas, hei mihi, ſolus eram. ſenſus communis amantium. Epiſtola Leandri.

Et quo poſſum corpore, mente feror. Fallitur Scaliger cum Lanuvium putat eſſe Laurentum, quorum hoc in littore prope Oſtiam, illud remotum a mari ſecundum viam Appiam habitabatur. Gronovius Obſerv. lib. 3. cap. 17.

J. SCALIGER.

In vultum conjicit ungues) Fortaſſe *ignes*, propter id, quod ſequitur. Supra:

Tu minitare oculos ſubjecta exurere flamma.

Cynthia in exuviis gaudet victrixque recurrit,
Et mea perverſa ſauciat ora manu,
Imponitque notam collo, morſuque cruentat,
Præcipueque oculos, qui meruere, ferit.
Atque ubi jam noſtris laſſavit brachia plagis,
Lygdamus ad plutei fulcra ſiniſtra jacens
Exuitur, geniumque meum proſtratus adorat.
Lygdame nil potui, tecum ego captus eram.
Supplicibus palmis tum demum ad fœdera veni,
Cum vix tangendos præbuit illa pedes,
Atque ait: admiſſæ ſi vis me ignoſcere culpæ,
Accipe quæ noſtræ formula legis erit.
Tu neque Pompeja ſpatiabere cultus in umbra,
Nec cum laſcivum ſternet arena forum.
Colla cave inflectas ad ſummum obliqua theatrum,
Aut lectica tuæ ſudet aperta moræ.

VARIORUM.

Laſcivum ſternet arena forum) Salvianus Maſſil. lib. VI. *Colitur Venus in theatris, Mars in arenis.* Amphiteatri cavum perſpergere ſoliti erant arena; ne lubrica fieret ſanguine. Propert. h. l. Ea enim ætate ludi gladiatorii in foro. Ovid. Eleg. XIV. lib. II. Am. *Sternetur pugna triſtis arena tua.* Eaque de cauſſa pueri, amphitheatri arenam raſtris ſoliti renovare. Mart. Ep. LXXV lib. II. Quo loco & humum ſanguineam vocavit. *Th. Marcilius.* Vide Lipſii Amphit. cap. III.

Colla cave inflectas ad ſummum obliqua theatrum.) Lipſius in Amphitheatro cap. XIV. in fine adfert e Seneca de Tranquillitate vitæ: *Verba ad ſummam caveam ſpectantia,* pro vilia & minutæ plebis; & fœminas inde ſpectaſſe ex hoc loco probat, & ita legit ac interpungit.

Tu neq; Pompeja ſpatiabere cultus in umbra,
Et cum laſcivum ſternet arena forum
Colla cave inflectas ad ſummum obliqua theatrum.

Suet. in Aug cap. XLIV. *Fœminis gladiatores quidem, quos promiſcue ſpectare ſolenne olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſſit.*

Colla cave inflectas.) Hinc patet Romanas olim mulieres e ſumma cavea ludos ſpectare ſolitas, ad quas ſi quis virilis notæ in inferiore theatri parte, oculos adjectaret neceſſario illi caput obliquandum ac cervice retroflexa reſpectandum erat. Hoc ergo eſt quod Cynthia Propertium facere vetat, ob Zelotypiam, qua illa laborabat, vel certe laborare perbelle nimium apud credulas aures aſſimulabat ſeſe; quo magis etiam amatorem in caſſes porro pertraheret ſuos Quod vitium in Corinna item ſua ab Ovidio curioſe notatum, ubi ait:

Sive ego marmorei reſpexi ſumma theatri,
Elegis e multis unde dolere velis.

Lygdamus in primis, omnis mihi cauſſa querelæ,
  Veneat, & pedibus vincula bina trahat.
Indixit leges. reſpondi ego, legibus utar.
  Riſerat imperio facta ſuperba dato.
Dein quemcunque locum externæ tetigere puellæ,
  Suffocat, & pura limina tergit aqua:
Imperat & totas iterum mutare lacernas,
  Terque meum tetigit ſulfuris igne caput.
Atque ita mutato per ſingula pallia lecto
  Reſpondi; & toto ſolvimus arma toro.

IX.

Amphitryoniades qua tempeſtate juvencos
  Egerat a ſtabulis o Erythea tuis.

Venit

unam nempe e multis aliquam, quæ in ſumma Cavea ſpectabant, quum ipſe interior, ut pote eques, pro dignitate in quatuordecim, h.e non niſi in equeſtribus ſederet. *Douſa P.*

Aut lectica tua ſudet aperta mora.) Lipſ. lib. I. Elect. cap. XIX. de lectica clauſa hunc locum intelligit, & ſic legit;

Nec lectica tua ſit adoperta mora.

Nolo, inquit Cynthia, collum flectas ad ſummam caveam, ubi fœminæ; nolo etiam lectica per viam te moretur clauſa, ne curioſe inſpicias, quæ aut qualis vehatur.

J. SCALIGER.

Sufficit & pura) Noſter, *ſuffocat*. primus Beroaldus *ſuffiit* emendavit. ego veterem ſcripturam retineo. Suffocare ſecunda longa veteres Grammatici deducunt a faucibus: eadem correpta, a foco. Hoc enim notant in ſuis Differentiis. Suffocare ergo. eſt *πυρῶσαι*. Theocritus de eadē re loquens ~ *πυρώσατε δῶμα θείῳ*. - *Suffocate domum ſulfure.*

Reſpondi) Verbo juris utitur. Stipulata enim erat ab eo. Hoc eſt enim, *indixit leges.*

O Erythraa) Lege *O Erythea* ἐρύθεια Veſtigia extant in noſtro libro, *Erithee.* Eſt inſula Geryonis, ut omnes ſciunt. Inde *βοοτρόφος* vocat Dionyſius *περιηγητής*.

VARIORUM.

Reſpondi & toto.) Reponendum videtur.

Et ſponda & toto movimus arma toro.

Nam *reſpondi* hic præter rem eſt, & jam paulo ante præceſſerat. Idem innuit Ovidius alibi, cum ait:

Spondaque laſciva mobilitate tremat.

Sic hunc locum, & multa ſimilia peccata emendat N. Heinſius ad Ovid Heroid. Epiſt. 7. verſ. 5.

Egerat a ſtabulis.) Anaſtrophe, pro abegerat ut lib. III. Eleg. XIII. *Manſiſti ſtabulis mater abacta tuis.* Tacite tanquam abigeum ſive abactorem notat Herculem: Liv. lib. I. *Boves miranda ſpecie Herculem abegiſſe.* Feſtus, *in Potitium: Potitium & Pinarium Hercules, cum ad aram, qua hodieque maxima appellatur, decimam boum, quos a Geryone abductos abigebat, Argos in patriam profanaſſet, genus ſacrificii edocuit.*

Fur-

Venit ad invictos pecoroſa Palatia montes,
Et ſtatuit feſſos feſſus & ipſe boves,
Qua Velabra tuo ſtagnabant flumine, quaque
Nauta per urbanas velificabat aquas.
Sed non infido manſerunt hoſpite Caco
Incolumes: furto polluit ille Jovem.
Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro,
Per tria partitos qui dabat ora ſonos.
Hic, ne certa forent manifeſtæ ſigna rapinæ,
Averſos cauda traxit in antra boves.
Nec ſine teſte deo. furem ſonuere juvenci,
Furis & implacidas diruit ira fores.
Mænalio jacuit pulſus tria tempora ramo
Cacus, & Alcides ſic ait, Ite boves,
Herculis ite boves, noſtræ labor ultime clavæ,
Bis mihi quæſitæ, bis mea præda boves,
Arvaque mugitu ſancite boaria longo.
Nobile erit Romæ paſcua noſtra forum.

Dixerat

] SCALIGER.

Furto polluit ille locum] Correctorum flagitium, qui LOCUM pro JOVEM poſuerunt Ita enim ſcriptura noſtra. Jovem ξένιον intellige, cui incenſis odoribus in prunæ batillo ſacra fiebant novorum hoſpitum adventu.

VARIORUM.

Velabra.) Supr. Tibull. lib. II. Eleg. V. pag. 393. Turneb. lib. XX. cap. XXX. Adverſ.

Hoſpite Caco.] Herculem hoſpitio excepit Evander, non Cacus Virg. VIII. Æn. Ovid. I. Livius lib. I. ubi de Caco & ejus furto. Ovid. Faſt.

Hic male defenſus flămis, & dote paterna.
Cacus Aventinum ſanguine tinxit humum.

Serv. in VIII. Æn. *Servus*, inquit, *Evandri* κακὸς *& malus fuit, unde Kάκος dictus mutato accentu.* Legendus de eo & Dionyſ. lib. I. Fulgent *Paſſerat.*

Mænalio jacuit, &c.) Apollod. lib. I. ubi recenſet arma Herculis. *Clavam ipſe ſibi excidit ex Nemea. ſylva.* At Nemea eſt Achajæ, non Arcadiæ, ut Mænalus. Pauſan. Corinth Herculem ait abſcidiſſe clavam ſuam ab oleaſtro, quem ad Saronidem paludem inveniſſet (eſt autem palus Achajæ) & eam actis radicibus regerminaſſe.

Nobile erit Roma paſcua noſtra forum.) Quaſi a boum Herculis mugi·o dictum ſit forum boarium, quod Varro negat. Feſtus: *Boarium forum Romæ dicebatur, quod ibi venderentur boves.* P. victor in XI. regione meminit *Herculis Victoris in foro Boario.*

Ren.

Dixerat, & ſicco torret ſitis ora palato,
  Terraque non ullas fœta miniſtrat aquas.
Sed procul incluſas audit ridere puellas,
  Lucus ab umbroſo fecerat orbe nemus.
Femineæ loca clauſa deæ, fonteſque piandos,
  Impune & nullis ſacra retecta viris.
Devia puniceæ velabant limina vittæ:
  Putris odorato luxerat igne caſa:
Populus & longis ornabat frondibus ædem,
  Multaque cantantes umbra tegebat aves.
Huc ruit in ſiccam congeſto pulvere barbam,
  Et jacit ante fores verba minora deo.
Vos precor o luci ſacro quæ luditis antro,
  Pandite defeſſis hoſpita fana viris.
Fontis egens erro circaque ſonantia lymphis,
  Et cava ſuſcepto flumine palma ſat eſt.
Audiſtis ne aliquem, tergo qui ſuſtulit orbem?
  Ille ego ſum: Alciden terra recepta vocat.
Quis facta Herculeæ non audit fortia clavæ?
  Et nunquam ad natas irrita tela feras?

Atque

J. SCALIGER.

Pandite defeſſis hoſpita veſtra viris) Varie torſerunt hunc locum correctores, neque tamen propterea effecerunt, quod volebant. At vetus lectio: *hoſpita vana*. puto, *hoſpita fana*. Fanum eſt, ubi ara, ut hic.

Circaque ſonantia lymphis) Lege: *Circoque*, aut *circanſque*. quod magis placet. Circare eſt περιοδεύειν. inde circanea avis milvius, quod circando agros oberret. Gloſſæ: *Circat*, & *Circitat* κυκλεύει. *Circito* περινοστῶ. *Circitor*, *Luſtrator*, περιοδευτής. Eo utitur idiotiſmus Hiſpanicus in eadem notione: Italicus & Gallicus paulo detorſiore. Nam *Cercer* illis eſt inveſtigare.

VARIORUM.

Tergo qui ſuſtulit orbem.) Apollod. lib. II. monitum ait a Prometheo Herculem ne ad aurea mala proficiſceretur, ſed Atlantem pro ſe mitteret, ſuſcepto interea Cœli pondere: acceptis ab Atlante malis, ut ei onus redderet, finxit ſe ſpeiram velle tantiſper facere, ut cœlum commodius ferret; atque ita recepto ab Atlante cœlo, diſceſſit.

Acti-

Atque uni Stygias hominum luxiſſe tenebras:
* * *

Quod ſi Junoni ſacrum faceretis amaræ,
  Non clauſiſſet aquas ipſa noverca ſuas.
Sin aliquam vultuſque meus, ſetæque leonis
  Terrent & Libyco ſole peruſta coma;
Idem ego Sidonia feci ſervilia palla
  Officia, & Lyda penſa diurna colo:
Mollis & hirſutum cepit mihi faſcia pectus,
  Et manibus duris apta puella fui.
Talibus Alcides. at talibus alma ſacerdos
  Puniceo canas ſtamine vincta comas.
Parce oculis hoſpes, lucoque abſcede verendo:
  Cede agedum, & tuta limina linque fuga.
Interdicta viris metuenda lege piatur,
  Quæ ſe ſummota vindicat ara caſa.
Magnam Tireſias aſpexit Pallada vates,
  Fortia dum, poſita Gorgone, membra lavat.

Di

J. SCALIGER.

Accipite hac feſſo) Verſus ſuppoſititius, qui infra legitur. Nam hic lacuna relinquenda.

Alma ſacerdos) Quæ vocatur Damiatrix. Vide Feſtum.

VARIORUM.

Apta puella fui.) Inepte legitur. Scribo: *apta tabella fuit.* Fiebant flabella ex tabulis tenuioribus, unde & Tabellæ dictæ. *N. Heinſius ad Ovid.* Artem Amat. l. i. verſ. 163.

Quæ ſe ſummota vindicat ara caſa.) Inconcinne nunc legitur: erat enim occluſum fanum. Lege.

Quæ ſeſe admota vindicat ara fera. N. Heinſius addendis ad Ovid.

Magnam Tireſias aſpexit Pallada vates) Non poſſum non vehementer probare maximi Lipſii, quam nobis per literas indicavit, conjecturam, ſeu mavis oraculum:

Magno Tireſias aſpexit Pallada vates.

Magno, i. e. cum magno ſuo pretio & malo, nempe luminibus ab ea orbatus. Brevis illa, ἐλλειπτικὴ & e puro Latio digniſſima poëtæ noſtro phraſis. *Douſa F.* *Magno* exſtare in v. l. teſtatur *Gebhardus*.

Tireſias.) Hygin. fab. LXXV. narrat ut vir & fœmina, & iterum vir fuerit, ut a Junone cæcatus. & factus augur periciſſimus a Jove, & datum ut ſeptem ætates viveret. Callimachus id a Pallade accepiſſe narrat. Ovidius ergo & alii Latini oculis privatum a Junone ſcribunt, hic noſter ſecutus eſt Callimachum, hymno, qui inſcribitur,

Εἰς

Di tibi dent alios fontes: hæc lympha puellis
Avia ſecreti liminis una fuit.
Sic anus. ille humeris poſtes concuſſit opacos:
Nec tulit iratam janua clauſa ſitim.
At poſtquam exhauſto jam flumine vicerat æſtum,
Ponit vix ſiccis triſtia jura labris,
Angulus hic mundi nunc me mea fata trahentem
Accipit, hæc feſſo vox mihi terra patet.
Maxima quæ gregibus devota eſt ara repertis,
Ara per has, inquit, maxima facta manus,
Hæc nullis unquam pateat veneranda puellis,
Herculis eximii ne ſit inulta ſitis.
Sancte pater ſalve, cui jam favet aſpera Juno,
Sancte velis libro dexter ineſſe meo.

Hunc

Εἰς λῶτρα τῆς παλλάδος: *ſed cave ne* (etiam) *invitus reginam Minervam videas. Qui aſpexerit nudam Minervam tutelarem Deam Argos aſpiciet hoc poſtremum.* Deinde narrat ut e venatione ſitiens ad fontem venerit Tireſias, imprudensque Pallada lavantem aſpexerit. & cæcus ab ea ſit factus, licet ejus mater eſſet Palladi cariſſima. *Paſſerat.*

Maxima quæ gregibus, &c.) Virg. VIII. Æn.

Hanc aram luco ſtatuit (Incertum Hercules an Potitius)
quæ maxima ſemper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima ſemper.

Ubi Servius, *ingens illa ara fuit, ſicut videmus hodieque.* Addit prædictum fuiſſe Herculi ab Apolline, fore ut in Italia Deus coleretur. Livius lib. I. Evandrum inducit ſalvere juventem Herculem & narrantem prædictum a matre Carmenta Deum futurum, aramque illi dicatum iri, quam opulentiſſima gens in terris *Maximam* vocet. Macrob. lib. III. Sat. cap VI ab Hercule Victore *Aram Maximam* fuiſſe narrat, & aperto capite illic ſacrificari, quia conſtituta ſit ante Æneæ in Italiam adventum. Idem cap. XII. ejuſdem libri docet ante urbem conditam ſacrificantes ad aram *Maximam* ſolitos coronari populo, poſtea lauro. Pub. Victor in XI. Reg. urbis: ad ædem Herculis & templum vetus Caſtoris *Aram Maximam* locat. Interpres Juvenalis Sat. VIII. *Magna Ara ad Herculem dicitur Romæ juxta Circum Flaminium.* Ovid. I. Faſt. Dionyſ. lib. I. Legendus Feſtus in *Potitium.* Videndus & Salmaſius in Plin. Exercitat. ad Solinum. pag. 8.

Sancte pater ſalve.) Vana Græcorum antiquitas Herculem Jovis filium eſſe ſibi perſuaſit, & poſteris tradidit. hinc *Fidium, Semonem, Sancumque* noſtri nominarunt, quod ex autoribus atque adeo ex vetuſtiſſimis inſcriptionibus intelligitur. M. Varro de LL. IV. *Fidium* & *Sancum* Herculis eſſe nomina diſerte ſignificat. Et. Feſtus Pompejus *Sancum* agnoſcit, *Propter viam*, inquit, *fit ſacrificium, quod eſt, proficiſcendi gratia Herculi aut Sanco, qui ſcilicet idem eſt Deus: Sancti* cognomen Herculi peculiare

&

Hunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbẽ,
Sic Sanctum Tatii compoſuere Cures.

XI.

NUnc Jovis incipiam cauſſas aperire Feretri,
Armaque de ducibus trina recepta tribus.
Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires.
Non juvat ex facili lecta corona jugo.
Imbuis exemplum primæ tu Romule palmæ
Hujus, & exuviis plenus ab hoſte redis,

Tempore

& proprium non eſt, cum id commune illi cum cæteris omnibus deis ſit. Omnes enim Dei Deæque Sancti, & Sanctæ a veteribus dicebantur, non quod ipſi ipſæve ſanxiſſent: ſed quod Sancti, venerabiles, & Inviolabiles eſſent. Neque id Sabinum eſt verbum, ſed Latinum. Sanctos Deos, Deasque Sanctas in vetuſtis paſſim autoribus legimus, Juppiter Sanctus, Apollo Sanctus dicitur apud Ciceronem. Tiberis Sanctus apud Livium, Terminus Sanctus, & Diana Sancta apud Ovidium. Junonem Sanctam, Cupidinem Sanctam Tibullus. Virgilius Sanctam Palem, Cererem, & Cybelen Sanctas Claudianus dixerunt. referti ſunt hujuſmodi nomine Poëtarum, oratorumque libri. In veteribus etiam monimentis Sanctos & ſanctiſſimos Deos eſt legere.

In Hortis Carp.

SYLVANO
SANCTO.

Romæ in hortis Mediceis;

LIBERO PATRI
SANCT. SACR.

Ad S. Jacob. Incurabil.

APOLLINI
SANCTO
SACRUM.

In Ædibus Delfinorum.

HERCULI SANCTISS.

Et

SANCTISSIMO HERCULI
INVICTO.

Longum eſſet plura perſequi, & conſtare jam puto *Sancti* nomen ad omnes Deos pertinere, idque Latinum eſſe. Quod etiam confirmatur veteri inſcriptione, quæ in Lapide Tibertino inciſa eſt, is autem lapis apud Fulvium Urſinum erat, quo in lapide & proprium Herculis cognomen ab lingua Sabina, & quod cum cæteris deis commune habebat a Latinis legitur.

SANCO. SANCTO
DEO. FIDIO. SACRUM

Vide Caſtalionis obſervationes in Criticos Dec. III. cap. x. Voſſ. De origine & progreſſu Idololat. lib. I. cap. XII. Nic. Heinſ. ad 6. Faſt. verſ. 213.

J. SCALIGER.

Sic ſanctum Tatia compoſuere Cures] Lego *Tatii. Cures* in maſculino, ut Veji.

Romæ

Tempore quo portas Ceninum Acrona petentem
Victor in everſum cuſpide fundis equum.
Acron Herculeus Cenina ductor ab arce
Roma, tuis quondam finibus horror erat.
Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare Quirini,
Ipſe dedit, ſed non ſanguine ſicca ſuo.
Hunc videt ante cavas vibrantem ſpicula turres
Romulus, & votis occupat ante ratis.
Juppiter hæc hodie tibi victima corruet Acron.
Voverat, & ſpolium corruit ille Jovi.
Urbis Virtutiſque parens ſic vincere ſuevit,
Qui tülit aprico frigida caſtra lare.
Idem eques & frenis, idem fuit aptus aratris,
Et galea hirſuta compta lupina juba;
Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.
Præbebant cæſi baltea lenta boves.
Coſſus at inſequitur Vejentis cæde Tolumni,
Vincere cum Vejos poſſe laboris erat:
Nec dum ultra Tiberim belli ſonus; ultima præda
Nomentum, & captæ jugera terna Coræ.

Nunc

J. SCALIGER.

Roma tuis quondam finibus horror erat) In noſtro, HECTOR ERAT. Quod valde placet, tanquam alter Hector metuebatur tibi, ut ille Priamides Græcis.

Auſus ſperare Quirini) *Quirinis*, noſter, *humeris Quirinis*.

Qui tulit aprico) Proverbium. Sic Horatius:

-- *in pace aptavit idonea bello.*

Jugera parva Coræ) Ita noſter. ſed quædam antiquæ editiones habent, *jugera terra*. aliæ *trita*. Suſpicor legendum, *jugera terna*. Intelligit enim exiguum agri modum, qui militi pro virtute aſſignabatur. Juvenalis;

Mox etiam fractus ætate, ac Punica paſſis
Prælia, vel Pyrrhum immanem gelidoſque Moloſſos
Tandem pro multis vix jugera bina dabantur.
Vulneribus --

Et bene hic convenit, *jugera terna*, quia dixit:

ultima præda Nomentum --

VARIORUM.

Coſſus at inſequitur.) vid. Livium lib. IV.

Peſecta

Et Veji veteres & Volſcum regna fuiſtis:
    Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro.
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
    Cantat, & in veſtris oſſibus arva metunt.
Forte ſuper portæ dux Veïus aſtitit arcem.
    Colloquiumque ſuâ fretus ab urbe dedit.
Dumque aries murum cornu pulſabat aheno,
    Vineaque inductum longa tegebat opus,
Coſſus ait, forti melius concurrere campo.
    Nec mora fit, plano ſiſtit uterque gradu.
Di Latias juvere manus deſecta Tolumni
    Cervix, Romanos ſanguine lavit equos.
Claudius a Rheno trajectos arcuit hoſtes
    Belligerans vaſti parma relata ducis

Virdomari

J. SCALIGER.

Deſecta Tolumni cervix) Mirum Ovidium putaſſe Tolumnio cognomen Larti fuiſſe, quum Lar ſit dignitatis nomen. Ait enim in Epigrammatis:

Larte ferox caſo Coſſus opima tulit.

Atqui, ut dixi, *Lar* eſt princeps lingua Hetruſca. Auſonius: *Tertia opima dedit ſpoliatus Aremoricus Lars.* Lars, πρωτοστάτης, προεστώτης. Unde Lares apud Romanos ſunt Dii προεστῶτες familiæ: qui ab eo propterea Præſtites vocabantur, hoc eſt προεστῶτες, προεστηκότες. Adde quod niſi Tolumnius fuiſſet Lar hoc eſt, princeps aut dux, ſpolia de eo non fuiſſent opima. Nam ea ſunt, quæ dux a duce aufert. Fortaſſe non cognomen putavit eſſe Lartem Ovidius, ſed quia apud Hetruſcos ſolos Lar ſignificabat principem, & omnes Hetruſcorum principes dicebantur Lartes, ſatis putavit eo nomine deſignari quem Coſſus interfecit.

Belgicà quum vaſti) Noſter aliam lectionem præfert: *Belligera vaſti* lege *Belligerans* ut ſupra *circans*, pro *circa*. Erroris cauſſa, quod archaicos ſcriptum erat; *belligeras. circas.* ut prægnas, anitnas, antiſtas, ſine N. Interpungendum autem ſic:

Claudius à Reno trajectos arcuit hoſtes
Belligerans. vaſti parma relata ducis
Virdomari:

Ita ſine dubio ſcripſit Propertius.

Parma relicta) Ita noſter. Sed magis placent editiones antiquæ, in quibus eſt RELATA.

VARIORUM.

Claudius) Vide Flor. II. cap. 4. & ibi Freinſhem.

Virdomari, genus hic Rheno jactabat ab ipſo,
Nobilis erectis fundere geſa rotis.
Illi virgatis jaculantis ab agmine braccis
Torquis ab inciſa decidit unca gula.
Nunc ſpolia in templo tria condita cauſſa Feretri,
Omine quod certo dux ferit enſe ducem.
Seu quia victa ſuis humeris hæc arma ferebant,
Hinc Feretri dicta eſt ara ſuperba Jovis.

Deſine

J. SCALIGER.

Virdomari] Virdomarus ad verbum Ξίνιππος. Nam *mar* apud noſtros erat Equus. auctor Pauſanias. Gallorum veterum idioma ſine dubio Teutonicum fuit; Ælianus ποικίλης lib. IX. cap. XVI. ſcribit inter illos priſcos Auſones quendam fuiſſe nomine, Μάρην ἐν Ἰταλίᾳ μὲν ἐμάνθανεν λέγουσιν ἀνθρώπῳ ὅμοια, τὰ χηλόποδα δ' ἵππου, καὶ αὐτὸ δὲ τοὔνομα εἰς τὴν Ἑλλάδα φέρειν ἱππομιγὴς δύναται. Sane ſi μάρης ἱππομιγὴς ſignificat, eodem nomine equum illi Calcæ Aurunci, & Galli vocabant. Huic rei videtur favere quod adhuc Hollandi Equam *Merie* vocant. Et Mariſchalcus, quod fabrum ferrarium ſignificat, qui pedibus equorum ſoleas ſuppingit. Sed refragatur Pauſanias in Phocicis, qui Gallis equum μάρκαν dictum ſcribit, & turmam τριμαρκισίαν. Quod magis confirmatur vetere lingua Alamanorū, qui equum bellatorem MARHCH vocabant, ut eſt in eorum legibus, Titulis LXX. LXXI. Noſter liber non VIRDOMARI, ſed VIRTOMANI. & id quoque Teutonicum. Virtomanus, Ξίνανδρος. *Vairtman.*

Illi virgatis jaculantis ab inguine braccis) Jaculari ab inguine barbarum eſt, at contra Græcum a capite. Euripides Hippolyto: καὶ παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥῖψαι Θεσσαλὸν ὅρπακ' ἐπίλογχον ἔχουσ' ἐν χειρὶ βέλος. Sed in noſtro non *ab inguine.* ſed *ab agmine* legitur. quod profecto longe melius eſt.

Illi) ἀρχαϊκῶς, pro *Illius.*

Virgatis) De virgatis ſagulis Gallorum vide juvenilia conjectanea noſtra. Virgatam tigrem vocat Seneca in Hippolyto. Item Silius libro quinto:

Stat ſonipes, vexatq; ferox humentia frena
Caucaſeā inſtratus virgato corpore tigrim.

Virgatam tigrim vocat, quam Euripides στικτῶν καὶ βαλιῶν. Hic autem Virdomarus virgatis braccis dicitur ut, --
domus ſanie dapibuſque cruentis

Braccis] Propriæ Gallorum braccæ, quas Græci ἀναξυρίδας vocant in Phrygibus, Lydis, & Perſis. Euripides θυλάκους. Jam Romanis ἀναξυρίδας in uſu fuiſſe tempore Licinii imp. habes apud Suidam Αὐξέντιος. Sed & Lampridius ſcribit Alagabalum braccas albas habuiſſe, non coccineas, ut ſolebant reliqui imperatores Quare antiquior uſus bracarum Romanis fuit, quam vulgo perſuaſum.

Omine quod certo dux ferit ante ducem] Hæc lectio non erat in noſtro, ſed, *dux ferit enſe latus.* Quod autem tam anxie quærant Feretrii etymon, cauſæ non eſt: quum certum ſit dictum a feretro pompæ triumphalis. Valer. Flaccus:

Has, precor, exuvias, & opima cadavera noſtro
Linquite, ait, feretro,

Nam

XII.

Deſine Paulle meum lacrymis urgere ſepulcrum,
Panditur ad nullas janua nigra preces.
Cum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant adamante viæ.
Te licet orantem fuſcæ deus audiat aulæ,
Nempe tuas lacrymas littora ſurda bibent
Vota movent ſuperos. ubi portitor æra recepit.
Obſerat umbroſos lurida porta rogos.
Sic mæſtæ cecinere tubæ, cum ſubdita noſtrum
Detraheret lecto fax inimica caput.
Quid mihi conjugium Paulli? quid currus avorum
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ;
Num minus immites habui Cornelia Parcas.
En ſum quod digitis quinque levatur onus.
Damnatæ

J. SCALIGER.

Num minus immites habuit). Malo *habui*. Ita ergo legendum:

Num minus immites habui Cornelia parcas,
Et ſum, quod digitis quinque levatur onus?

Quem locum expreſſit Ovidius epiſtola Canaces:

Quid juvat admotum per avorum nomina cælo
Inter cognatos poſſe referre Jovem?
Num minus infeſtum funebria munera ferrum
Feminea teneo non mea tela manu?

Quis neget Ovidium hunc locum in animo habuiſſe?

VARIORUM.

Sic mæſta) Legor Sat *mæſta*. ita nimirum poſtulante ſententia, qua nil aptius elegantiuſve. *Douſa P*...

Tubæ) Vide lib. II. Eleg. X.

Cornelia.) Scriboniam nupſiſſe duobus Conſularibus, antequam Auguſto nuberet; & ex altero etiam (hujus Corneliæ) fuiſſe ſcribit Suet. in Aug. cap. LXII. Ergo alteri de Conſularibus illi e Corneliorum gente. *Paſſerat.*

Et ſum quod digitis quinque levatur onus.) Muliebre funus manibus ferebatur: quippe eſſe ſupra ſe illum ſexum, ne mortuum quidem volebant, quem ſciebant ſubmitti ſibi debere. Propert. h l. Et obtinuit hic mos etiam ad tempora uſque Majoriani & Anthemii Impp. Teſtis Sidonius, ejus ævi ſcriptor lib. II. Epiſt. VIII. *Cum Libitinam ipſam flentes omnes externi quoque prenſitarent, remorarentur, exoſcularentur, ſacerdotum propinquorumque manibus excepta, perpetuis ſedibus, dormienti ſimilior inlata eſt.* Meurſius.

Damnatæ noctes & vos vada lenta paludes,
 Et quæcunque meos implicat unda pedes,
Immutata licet, tamen huc non noxia veni.
 Det pater hic umbræ mollia jura meæ,
Aut ſiquis poſita judex ſedet Æacus urna,
 In mea ſortita judicet oſſa pila.
Aſſideant fratres. juxta Minoia ſella, &
 Eumenidum intento turba ſevera foro.
Siſyphe mole vaces, taceant Ixionis orbes,
 Fallax Tantaleo corripiare liquor.
Cerberus & nullas hodie petat improbus umbras.
 Et jaceat tacita lapſa catena ſera.
Ipſa loquor pro me. ſi fallo, pœna ſororum
 Infelix humeros urgeat urna meos.
Si cui fama fuit per avita tropæa decori,
 Afra Numantinos regna loquuntur avos.

Altera

J. SCALIGER.

Aſſideant fratres) Cauſſam vult dicere coram judice quæſtionis.

Aſſideant fratres juxta Minoida ſellam) Melius noſter:

Aſſideant fratres: juxta Minoia ſella, & Eumenidum.

Fallax Tantaleo) τανταλιδεὺς, ἀϊδωνιδεὺς, δευκαλιδεὺς, ἡρακλιδεὺς & ſimilia Tarentini. a quibus Romani Tantaleus, Adoneus, &c. Auſonius: *Concedat Cei Muſa Simonidei.* Simonideus, σιμωνιδεὺς.

Ipſa loquor pro me) ἀπολογητικὸς enim λόγος, qui ſequitur.

Si fallo) Mos reorum cauſſam dicentium, qui jurabant ſe nihil mentituros.

Si cui fama fuit) Exordium. Omnes partes orationis hic ſunt.

Fera Numantinos) Conficta lectio ex antiqua, *Atra* At nos, *Afra*. Numantinus excidit Carthaginem. hoc & lippis & tonſoribus notum.

VARIORUM.

Pila.) De pilis in quibus inſcripta nomina judicum Aſcon. in Milon. Cujuſmodi autem hæc pila fuerint quæſivi, nec repperi. Sane tabellis ad eam rem non pilis utebantur Romani. Plut. in Lycurgo pilas exiguas e furfure commemorat, quibus conjectis in vas tanquam ſortitione fabarum admittebatur, vel excludebatur aliquis e conviviis Lacedæmoniorum. *Paſſerat.*

Ixionis orbes.] Supr. Tibull. lib. 1. Eleg. III.

Tantaleo.) Vid. Tibull. lib. 1. Eleg. III.

Sororum.) Danaidum, vid. Tibull. lib. 1. Eleg. III.

Afri-

Altera maternos exæquat turba Libones,
　Et domus eſt titulis utraque fulta ſuis.
Mox ubi jam facibus ceſſit prætexta maritis,
　Vinxit & acceptas altera vitta comas,
Jungor Paulle tuo ſic diſceſſura cubili.
　In lapide hoc uni nupta fuiſſe legar.
Teſtor majorum cineres tibi Roma colendos,
　Sub quorum titulis Africa tonſa jaces.
Et Perſen proavi ſimulantem pectus Achillis,
　Quique tuas proavus fregit Achille domos:
Me neque cenſuræ legem molliſſe, nec ulla
　Labe mea noſtros erubuiſſe focos.
Non fuit exuviis tantis Cornelia damnum.
　Quin & erat magnæ pars imitanda domus,

J. SCALIGER.

Africa tonſa jaces) Eſſet ſimile illi:

ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν.

Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum.

Sed noſter *tanta jaces.* quod dictum θαυμαστικῶς.

Et Perſen proavi) Silius de Philippo, quem vicerunt Romani, patre iſtius Perſæ:

Hic gente egregius, veteriſque ab origine regni
Æacidum ſceptris, proavoque tumebat Achille.

Perſen autem Æolice pro Perſeo. Περσεὺς, Πέρσης: Ὀδυσσεὺς Ὀδύσσης: Ἀχιλλεὺς, Ἀχίλλης. Contra Σιμωνίδης, Σιμωνιδεύς.

Me neque cenſura legem molliſſe) Nihil feciſſe indignum cenſura mariti Paulli. Infra:

Filia tu ſpecimen cenſura nata paterna.

Labe mea noſtros) Lege, *veſtros.* Ita & ſcriptus liber.

Non fuit) Melius liber, *Non erat.*

VARIORUM.

In lapide hoc uni nupta fuiſſe legar.) Univiræ caſtitatis ac pudicitiæ ſuæ argumentum non ſilebant. Mart. Epigr. xxxvi. lib. x in Epitaphio nobilis matronæ.

Et Perſen proavi ſimulantem pectus Achillis.) Silius Italicus de Philippo iſtius Perſæ patre:

Hic gente egregius, veteriſque ab origine regni,
Æacidum ſceptris, proavoque tumebat Achille.

De Perſeo victo & capto a Paullo Æmylio Vid. Livium. tota decade quinta. Plut. in Paulo Æmilio,

Nec mea mutata eſt ætas, ſine crimine tota eſt.
Viximus inſignes inter utramque facem.
Mi natura dedit leges a ſanguine ductas,
Ne poſſim melior judicis eſſe metu.
Quælibet auſteras de me ferat urna tabellas,
Turpior aſſeſſu non erit ulla meo:
Vel tu, quæ tardam moviſti fune Cybellam,
Claudia turritæ rara miniſtra deæ;
Vel cui commiſſos cum Veſta repoſceret ignes,
Exhibuit vivos carbaſus alba focos.
Nec te dulce caput mater Scribonia læſi.
In me mutatum quid niſi fata velis?
Maternis laudor lacrymis, urbiſque querelis,
Defleta & gemitu Cæſaris oſſa mea.

Ille

J. SCALIGER.

Turpior aſſenſu) Quaſi non damnaretur, niſi confeſſa.

Defleta & gemitu) In noſtros *Defenſa* videtur neſcio cujus culpæ ſuſpicione perſtricta fuiſſe Cornelia, quod ex ſequentibus cognoſcitur. Quod, inquit malevoli de me rumoribus differunt, hoc falſum eſſe convicerit unus Cæſar, qui mortem meam deflevit. cujus lacrimæ mihi defenſionis, ac patroni vicem ſunt. Similis locus in Epicedio Druſi:

Denique laudari ſacrato Cæſaris ore Emerui.

VARIORUM.

Sanguine ductas.) Lege *dictas. Lex dicta officiis* apud Gratium. *Legem dicere* elegans & Latinum eſt, ut docet & ſimilia loca corrigit *N. Heinſius* ad Ovid. Heroid Epiſt. 12. verſ. 39.

Urna.) *Qualibet urna*, dixit, pro quovis ordine judicum. Tres autem erant ordines judicum, & cuique ſua urna, ut Senatoribus, Equitibus, Trib. Ærariis.

Commiſſos cum Veſta repoſceret ignes.) Significat Æmyliam virginem Veſtalem, de qua Dionyſ. lib. 11.. Cum olim ignis Veſtæ defeciſſet; negligentius aſſervante Æmylia, quæ ejus cuſtodiam alteri novitiæ Veſtali mandaſſet, venit in ſuſpicionem, quaſi parum caſte rem ſanctiſſimam tractaſſet: tum inops conſilii, Veſtam prius apprecata, injecit aræ avulſam partem carbaſinæ veſtis, ac tum e frigido cinere per carbaſum flammam emicuit. Vide etiam Val. Max. lib. 1. cap. 1. *Paſſerat.*

Ille

Ille ſua nata dignam vixiſſe ſororem
  Increpat, & lacrymas vidimus ire deo.
Et tamen emerui generoſos veſtis honores,
  Nec mea de ſterili facta rapina domo;
Te Lepide, & te Paulle meum poſt fata levamen,
  Condita ſunt veſtro lumina noſtra ſinu.
Vidimus & fratrem ſellam geminaſſe curulem,
  Conſule quo facto tempore rapta ſoror,
Filia tu ſpecimen cenſuræ nata paternæ,
  Fac teneas unam nos imitata virum.

Et

J. Scaliger.

Ille ſua nata) Aliter vulgus hæc accipit, ac ſentiebat poëta. Hoc vult enim: Cæſarem ſolere prædicare me fuiſſe dignam, quæ illius filia eſſem, non ſororem Juliam tot impudiciis factis ſuis infamen. Ille, inquit, ait ſororem, hoc eſt me, dignam ſua nata vixiſſe, hoc eſt verius dici poſſe natam ſuam, quam illam, quæ ſeſe tanto crimine infamavit. Me filiæ potius, quam privignæ nomine dignam fuiſſe. Hæc videntur igitur poſt relegationem Juliæ contigiſſe. Notum enim, ut illam Pandataria inſula relegarit pater. Addit Dio: τῶν δὲ δὴ χρησαμένων αὐτῇ ὁ μὲν Ἴουλλος Ἀντώνιος ὡς καὶ ἐπὶ τῇ μοναρχίᾳ τοῦτο πράξας ἀπέθανε μετ᾽ ἄλλων τινῶν. οἱ δὲ λοιποὶ εἰς νήσους ὑπερωρίσθησαν. Non dubium, quin inter hos relegatos Ovidius fuerit. quem profecto ob illam rem tantum damnavit Auguſtus, non ob libros quod & tangit Sidonius:

Et te carmina per libidinoſa
Quondam Cæſarea nimis puella
Ficta nomine ſubdito Corinna
Notum Naſo tener, Tomoſque miſſum.

Te quoque, inquit, Ovidi nimis familiarem factum per carmina tua Juliæ Auguſti filiæ, quam Corinnam finxiſſi ſubdititio nomine. In quibus verſibus quartum a ſecundo loco traduximus, & tertium depravatiſſimum emendavimus. Si quis queritur a nobis factum, interpretetur nobis vulgatam lectionem, & virum putabimus. Nam nihil boni ex vulgata hauriri poteſt.

Et lacrimas vidimus ire Deo) Epicedio Druſi — *lacrimas elicuique Deo.* Plin. lib. XXI. cap. III. *Apud nos exemplum licentiæ hujus non eſt aliud, quam filia Divi Auguſti, cujus luxuria noctibus coronatum Marſyam litera illius Dei gemunt.* quam lectionem perperam quidam ſuis in Suetonium annotationibus mutandam cenſuit. De Deo Auguſto etiam vivo & appellato & culto ſupra diximus.

Et tamen emerui) Hinc colligitur ornamentis conſularibus efferri matronas, quarum filii magiſtratus curules geſſiſſent. quod dignum eſt notatu.

Condita ſunt veſtro numine noſtra) Repone LUMINA. quod & mos priſcus vulgatiſſimus, & libri noſtri ſcriptura poſtulat. Ita autem diſtinguendi verſus hi:

Te, Lepide, & te, Paule, meum poſt fata levamen:
(Condita ſunt veſtro lumina noſtra ſinu)
Vidimus, & fratrē ſellā geminaſſe curulē.

Conſule quo facto) Hinc lege diſtichon, ET BENE HABET. item illud, NUNC TIBI COMMENDO. Illud autem FILIA TU SPECIMEN cum duobus ſequentibus alio pertinent.

Variorum.

Et tamen emerui) Vid. Turneb. XXIII. cap. XII. Adverſ.

Et ſerie fulcite genus, mihi cymba volenti
  Solvitur, aucturis tot mea fata malis.
Hæc eſt feminei merces extrema triumphi,
  Laudat ubi emeritum libera fama rogum.
Nunc tibi commendo communia pignora natos,
  Hæc cura & cineri ſpirat inuſta meo.
Fungere maternis vicibus pater, illa meorum
  Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oſcula cum dederis tua flentibus, adjice matris.
  Tota domus cœpit nunc onus eſſe tuum.
Et ſi quid doliturus eris. ſine teſtibus illis,
  Cum venient, ſiccis oſcula falle genis.
Sat tibi ſint noctes, quas de me Paulle fatiges,
  Somniaque in faciem credita ſæpe meam,
Atque ubi ſecreto noſtra ad ſimulacra loqueris,
  Ut reſponſuræ ſingula verba jace.
Seu tamen adverſum mutarit janua lectum,
  Sederit & noſtro cauta noverca toro:
Conjugium pueri laudate, & ferte paternum,
  Capta dabit veſtris moribus illa manus.
Nec matrem laudate nimis, collata priori
  Vertet in offenſas libera verba ſuas.

Seu

J. SCALIGER.

Filia tu ſpeciem) Lege, *ſpecimen.*

Fungere maternis) Euripides Alceſtide: σὺ νῦν γενοῦ τοῖς ἀντ' ἐμοῦ μήτηρ τέκνοις.

Seu tamen adverſum) Vide quæ in Feſtum notavimus voce *Parilia.* quæ convenibant in manum viri, lectum ſibi ſternebant in atrio, quem adverſum vocabant, quia e regione januæ eſſet. Hoc confirmamus teſtimoniis Aſconii, & Laberii. Janua dicitur mutare lectum, quæ videt alium adverſum lectum in locum prioris, nova ſcilicet uxore domum ducta. Græci hujuſmodi lectum vocabant παράβυστον. Pollux & alii veteres Magiſtri: κλίνη ὠνομάζετο γαμικὴ, καὶ ἰδίως παράβυστος, ἡ καὶ αὐτὴ στρώννυται ἐν τῷ δωματίῳ ὑπὲρ τῶν παίδων μὴ ἀθυμῆσαι. Clarius & convenientius mori Romano Heſychius dicit στρώννυσθαι παρὰ τῷ μεγάρῳ. Atque hæc eſt vera hujus loci interpretatio.

Trola

Seu memor ille meâ contentus manſerit umbra,
Et tanti cineres duxerit eſſe meos,
Diſcite venturam jam nunc ſentire ſenectam,
Cælibis ad curas nec vacet ulla via.
Quod mihi detractum eſt, veſtros accedat ad ánnos.
Prole mea Paullum ſic juvat eſſe ſenem.
Et bene habet, numquam mater lugubria ſumpſi.
Venit in exſequias tota caterva meas.
Cauſa perorata eſt. flentes me ſurgite teſtes,
Dum pretium vitæ grata rependit humus.
Moribus & cælum patuit. ſim digna merendo,
Cujus honoratis oſſa vehantur equis.

PER-

J. SCALIGER.

Prole mea Paullum) Poſt hunc verſum junge tria diſticha, quæ ſuperius a nobis relicta ſunt, FILIA TU SPECIMEN CENSURÆ, &c.

Cujus honoratis oſſa vehantur aquis) Legendum EQUIS, ut habet noſter codex. Hæc confirmant quæ ſuperius dixi, nēpe matronas honorariis veſtibus, curru & ſella curuli efferri, quæ filios conſulares aut aliis curulibus magiſtratibus functos relinquerent. Simile quod ſcribit Lampridius in Alagabalo: Imperatores matronis affinibus conſularis conjugii ornamenta dare ſolitos. Equi honorati, ſunt curules, vel currus prætorius, in quo ſella curulis. Quare & Prætorium jus dicitur honoratum, & honorarium, & ludi Prætorii, honorarii ludi, & Prætor ipſe honorarius magiſtratus. Ovidius:

Verbaque honoratus libera Prætor habet.

ita autem hæc ultima diſtinguenda:

Cauſſa perorata eſt. flentes me ſurgite teſtes.
Dum precium vitæ grata rependit humus.
Moribus & cælum patuit, ſim digna merendo
Cujus honoratis oſſa vehantur equis.

M. ANTO-

PERVIGILIUM VENERIS, QUOD QUIDAM CATULLO TRIBUUNT.

Cras amet qui nunquam amavit; quique
amavit, cras amet.
Ver novum, ver jam canorum, ver natus orbis eſt.
Vere concordant amores, vere nubent
alites.
Et nemus comam reſolvit de maritis imbribus.
Cras amorem copulatrix inter umbras arborum
Implicat gazas virentes de flagello myrteo.
Cras Dione jura dicit, fulta ſublimi trono.
Cras amet qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet.
Tuno * quivore deſuper hoc ſpume o pont'de glovo
Cærulas inter catervas, inter & bipedes equos
Fecit undantem Dione de maritis imbribus.
Cras amet qui nunquam amavit, quique amavit,
cras amet.

Ipſa gemmas purpurantem pingit annum floribus
Ipſa ſurgentis papillas de Faboni * paritu
Urguet in totos * pentes, ipſa roris lucidi
Noctis aura quem relinquit ſpargit umentis aquas.
Et me * canat lacrime trementes detadū * pondere.
Gutta præceps orbe parvo ſuſtinet caſus ſuos.
In pudorem florulentæ prodiderunt purpuræ:
Umor ille quem ſerenis aſtra rorant noctibus,
Mane virgineas papilla ſolvit umenti peplo,
Ipiuſſit * mane tuæ virgines nubant roſæ
Fuſta * prius de cruore, deque amoris oculis,
Deque gemmis, deque flammis, deque ſolis purpuris.
Cras ruborem qui latebat veſte tectus ignea
Unica marito nodo non pudent * ſolvere.
Cras amet qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet.
Ipſa nimfas diva loco juſſit ire myrteo
Et puer comis puellis. nec tamen credi poteſt
Eſſe amorem feriatum, ſi ſagittas vexerit.
Ite nimfæ, poſuit arma feriatus eſt Amor;
Juſſus eſt inermis ire, durus ire juſſus eſt,
Neu quid arcu, neu ſagitta, neu quid igne læderet.
Sed tamen nimfæ cavete, quod Cupido pulcer eſt,
Totus eſt inermis idem quando nudus eſt Amor.
Cras amet qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet.
Compari Venus pudore mittit ad te virgines:
Una res eſt quam rogamus, cede virgo Delia,

Ut

Ut nemus ſit incruentum de ferinis ſtragibus.
Ipſa vellet ut venires ſi deceret virginem:
Jam tribus choros videres feriatos noctibus,
Congreges inter catervas ire per ſaltus tuos,
Floreas inter coronas, myrteas inter caſas.
Nec Ceres nec Bacchus abſunt, nec poëtarum deus.
Detinent * & tota nox eſt pervigila cantibus.
Regnet in ſilvis Dione. tu recede Delia.
Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.
Juſſit hiblæis tribunal ſtare Diva floribus,
Præſens ipſa jura dicit, adſederunt Gratiæ.
Hibla totos funde flores, quicquid annus attulit,
Hibla florum * rumpereſt equant ethne camp.
Ruris hic erunt puellæ, vel puellæ montium,
Quæque ſilvas quæque lucos, quæque montes incolunt.
Juſſit omnis adſidere pueri mater alitis,
Juſſit & nudo puellas nil Amori credere.
Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit, cras amet.
Et rigentibus vegentes ducat umbras floribus.
Cras erit qui primus æther copulavit nuptias,
Ut pant * totis crearet vernis annum nubibus,
In ſinum maritus imber fluctus alma & conjugis.
Ut fletus immixtus omnis aleret magno corpore.
Ipſa venas atque mentem permeante ſpiritu
Intus occultis gubernat procreatrix viribus,

Perque

Perque cælum, perque terras, perque ventum ſubditum.
Pervium ſui tenorem ſeminali tramite.
Imbuit, juſſitque mundum noſſe naſcendi vias.
Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.
Ipſa Trojanos nepotes in Latinos tranſtulit:
Ipſa Laurentem puellam conjugem nato dedit;
Moxque Matri de ſacello dat pudicam virginem,
Romuleas ipſa fecit cum Sabinis nuptias:
Unde Ramnes & Quirites, proque prole poſterum
Romuli matrem crearet & nepotem Cæſarem.
Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.
Rura fecundat voluptas: rura Venerem ſentiunt,
Ipſe Amor puer Dionæ rure natus dicitur.
Hunc ager cum parturiret, ipſa ſuſcepit ſinu,
Ipſa florum delicatis educavit oſculis.
Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.
Ecce jam ſuper geneſtas explicant agni latus
Quiſque tuus quo tenetur conjugali fœdere.
Subter umbras cum maritis ecce balantum gregem:
Et canoras non tacere Diva juſſit alites.
Jam loquaces ore rauco ſtagna cigni perſtrepunt:
Adſonant Tërei puellæ ſubter umbram populi
Ut putes motus amoris ore dici muſico:

Et

Et neges queri ſororem de marito barbaro.
Illa cantat, nos tacemus. quando ver venit meum?
Quando faciam * ut celidon ut taceret deſinam.
Perdidi Muſam tacendo, nec me Phœbus reſpicit.
Sic Amyclas cum tacerent perdidit ſilentium.
Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

FINIS.

592497
NAPOLI

M. ANTO-

Digitized by Google

Digitized by Google

506.16
592497